

POETARUM
COMICORUM GRÆCORUM
FRAGMENTA.

PARISIIS — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

POETARUM
COMICORUM GRÆCORUM
FRAGMENTA

POST

AUGUSTUM MEINEKE

RECOGNOVIT ET LATINE TRANSTULIT

FREDERICUS HENRICUS BOTHE.

ACCESSIT

INDEX NOMINUM ET RERUM

QUEM CONSTRUXIT

I. HUNZICKER.



PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO.

M DCCC LV.

PRÆFATIO.

Quum ante hos viginti annos Græcorum ingenii monumenta in unam *Bibliothecam* colligere institui, tanto incepto minime satisfactum iri intellexi, si eos solummodo, quorum integri libri supersunt, scriptores atque poetas æqualibus his voluminibus includerem. Non debebam enim in hoc opere, quod ad promovenda in Gallia nostra studia humanitatis suscepi, Græcarum literarum speciem animo concipere talem, qualem vulgares et tralatitii libelli nobis adumbrant. Namque hæc illarum hodie est conditio, ut, quæ plurimum et prope sola celebrantur nomina illustrissima, sint quasi quædam ἀκροπόλεων sive turrium arborumve cacumina summa, urbes olim florentissimas et lætissimas silvas lato aquarum diluvio tectas et absorptas indicantia. Sane princeps et instar omnium est Homerus, at unus servatus ex grandi illo Cyclo epico; similiter ineffabilis illa Lyræ Græcæ ubertas evanuit prope tota præter una epinicia Pindari; periit comœdia triplex præter unum Aristophanem; periit philosophia multiplex præter Platonem et Aristotelem.

Quid multa? quocumque te verteris, *specimina* modo ingenii græci deprehendas : longe plurima eorum, quæ benigno flatu produxit hæc *divinæ particula auræ*, fatorum disperdidit iniquitas. Atqui ex perditis hisce nisi præcipua certe cognoveris et in numerato habeas, sperare noli te ad Græcarum literarum tolerabilem aliquam notitiam intelligentiamque esse perventurum. Parum autem juvant leves plerumque et perfunctoriæ descriptiones, quæ hic illic jactantur, generum atque operum perditorum, non ex ipsarum illæ naufragii reliquiarum diligenti investigatione ductæ, sed ingeniose et delectabiliter confictæ. Immo unum sæpe fragmentum, in quo antiquus scriptor loquitur ipse, imaginem ejus certiorem distinctioremque formam in animo tuo relinquit quam

argutæ adumbrationes sine rei de qua agitur specimine sincero et nativo documento. Hæc igitur veri atque solidi studii in Græcis literis materia ne diutius desideraretur in Gallia nostra, ante omnia prospiciendum esse putavi, quamquam probe sciebam molem quam volvo sic immani pondere auctum iri. Sed *quid non vincit amor* patriæ simul et Græcarum literarum? Non modo partes voluminum, sed integra volumina non pauca et majore ceteris impendio eum in finem *Bibliothecæ* nostræ adjecimus (*), ut, suo digna nomine, omnia colligat et suis locis reponat quæcumque ex græci ingenii monumentis scriptis interitum effugerunt. Ita, superstitum fulgorem undique cingente perditorum umbra tenuiore, tanquam tabula artificis manu picta prodit Græcia literata.

Hanc instituti mei partem paullo disertius commemorandi occasionem præbuerunt Comœdiæ poetarum fragmenta cuncta in hoc volumine comprehensa. Est enim illa quoque inter acerbas jacturas, quas longa temporum barbaries nobis inflixit. De cujus generibus pauca, quæ potissimum tenenda sunt, in universum disserere libet.

Ut cetera poesis, ita Comœdia græca, cum Bacchicis sacris conjuncta, obscuras habuit origines primas, de quibus ipsi veteres et

(*) Etiam si qua cognovimus inedita fragmenta aut excerpta servari in bibliothecis, operam dedimus, ut his quoque veterum scriptorum reliquiæ augerentur. Sic novas partes librorum Dionysii Halicarnassensis, Dexippi et fragmentum unicum ionicæ historiæ Eusebii protulimus ex Constantini Porphyrog. Excerptorum capite Περὶ πολιορκιῶν, partim allato ex Græcia a Minoide Μηνᾶ; alias partes magis conspicuas ejusdem Dionysii, porro Polybii et Diodori, ex eorundem Excerptorum capite Περὶ ἐπιβουλῶν in Escurialensi bibliotheca asservato, præsertim vero amplissima et summi ad omnem rem historicam momenti excerpta Historiarum Nicolai Damasceni, a Millero illius bibliothecæ exploratore detecta: quæ in Hispaniam nostris sumptibus profectus plene et accurate descripta retulit C. Müllerus. Idem e codicibus Parisinis tum Pseudocallisthenis opus protraxit, tum fragmenta Joannis Antiocheni adauxit. His nova mox in Auctario Fragmentorum Historicorum accedent, quæ ex libro Escurialensi Bussemakerus descripsit. Is enim nunc ipsum in Hispaniæ bibliothecis versatur, unde jam Aristotelis problemata inedita eruit nostræ editioni inserenda, præterea fabellas ex Babrio expressas aliaque minoris momenti. Inedita complura in Geographorum Minorum voluminibus prodibunt, præterea Prisciani philosophi opus in Plotini volumine, et ex codice Parisiensi Narratio de Apollonio Tyrio, olim ex interpolatissimo Augustano edita. Poetarum græcorum ante incognita fragmenta Letronnius ex papyro eruit, ad calcem Aristophanis, in alioque volumine Dübnerus ex antiquo codice Florentino initium et paraphrasin integri carminis Maximi περὶ καταρχῶν, cujus extremam modo partem tenemus. Alia alibi nova ex codicibus producta, præsertim in scholiis; illa autem quæ vir immortalis Angelus Maius aliique detexerunt, suis quæque locis, ut æquum erat, reddita et plerumque emendatiora referuntur.

parcissime narrant nec inter se consentiunt. Effloruerat autem jam Persici belli temporibus, et ante Cratinum fabulæ aliquot prodierunt, quas postera ætas oblivione non delevit. At pater comœdiæ græco ingenio dignæ habendus est Cratinus, non Susario, sicuti tragœdiæ, non Thespis, sed Æschylus. Uterque poeta artem et inchoavit et perfecit, ita ut æqualibus et posteris relinquerent illi quidem varias, pro diversitate indolis, singula excolendi vias, verum ad ipsam artis summam adjiciendi facultatem præciderent. Ergo post Magnetis leviores, ut videtur, facetias Cratinus produxit *antiquam* quæ dicitur comœdiam, id est ejusmodi poema, quale nos hodie, nisi Aristophanem legere daretur, vix mente concipere atque imaginari possemus. De hac prope dixerim non sine quadam injuria pronuntiari quod recte de ceteris « esse aliquod poeseos genus » : imo comœdia antiqua est totius poeseos et omnium generum quasi *bacchanal ;* nihil enim in epico carmine expromitur grave et jucundum, nihil in lyrico spirat sublime et divinitus afflatum, nihil tragœdia loquitur elatum et severum, elegia molle et tenerum, quin eadem omnia, sensus eosdem et eosdem modos, ludibunda resonet comœdia. Archilochum autem imbibit totum. Jam vero ætatem reputa, qua πάμφθογγον hoc ὄργανον pulsabant poetæ ingeniosissimi : est nimirum immortale illud sæculum, a Persicis bellis ad finem Peloponnesiaci, quo sæculo græci animi vis fœcunda fructus protulit longe uberrimos et venustissimos, etiam eorum, quæ posterius floruerunt, tum quidem spargens semina, velut Pericles eloquentiæ a Demosthene consummatæ. Nihil igitur omnium, quæcumque per illud tempus agitabat Atheniensium mens vividissima, nihil, inquam, alienum erat a comœdia : semper vigil atque alacris cuncta pervadebat, non solum rerum publicarum administrationem, sed mores, sed religiones, musicam, poesin, philosophiam. In hisce omnibus quæ quocumque modo ad vitium spectare viderentur vel ipsi populo vel poetæ partibus quibusdam in re publica vel litteraria addicto, ea vividis coloribus depicta et lætissimis fictionibus exaggerata in scena exhibebantur : ut illa etiam quæ calidius et per manifestam iniquitatem jactantur, nos doceant quinam certis temporibus fuerint animi *mobilium* Cecropidarum Sic quod vulgo fertur de comœdia, « esse vitæ imaginem et magi-

stram, » de antiqua solum prorsus et plane valet; in nostra etenim illud *vita* de moribus modo et affectibus eorumque fatalibus eventis capitur, non, ut in illa, de tota populi vita et actione. De moribus autem quia mentio incidit, hoc addere placet : non negamus cum cynica impudentia et obscœna nudatione multa proferri in antiqua comœdia atque agi (non a mulieribus quidem, quarum partes viros egisse constat, neque coram matronis et civium filiabus); sed iidem illi poetæ, qui immundis facetiis nonnunquam indulsisse reperiuntur, horribili flagello cædebant homines vitiosos et scelestos, quos hodierni ludi comitas et urbanitas salibus et risu perfundit.

Verum læta illa libertas, ut sunt res humanæ, abiit in licentiam et *vim dignam lege regi;* accessit infelix belli Peloponnesiaci exitus, et fortuna urbis fracta. Sic factum ut illo tempore Comœdia modum verteret et exoriretur quam veteres critici appellarunt *mediam* comœdiam. Aliam enim post illa comicus jocus ludendi formam circumspicere debebat, quæ nihil haberet quod in potentium hominum, quibus tum summa in civitate potestas demandata erat, reprehensionem incurreret, vel ipsum populum, jam ex debilitate suspicaciorem, offenderet. Neque tamen ideo media hæc comœdia ingenuos spiritus dimisit, sed ad modestiam quandam sese composuit et leniorem jocum temperavit. Rarissima fiunt argumenta a publicis rebus petita, privati autem homines, quorum mores vel dicta offensioni aut risui erant, sæpe traducuntur. Fuit autem hæc comœdia jocosarum fictionum feracissima, quæ sæpe ex mythologiæ græcæ inexhausto fonte ducebantur, sæpe etiam ex philosophorum moribus singularibus. Præcipua vero in hac erat sedes *parodiarum* quas hodieque vocamus, et personarum ultra verum exaggeratarum quas dicimus *grotesques* : atque harum personarum pars transiit etiam in novam comœdiam, certe milites gloriosi et parasiti, qui sæpe ita exhibentur, ut mediæ quam novæ comœdiæ ingenio appareant propinquiores.

Talis erat rei comicæ Athenis conditio usque ad cladem Chæronensem : nullum ex media hac ætate servatum est monumentum. Successit *nova* comœdia, quam imitando expresserunt Latini poetæ; horum viginti quinque fabulas habemus superstites, præterea ge-

neris hujus rationem totam et olim explicuere multi et nuperrime duumviri juvenes ex certamine literario coronati.

Horum poetarum, quorum numerus centum et viginti nomina excedit, fragmenta per varios scriptores dispersa, post instauratum literarum Græcarum studium, pulchritudine sua multos eruditos allicuerunt : inter quos, post Henricum Stephanum, eminet Hugo Grotius, qui plurima et in Stobæo suo et in *Excerptis Tragicorum et Comicorum* elegantissime reddidit versibus latinis. Illos autem, qui singulis poetis doctam curam adhibuerunt, si hoc loco enumerarem, inutiliter longus esse merito viderer, quia totum opus absolvit unus Augustus Meineke, universam comœdiam Græcam et omnes omnino ejus reliquias (præter Aristophanis fabulas superstites) voluminibus quinque complexus. Per longam annorum seriem eximius vir, quicquid a Græcis scriptoribus nobis relictum aut ab Latinis e græco ductum est, accurate et patienter legebat, quæcumque ad rem comicam spectant diligenter excerpens. Immensam et mole et varietate materiam sic collectam deinde (quod erat difficillimum) acri et sobrio judicio disposuit in lucidumque ordinem redegit. Cujus sive *Historiam criticam comœdiæ Græcæ* legas, sive fragmentorum commentarium criticum, nescias quid magis in eo viro admireris, doctrinam consummatissimam, an mentis sagacitatem, an prudentissimam judicii circumspectionem, an venerum poeticarum sensum subactum et elegantem. Sic Meinekianum nomen, dum bonæ literæ vigebunt, cum Græcæ Comœdiæ memoria conjunctum permanebit.

Hodie quidem plurima, quæ Ille per arduam disquisitionem documentis allatis subductisque argumentis extra omnem dubitationem posuit et vera esse demonstravit, paucis verbis, breviter et simpliciter narrari possunt (qui docti et critici viri triumphus maximus haberi debet) : ut nobis, sine ullo rei detrimento, multo brevioribus esse licuerit. Tamen, quamquam in arctioribus nos finibus continere volebamus, augere nonnulla et rectiora, si fieri posset, perfectioraque tradere φιλοτιμούμενοι, egregium criticum *C. Gabrielem Cobet* identidem invitavimus ut Comicorum recensioni manum admoveret, sed impetrare ab eo non potuimus. Deinde illustrem virum *Theodorum Bergk* eadem prece adivimus, haud

faventiore tamen fortuna : « majores enim (ille rescripsit) suas fuisse partes in utraque editione Meinekii, quam ut res sibi jam sit integra. »

Interea scitarum emendationum specimina nobis mittebat vir sagax *Fridericus Henricus Bothe*, cui, post illas repulsas, hoc muneris demandavimus, ut ex magno opere Meinekii excerperet veterum poetarum versus, explicaret, emendaret ubi vitium traxisse viderentur, denique latinitate donaret. Quod ille ita præstitit, ut ab una parte plura quam postulabamus invitis largiretur. Sane verissimum est, fragmenta pleraque ad nos transmissa esse per homines a poesi alienissimos; neque cujusvis est comici joci ludibria liberrima recte perspicere : ut hinc sponte nascatur suspicio, multa in illis fragmentis a poetarum sensu et verbis fuisse detorta. Nihilominus est ubi Bothius nobis videatur nulla prorsus urgente necessitate traditam scripturam attrectavisse : cujusmodi correctiones sæpe delevimus, sæpius inter ceteras opiniones criticorum ipsis Bothii verbis in annotatione memoravimus. Ubique vero et codicum lectiones et probabiliores philologorum sententias summa religione indicavimus, quo in re dubia lector suum judicium habeat integrum. Facile autem agnosces in Bothio diutinam cum poetis consuetudinem atque familiaritatem, rhythmicæ elegantiæ sensum delicatissimum, in judicando libertatem integram, in omnibus agile et vividum acumen.

Denique, præter tot poetica lumina, eminet hoc volumen rerum ex omni vita græcanica petitarum copia atque varietate summa : quas omnes multum intererat in uno conspectu proponi, ætatibus et generibus comœdiæ ubique distinctis. Eam provinciam humanissimo juveni *Jacobo Hunziker* demandavimus, qui nuper Plutarcheorum operum indice generali scienter confecto eruditorum laudem sibi paravit. Eadem sequetur accuratissimam σύνοψιν huic volumini subjunctam. Ubi litera A indicat antiquam comœdiam, M mediam, N novam, quibus literis nostra pagina, deinde parenthetice poetæ et fabulæ nomen subjicitur. Datum Parisiis, m. Junio MDCCCLX.

A. F. DIDOT.

POETARUM
COMICORUM GRÆCORUM
FRAGMENTA.

COMOEDIÆ VETERIS

GRÆCORUM POETARUM

FRAGMENTA QUÆ SUPERSUNT.

I.

SUSARION.

Tzetzes apud Cramerum Anecd. Oxon. vol. 3, p. 336 : Ὁ Σουσαρίων οὗτος ὁ κωμικός· φαύλης τῆς γυναικὸς τούτου φανείσης καὶ τοῦτον ἀπολιπούσης, εἰσελθὼν ἐν τῷ θεάτρῳ ἀνεφθέγξατο ταδί·

Ἀκούετε λεῴ· Σουσαρίων λέγει τάδε,
υἱὸς Φιλίνου Μεγαρόθεν Τριποδίσκιος·
οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.
(Καὶ γὰρ τὸ γῆμαι καὶ τὸ μὴ γῆμαι κακόν.)

Scholiasta Dionysii Thracis p. 748 : Πρῶτον οὖν Σ..υ.τ. τις τῆς ἐμμέτρου (non metro solutæ, ut Megarensium ex tempore fusæ) κωμῳδίας ἀρχηγὸς ἐγένετο (cf. Aspas. ad Ecphant. incert.), οὗ τὰ μὲν δράματα (non scripta [v. Bentleii Phalar. p. 258 seqq.], ad quæ edenda pluribus actoribus utebatur ἀτάκτως εἰσαγομένοις, non tribus tantummodo, ut post Cratinus, teste Anonymo De com. p. XVI) λήθη κατενεμήθη, δύο δὲ ἢ τρεῖς ἴαμβοι τοῦ πρώτου δράματος ἐπὶ μνήμῃ φέρονται· εἰσὶ δὲ οὗτοι Ἀκούετε etc. Similiter Anonymus Crameri ibi vol. 4, p. 315 seq., qui quidem non magis quam Tzetzes et schol. Dionysii habet versum καὶ γὰρ — κακὸν, servatum illum a Stobæo Flor. 69, 2, nec sane pertinentem ad superiora nec ab eodem, cujus illa sunt, profectum; quem Susarionem credere ne Aristotelis quidem prohibet silentium quo loco agit de originibus comœdiæ, Susarionis lusibus non commemoratis, ut quorum fortasse nonnisi isti versiculi superessent. Ceterum de Tripodisco Thucydides 4, 70 : ἔστι δὲ κώμη τῆς Μεγαρίδος, ὄνομα τοῦτο ἔχουσα, ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Γερανείᾳ. Cf. Pausan. Att. 43, 8. Floruit Susarion sexto seculo ante Chr. natum, circa olymp. 50, 2, Urbis conditæ 175. Megarensis in Atticam profectus, apud Icarios, Dionysiacorum sacrorum cultu nobilitatos, primus omnium versibus comœdias docuisse fertur, quarum illi versus jam apud veteres solæ reliquiæ erant.

II.

CHIONIDES.

Suidas : Χιωνίδης Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, ὃν καὶ λέγουσι πρωταγωνιστὴν (actorem primarum partium) γενέσθαι [τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας], διδάσκειν δὲ ἔτεσιν ὀκτὼ πρὸ τῶν Περσικῶν. Similiter Eudocia p. 436; neque abhorret ipse Aristoteles, sed emendatus, qui Art. poet. 3, 5, Ἐπίχαρμος, inquit, οὐ πολλῷ πρότερος ὢν (scil. quinto seculo ante Chr. nat.) Χιωνίδου καὶ Μάγνητος; perperam enim in libris deest οὐ, sicut alibi sæpius raptum a simili —ος, quod antecedit. Chionidis fabulæ commemorantur tres : Ἥρωες, Πτωχοὶ, Πέρσαι ἢ Ἀσσύριοι, sed *Persarum* nullum superest fragmentum, nisi forte eo pertinebant incerta ista, quæ significat Vitruvius 6, p. 146. Erant inter veteres criticos qui de Πτωχοῖς fabula ad Chionidem referenda dubitarent. Nomen poetæ modo Χιωνίδης, a Χίων, Χίωνος, modo scribitur Χιονίδης, a Χίονις vel Χιόνη, sed meliores libros

---

Audite, populi ! Susarion hæc prædicat,
Philini Megaris filius Tripodiscius :
Malum mulieres; attamen, cives mei,
non potis est quisquam instruere sine malo domum.
(Malum est uxorem ducere et non ducere.)

fere priorem formam ostendere dicit Meinek. Histor. crit. Comicorum Gr. vol. 1, p. 29.

I. ΗΡΩΕΣ.

Argumentum fabulæ ex paucis reliquiis parum intelligitur; quorum quidem primo pater aliquis de plebe castigat ignavum filium, eumque imitari jubet nobiliores juvenes, qui belli molestias non detrectent, secundo horum alicujus referri videntur verba faceta de illis molestiis.

1.

Πολλοὺς ἐγᾦδα κοὐ κατὰ σὲ νεανίας
φρουροῦντας ἀτεχνῶς κἀν σάμακι κοιμωμέ-
νους.

Pollux 10, 43 : ἔστι δὲ ὁ σάμαξ ῥίψ καλάμου τοῦ καλουμένου σάκτου· μάλιστα δὲ ἐπὶ στρατείας τούτῳ ἐχρῶντο, ὡς Χιονίδης ἐν Ἥρωσι· Πολλοὺς κτλ. Photius Lex. p. 498, 3 : Σάμακα Ἐρατοσθένης ἀπέδωκε τὸν φορμόν (corbem; stoream)· ἄμεινον δὲ τὸν τοξικὸν κάλαμον· οὕτως Λύσιππος. Conf. Hesych. v. Σάμαξ.

2.

Καὶ μὴν μὰ τὸν Δί' οὐδὲν ἔτι γέ μοι δοκῶ
ἄγνου διαφέρειν ἐν χαράδρᾳ πεφυκότος.

Suidas, Ἄγνος : φυτὸν, ὃν καὶ λύγον (viticem, vimen,) καλοῦσιν. καὶ ἀρσενικῶς (more Atticorum : v. Æl. Dionys. apud Eustath. Odyss. p. 1638, 11. Odyss. 9, 427 : ἐϋστρεφέεσσι λύγοισι)... Χιονίδης ἐν Ἥρωσι· Καὶ μὴν κτλ. Dioscor. 1, 36 : Ἄγνος ἢ λύγος, παρὰ ποταμοῖς τραχέσι τε τόποις καὶ χαράδραις φυόμενος.

3.

Antiatticista p. 97, 8. Ἑπτέτης, χωρὶς τοῦ α, Χίων. Ἥρωσιν.

II. ΠΤΩΧΟΙ.

1.

Athenæus 14, p. 638, D : Ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιωνίδην ἀναφερομένους ποιήσας Πτωχοὺς Γνησίππου τινὸς μνημονεύει παιγνιογράφου τῆς ἱλαρᾶς μούσης, λέγων οὕτως·

Ταῦτ' οὐ μὰ Δία Γνήσιππος, οὐδὲ Κλεομένης,
ἐν ἐννέ' ἂν χορδαῖσι κατεγλυκήνατο.

Vocabulo παιγνιογράφου mihi aliquis videtur interpretatus esse exquisite dicta τινὸς τῆς ἱλ. μούσης, et deleam. De Gnesippo dicam ad Cratini Βουκόλους fr. 2; de Cleomene Meinekius : « Ejusdem generis poeta fuit Cleomenes, Sapphoni, Meleto et Lamynthio junctus ab Epicrate Athen. 14, p. 605, E. Eundem dithyrambicum poetam fuisse docui ex Athenæo 9, p. 402, A, et Aristophanis scholiasta Nub. 332 (327); ætate autem Cinesia et Philoxeno (quarto seculo ante Chr. nat.) haud dubie fuit superior ». Libri οὐδ' ὁ Κλ. ἐν ἐννέα χορδαῖσι κατεγλυκάνατο. Mein. οὐδὲ Κλ., Porsonus ἐν ἐννέ' ἂν χορδαῖς κατεγλυκήνατο.

2.

Idem 3, p. 119, E : Ἀττικοὶ δὲ οὐδετέρως λέγουσι (τὸ τάριχος), καὶ γίνεται ἡ γενικὴ τοῦ ταρίχους. Χιωνίδης Πτωχοῖς·

Ἆρ' ἂν φάγοιτ' ἂν καὶ ταρίχους, ὦ θεοί.

ἡ δὲ δοτικὴ ταρίχει, ὡς ξίφει,

Ἐπὶ τῷ ταρίχει τῷδε τοίνυν κόπτετον.

Potest ut hi versus se exceperint, quibus aliquis convivas, si omnino salsamentis quoque vescantur, vorare salsamenta jubeat apposita delicatiora. At quosnam convivas? Puto, ipsos deos, quos homo compellet, siquidem exclamatio ὦ θεοὶ frigeret. Ridicule poeta deos duo finxerit mendicorum habitu (v. Odyss. 13, 429 seqq.) epulatum venientes ad virum divitem, qui mendicos veros vocaverat, cibo vinoque invitandos : non alienos enim ab ejusmodi lusibus deos novimus ex Ovidio (Met. 8, 626 seqq.) aliisque, in quibus ipso Homero : v. ann. ad Odyss. 2, 225, et de mendicis homericis Odyss. 18. Cf. etiam fr. 3 hujus fabulæ. « Præpositio ἐπὶ eandem hic vim habere videtur, quam habet apud Aristoph. Plut. 628 : μεμιστυλημένοι Ἄνδρες γέροντες ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις.

HEROES.

1.

Multos ego novi juvenes et tibi minime æquiparabiles,
qui haud cunctanter vigilant et in juncino strato dormiunt.

2.

Et sane, per Jovem, nihil jam mihi videor
differre a vimine, quod in torrentibus provenit.

3.

Septennis.

MENDICI.

1.

Sic per Jovem non Gnesippus, neque Cleomenes,
septem chordis animos deleniisset.

2.

Igitur fortasse etiam salsamento vescamini, o dii.
Huic salsamento igitur dentem illidite!

et fragm. inc. 528. Ἐπὶ τῷ ταρίχει τὸν γέλωτα κατέδομαι. » *Mein.* Κόπτετον liber Venetus, alii κόπτέον, quod minus placet.

3.

Idem 4, p. 137, E : Ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιωνίδην ἀναφερομένους Πτωχοὺς ποιήσας τοὺς Ἀθηναίους φησὶν « ὅταν Διοσκούροις ἐν Πρυτανείῳ ἄριστον προτιθῶνται, ἐπὶ τῶν τραπεζῶν τιθέναι τυρὸν καὶ φυστήν, δρυπεπεῖς τ' ἐλάας καὶ πράσα », ὑπόμνησιν ποιουμένους τῆς ἀρχαίας ἀγωγῆς. Simplicioribus hisce epulis aliorum deorum dives ille videtur prætulisse salsamenta, quæ convivis suis apposuit. — Meinekius in ed. altera versus ita scribendos suspicatur :

Ἐπὶ τῶν τραπεζῶν δὲ τιθέασι τυρίον
φύστην τε καὶ δρυπεπεῖς ἐλάας καὶ πράσα.

EX FABULA INCERTA.

1.

Πυθοῦ χελιδὼν πηνίκ' ἄττα φαίνεται.

Harpocratio p. 39, 17 : ἐνιαχοῦ δὲ παρέλκει τὸ ἄττα· Χιονίππου· Πυθοῦ κτλ. Ita Bekkerus ex Philem. p. 30; libri χίονί που vel χίωνί που aut χιωνισιπου. Recte Sturzius Χιωνίδου. Omisso nomine auctoris eundem versum habet schol. Platonis p. 371, qui addit etiam hunc :

Ὁπηνίκ' ἄτθ' ὑμεῖς κοπιᾶτ' ὀρχούμενοι,

qui Meinekio ad eundem poetam referendus esse videtur.

2.

« Vitruvius præfat. libri 6, p. 146, commemorato Epicuri dicto, *pauca fortunam sapientibus tribuere, quæ autem maxima et necessaria sint, animi mentisque cogitationibus gubernari,* eandem sententiam ab Eucrate, Chionide, Aristophane, expressam fuisse dicit. » *Mein.*

III.

MAGNES.

Atheniensis, Icarius, æqualis fere Chionidis, olympiade ferme 87 (a. C. circa 430) senex obiit. Fabulas Magnetem docuisse novem, duasque reportasse victorias, affirmant Suidas et Eudocia; sed Aristophanes Eq. 483 : ὃς πλεῖστα χορῶν τῶν ἀντιπάλων νίκης ἔστησε τρόπαια, et Anonymus De com. p. XIV extr., auctor est eum undecies vicisse. Idem dicit : Τῶν δὲ δραμάτων αὐτοῦ οὐδὲν σώζεται, τὰ δὲ ἐπιφερόμενά ἐστιν ἐννέα, quorum quidem dramatum γνησιότητα dubiam fuisse, Athenæus indicat, bis dicens : Μάγνης ἢ ὁ ποιήσας τὰς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένας κωμῳδίας. Senem Magnetem displicuisse Atheniensibus, eodem loco Equitum refert Aristophanes, ubi et aliquot illius comœdiarum tituli significantur verbis ψάλλων, πτερυγίζων, λυδίζων, ψηνίζων, καὶ βαπτόμενος βατραχείοις. Quattuor modo fabularum fragmenta exstant; tituli præterea supersunt Βαρβιτισταί, Βάτραχοι, Ὄρνιθες, Ψῆνες.

I. ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

Athen. 9, p. 367, F : Ἐπὶ τοῦ σκεύους οὖν εἴρηκε (vocabulum παροψίς) Ἀντιφάνης... καὶ ὁ τὰ εἰς Μάγνητα ἀναφερόμενα ποιήσας ἐν Διονύσῳ πρώτῳ·

Καὶ ταῦτα μέν μοι τῶν κακῶν παροψίδες.

« *sunt hæc malorum meorum additamenta* : quasi germanice dicas *meiner Leiden Nebenschüsseln* (francogallice *par surcroît de malheur*). Similiter Æschylus Ag. 1422 (1335) : Εὐνῆς (εὐνις) παροψώνημα τῆς ἐμῆς χλιδῆς. » *Mein.*

2.

Idem 14, p. 646, E : Ταγηνίτης πλακοῦς, ἐν ἐλαίῳ τετηγανισμένος, ὁ καὶ ταγηνίας· μνημονεύει Μάγνης ἢ ὁ ποιήσας τὰς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένας κωμῳδίας ἐν Διονύσῳ δευτέρῳ,

Ταγηνίας ἤδη τεθέασαι χλιαροὺς
σίζοντας, ὅταν αὐτοῖσιν ἐπιχέῃς μέλι;

« Crateti tribuit Pollux 6, 79 : unde verissime Jungermannus alteram Dionysi recensionem ad *Cratetem* auctorem referendam esse suspicatus est. » *Mein.*

II. ΛΥΔΟΙ.

In hac fabula Lydicarum saltationum fractam mollitiem risisse videtur Magnes. *E Mein.*

Athen. 15, p. 690, C : Μνημονεύει τῆς βακχάριδος καὶ Σοφοκλῆς· Μάγνης δ' ἐν Λυδοῖς·

3.

Si Dioscuris prandium paretur in prytaneo,
Athenienses apponere in mensis
caseum, et mazam, et maturas olivas, et porra.

FABULÆ INCERTÆ.

1.

Quære hirundo quandonam appareat.

Quando tandem vos lassati estis saltando....

BACCHUS.

2.

Jamne vidisti clibanitios panes calidos
stridentes, ubi mel iis infundis?

Λούσαντα χρὴ καὶ βακκάριδι κεχριμένον...

Λούσαντα dictum pro λουσάμενον, ut κεύθει pro κεύθεται OEdip. T. 915, et quæ similia habent grammatici. Χρὴ cod. B, ceteri δεῖ. Plinius 21, 6, 16 : « *Baccar* quoque radicis tantum odoratæ est, a quibusdam Nardum rusticum appellatum. Unguenta (μύρον βακχάρινον) ex ea radice fieri solita apud antiquos :... odor est ei cinnamomo proximus : gracili solo neque humido provenit. » De quo consule J. H. Voss. ad Virg. Idyll. 4, 19.

2.

Pollux 7, 188 : Κοσκινομάντεις δὲ εἴρηκε Φιλιππίδης. Μ. δὲ ἐν Λυδοῖς Ὀνειρομάντεσιν ἀναλύταις. « De ἀναλύταις, quod hominum genus veneficia solvere putabatur, v. Lobeck. Aglaoph. p. 644. » *Mein.* Fulgentius Mythol. 1. : « Onirocriten soporis nugas hariolantem advertas. »

III. ΠΟΑΣΤΡΙΑ.

Schol. Platonis p. 336 Bekk. : Μυσῶν ἔσχατος ἐπὶ τῶν εὐτελεστάτων. Μ. Ποαστρίᾳ·

Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, οὐδ' ὁ Μυσῶν ἔσχατος.

Siebenkees. Ποαστρίαις, sed ferri potest codicis scriptura Ποαστρίᾳ, *Sarritrice*, idque eo magis, quia insuetæ sarriendi mulieres. De Mysis, Asiæ populo, v. Iliad. B, 858 ; qui posteriore tempore contemnebantur, ut Cares et Phrygii : unde proverbium ὁ ἔσχατος Μυσῶν. Plato Gorg. p. 521 : Εἴ σοι Μυσόν γε ἥδιον καλεῖν (καλεῖσθαι?).

IV. ΤΙΤΑΚΙΔΗΣ.

Τιτακίδης, i. e. tribulis Titacidarum in Attica (v. Bæhr. ad Herodot. 9, 73) ex emendatione Bernhardyi pro Πυταχίδης, quod nullo sensu vocabulum est. Suidas : Νῦν δή· ἀρτίως ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν... Μ. δὲ ἐν Πυταχίδῃ·

Εἰπέ μοι· νῦν δὴ μὲν ὤμνυς μὴ γεγονέναι,
νῦν δὲ φῄς.

Quidam grammatici νῦν et νῦν δὴ sive νύνδη ita distinguebant, ut νῦν de tribus temporibus, νῦν δὲ autem nonnisi de præterito dici existimarent : vid.. Mein. p. 11.

E FABULA INCERTA.

Pollux 2, 101 : Πρόστομον ξίφος τὸ ἐστομωμένον καὶ τομόν· τὸ δὲ μαλακὸν καὶ ἄτομον ἀπρόστομον, ὡς Μάγνης.

IV.

ECPHANTIDES.

Hunc Nækius (Chœr. p. 52) Cratino et Teleclide paulo antiquiorem fuisse statuit, quoniam Aspasius ad Aristot. Eth. Nicom. 4, 2, τῶν ἀρχαίων παλαιότατον ποιητὴν appellat, si veri sunt libri ; sed nolim adeo ineptæ sententiæ insimulari Aspasium, eumque arbitror dixisse Ἐκφ. παλαιότατος ποιητής, exclusa interpretatione τῶν ἀρχαίων. Præterea ex schol. Aristoph. Vesp. 1182 intelligitur Androclem perstrinxisse, quem Cratinus quoque et Teleclides in fabulis suis laceraverant. Hesychius : Καπνίας Ἐκφαντίδης... Καπνίας ἐπεκαλεῖτο διὰ τὸ μηδὲν λαμπρὸν γράφειν· et schol. Aristophanis ad Vesp. 151 : (τῷ) καπνίας ἐν τοῖς περὶ Κρατίνου διώρισται [ἢ] τὸ ἀπόθετον ἢ καὶ παλαιόν· δι' ὃ Ἐκφαντίδην καπνίαν καλοῦσι. Potest igitur ut id cognomen Ecph. acceptum tulerit Cratino, quocum videtur perpetuas exercuisse simultates. « Equidem illa Hesychii verba cum veterum scriptorum de Cratino et Platone judiciis comparabam, quibus λαμπρὸν χαρακτῆρα, splendidum dicendi genus et troporum luminibus frequens, attribuunt. Hanc igitur virtutem qui Ecphantidi deesse putarent, *fumum pro luce cum dare* dictitabant. » *Mein.* Sed recte, ut nobis videtur, observavit Lehrsius Quæst. epic. p. 23, « non admodum probabile esse illis vetustis temporibus poetæ comico ex dicendi genere cognomen adhæsisse. Καπνίας dicebatur genus vini cui sive colore sive vapore sive temperamento similis visus ille homo. » Unius modo fabularum Ecphantidis titulus superest :

ΣΑΤΥΡΟΙ.

Athen. 3, p. 96, B, C : Τῶν δ' ἐφθῶν ποδῶν μνημονεύει... Ἐκφαντίδης ἐν Σατύροις· « Πόδας τε εἰ δέοι πριάμενον καταφαγεῖν ἐφθοὺς ὑός. » Depravata ; scribamus

---

LYDI.

1.

Lotum oportet et baccaride unctum (*venire ad* [*epulas?*)

2.

Somniorum interpretibus.

SARRITRIX.

Nemo est, ne ultimus quidem Mysorum.

TITACIDA.

Dic mihi : modo negabas te natum esse ; nunc autem [ais.

FAB. INCERT.

Non præacutum (gladium).

Πόδας τιν' ἂν δέοι πριάμενον καταφαγεῖν
ἐφθοὺς ὑός.

Facile τιᾶ abierit in τεει, sicut alias ε et ι, itemque α et ει, permutata inter se deprehenduntur. Meinekius cum Dindorfio Πόδας ἐπεὶ δέοι κτλ., trochaicis numeris.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Aspasius ad Aristotelis Ethica Nicom. 4, 2 : Διασύρονται γὰρ οἱ Μεγαρεῖς ἐν κωμῳδίᾳ, ἐπεὶ καὶ ἀντιποιοῦνται αὐτῆς, ὡς παρ' αὐτοῖς εὑρεθείσης, εἴγε καὶ Σουσαρίων ὁ κατάρξας κωμῳδίας Μεγαρεύς· ὡς φορτικοὶ τοίνυν καὶ ψυχροὶ διαβάλλονται, καὶ πορφυρίδι χρώμενοι ἐν τῇ παρόδῳ. Καὶ γοῦν Ἀριστοφάνης ἐπισκώπτων αὐτοὺς λέγει που (Vesp. 57) « Μηδ' αὖ γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον· » ἀλλὰ καὶ Ἐκφ. παλαιότατος τῶν ἀρχαίων ποιητής (v. supra) φησι Μεγαρικῆς κωμῳδίας ᾆσμα δίειμαι, αἰσχύνομαι (codex ap. Gaisf. ad Hephæstion. p. 97 ᾆσμα δίειμ' ᾐσχυνόμην) τὸ δρᾶμα Μεγαρικὸν ποιεῖν. » Restituamus senarios secundum Mein. et Bern. Felicianum, qui hæc ita vertit apud Gaisford. ad Hephæst. p. 97.

Prætereo carmen Megaricæ comœdiæ :
nam me pudet Megaricam facere fabulam.

His Meinekius respondere suspicabatur græca

Ἆσμ' οὐ δίειμι Μεγαρικῆς κωμῳδίας·
αἰσχύνομαι τὸ δρᾶμα Μεγαρικὸν ποιεῖν.

Malim αἰσχύνομαί τοι, vel potius ᾐσχυνόμην τοι, δρ. Μ. π. Duo hæc esse fragmenta vel diversorum comicorum, vel unius Ecphantidis, visum erat Bergkio Commentt. de reliquiis com. Att. p. 358, non sane abs re. Omnem vero offensionem tollit Hermanni scriptura, quam partim præiverat olim Meinekius ad Menandr. et Philem. p. 382 :

Μεγαρικῆς κωμῳδίας
ᾆσμ' ᾖδον, εἰ μὴ ᾐσχυνόμην
τὸ δρᾶμα Μεγαρικὸν ποιεῖν.

2.

Poeta anonymus (fortasse Cratinus) apud Hephæst. p. 96 Gaisford. :

« Εὔιε, κισσοχαῖτ' ἄναξ, χαῖρ' » ἔφασκ'
Ἐκφαντίδης.

Sic Pauwius; libri ἔφασκε φαντίδης. Suidas, Εὔιε : Διονύσῳ. ὕμνος ἐνθουσιαστικός. Ex hisce comparatis Nækius Chœr. p. 53 exsculpere conatus est Ecphantidis fabulam inscriptam Διόνυσος, nomen poetæ forte excidisse putans apud Suidam. Sed lexicographi verba ista videantur infuscata, quum dixisset Εὔιον, ὦ Διόνυσε, quæ habes ap. Aristoph. Thesmoph. 987, id carmen recte hymnum appellaverit.

3.

Schol. Venet. Aristoph. Vesp. 1182 : Ἀνδροκλέα δὲ Κρατῖνος Σεριφίοις φησὶ δοῦλον καὶ πτωχὸν, ἐν δὲ Ὥραις ἡταιρηκότα Ἀριστοφάνης τὸν αὐτόν· Τηλεκλείδης δὲ καὶ Ἐκφ. βαλλαντιοτόμον.

4.

Pollux 2, 127 : Κακηγορία· κακηγορίστερος παρὰ Φερεκράτει, καὶ κακηγορίστατος παρὰ Ἐκφαντίδῃ.

V.

CHOERILUS.

Hesychius : Ἐκκεχοιριλωμένη : οὐ (sic Casaubonus pro τοῦ) Χοιρίλου οὖσα. Ἐκφαντίδῃ γὰρ τῷ κωμικῷ Χοιρίλος θεράπων ἦν, ὃς συνεποιεῖτο κωμῳδίας. Cave credas grammatico interpretanti verbum ἐκκεχ., sed similis notionis est ἐχοιριλοῦν atque ἐκφαυλίζειν, *depravare*, quasi germanice dicas per jocum *verchœrilen*, i. e. ἐκφαυλίζειν διὰ τὸν Χοιρίλον. Dixerit Cratinus vel aliquis inimicus Chœrili comœdiam ἐκκεχοιριλωμένην, i. e. corruptam perditamque opera Chœrili, Ecphantidem dominum adjuvantis in componendis fabulis. Neque bonus poeta fuit, opinor, ipse Ecph., et pejor etiam Chœrilus, æquiparandus cognomini, de quo Flacci sunt noti versus.

SATYRI.

Pedes coctos suis aliquem emere oportet, quos comedat.

FAB. INCERT.

1.

Megaricæ comœdiæ
carmen canerem, nisi puderet me
drama Megaricum facere.

2.

« Euie, hedera redimite deus, salve! » dicebat Ecphantides.

3.

Androcles crumenarum sector.

VI.

TOLYNUS.

Etym. M. p. 761, 47, Τολύνειον (ita Mein.; libri Τολύνιον) : τὸ καλούμενον Κρατίνειον μέτρον πολυσύνθετον, ἀπὸ τοῦ Μεγαρέως Τολύνου· ἔστι δὲ προγενέστερος Κρατίνου. De metro Cratineo v. Hephæst. et Hermann. Doctr. metr. p. 582. Sed Meinekius Hist. crit. com. p. 38, « Fortasse, » inquit, « corruptus est grammatici locus, et pro Τολύνειον scribendum Τελλήνειον. Zenobius Prov. 1, 45 : Τέλλην αὐλητὴς ἐγένετο καὶ μελῶν ποιητής, παίγνιά τε κατέλιπεν εὐρυθμότατα καὶ χάριν ἔχοντα πλείστην, καὶ σκώμματα κομψότατα. In eum exstat epigramma Leonidæ Tarentini, Anthol. Palat. VII, 719, ex quo perantiquum poetam fuisse intelligitur :

Τέλληνος τόδε (libri corrupto metro ὅδε. *Both.*)

τύμβος· ἔχω δ' ὑπὸ βώλεϊ πρέσβον
τῆνον, τὸν πρῶτον γνόντα γελοιομελεῖν.

Ceterorum scriptorum, qui Tellenem commemorant, loca collegit Ruhnkenius Epist. crit. I, p. 118. » Hæc etsi non inepta est conjectura, tamen dissimiliora mihi videntur horum poetarum nomina, quam quæ facile permisceantur : itaque Tolynum non aspernor.

Hi fere fuerunt poetæ, quos præcursores dicas veræ et perfectæ artis : aucta enim mirum in modum libertate popularis imperii audaciaque demagogorum simul totis viribus insurgens poesis comica non modo malos turbulentosque homines exagitabat (v. Horat. Serm. I, 4, 1 — 5), verum, quo cives ad omnis honestatis studium amplectendum excitaret, omnem divinarum humanarumque rerum orbem percurrit. Hanc summi floris ætatem inde ab olympiade octogesima ad nonagesimam sextam pertinuisse statuit Meinekius. *Sed in vitium* (ut Horatii verbis utar, A. P. 282) *libertas excidit et vim Dignam lege regi. Lex est accepta, chorusque Turpiter obticuit sublato jure nocendi.* Inprimis ille significat legem, archonte Morychide latam olymp. 85, 1, qua primum cautum est μὴ κωμῳδεῖν ὀνομαστί, quæ tamen lex eo tantummodo valuisse videtur Meinekio, ne poetæ comici, quem insectarentur, cum nominatim ignominiosas partes agentem in scenam producerent. (Iisdem temporibus etiam illam legem perlatam esse suspiceris, qua ne quis Areopagita comœdiis scribendis operam daret prohibitum est : v. Plut. Bellone an pace præst. Athen. p. 348, C. *E Mein.*) Inde autem ab olympiadis 92 anno 1 soluta democratia, sævientibusque Triginta viris, tum coorto, quod maximum momentum habuit, bello Peloponnesiaco res Atheniensium publicæ ac privatæ adeo afflictæ sunt, ut sumptus ad choros, cum tragicos, tum comicos, quamvis minus splendidos, non amplius suppeterent civibus.

Sed redeamus ad ætatem illam, quam dixi in superioribus, illustratam clarissimis comicorum ingeniis, Cratini, Cratetis, Pherecratis, Eupolidis, aliorumque, de quibus jam ordine exponendum est.

VII.

CRATINUS.

Platonius De diverso ingenio principum comœdiæ veteris Græcorum, pag. XIV ed. Didot. : Κρατῖνος, ὁ τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας ποιητής (Callimedis filius, tribulis τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς et taxiarchus secundum Suidam et parœmiographos v. Ἐπειοῦ δειλότερος), ἅτε δὴ καὶ τὰ τοῦ Ἀρχιλόχου ζηλώσας (ita Hemsterhus., i. e. « quippe etiam Archilochi carmina æmulatus; » codices vitiose ἅτε δὴ κατὰ τὰς Ἀρχ. ζητήσεις) αὐστηρὸς μὲν ταῖς λοιδορίαις ἐστίν· οὐ γάρ, ὥσπερ ὁ Ἀριστοφάνης, ἐπιτρέχειν τὴν χάριν τοῖς σκώμμασι ποιεῖ, τὸ φορτικὸν τῆς ἐπιτιμήσεως διὰ ταύτης (intell. τῆς χάριτος) ἀναιρῶν, ἀλλ' ἁπλῶς, καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τίθησι τὰς βλασφημίας κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων. Ut decrepitum et nugatorem quum risisset eum Aristophanes Eq. 493 seqq., quæ fabula acta est olymp. 88, 4, irritatus ejusmodi dicteriis Cratinus sequente anno Πυτίνην miro omnium applausu docuit, sed brevi post vitam finivit. Lucianus in Macrob. 25 : Κρατῖνος δέ, ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητής, ἑπτὰ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε, καὶ τῷ τέλει τοῦ βίου διδάξας τὴν Πυτίνην, καὶ νικήσας, μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτα. Quum hanc fabulam eum πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου docuisse dicat Luc., ex eo Meinek. colligit obiisse Cratinum olymp. 89, 1, proindeque natales ejus incidere in olymp. 65. Ceterum uni Suidæ, fortasse decepto verbis Aristophanis Acharn. 800, κεχαρμένος μοιχόν, audit παιδικῶν ἡττημένος, verius alterum quod dicit, φιλοπότης, quippe firmatum ipsius jocis in Πυτίνῃ, Aristophanis autem testimonio Eq. 373 et Pac. 666 seqq. Priore loco poeta εἰ σὲ μὴ μισῶ, γενοίμην ἐν Κρατίνου (intell. οἰκίᾳ) κῴδιον, quæ sic interpretatur Suidas : Κρατίνου κῴδιον : κῴδιόν ἐστι τὸ ἅμα τοῖς ἐρίοις δέρμα σκευαζόμενον. ὡς ἐνουρητὴν δὲ καὶ μέθυσον διαβάλλει τὸν Κρατῖνον... γενοίμην οὖν, φησίν, εἰς τὴν οἰκίαν Κρατίνου

κώδιον, ὥστε μου κατουρεῖν ἐκεῖνον, εἰ μή σε μισῶ. Etiam Horatius Epist. I, 19, 1 : *Prisco si credis, Mæcenas docte, Cratino, Nulla placere diu nec vivere carmina possunt, Quæ scribuntur aquæ potoribus.* — « Fabulas Cr. docuisse perhibetur unam et viginti, testibus Suida v. Κρατῖνος, Eudocia p. 271, et Anonymo De com. p. XVI, victoriam autem in poetarum certaminibus novies reportavisse (v. Suid., Eudoc.), πρωταγωνιστῇ usus Cratete (v. schol. Aristoph. Eq. 499). Commentatores nactus est Callistratum, Asclepiadem Myrleanum (v. Athen. 11, p. 465 et 501), Lycophronem in libris De comœdia, et Galenum ipso teste in duobus libris inscriptis Τὰ παρὰ Κρατίνῳ πολιτικὰ ὀνόματα. » *E Mein.* De ingenio Cratini dissentiens a Platonio Anonymus De com. p. XVI, postquam rudem antiquiorum comicorum rationem attigit, ita pergit : Ἐπιγενόμενος δὲ ὁ Κρατῖνος κατέστησε μὲν πρῶτον τὰ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ πρόσωπα [μέχρι τριῶν], συστήσας τῇ ἀταξίᾳ, καὶ τῷ χαρίεντι [τῆς κωμῳδίας] τὸ ὠφέλιμον προστέθηκε, τοὺς κακῶς πράττοντας διαβάλλων καὶ ὥσπερ δημοσίᾳ μάστιγι τῆς κωμῳδίας κολάζων. In his solœce codd. κατέστησε — μέχρι τριῶν, item συστήσας τὴν ἀταξίαν, cum opus sit contrario σ. τῇ ἀταξίᾳ, *resistens confusioni;* putida vero interpretatione τῷ χαρ. τῆς κωμ. et ineleganter μάστιγι τῇ κωμῳδίᾳ κολ. Bene habet δημοσίᾳ μάστιξ τῆς κωμῳδίας, nec raro librarii ι adscriptum (τηι) et ς (της) permiscuerunt. Ceterum Aristoteles Art. poët. 5, 4, ignorari dicit, τίς τὰ πρόσωπα ἀπέδωκεν, ἢ προλόγους, ἢ πλήθη ὑποκριτῶν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Rursus Anonymus De com. p. XIV, de Cratino : Γέγονε δὲ ποιητικώτατος, κατασκευάζων εἰς τὸν Αἰσχύλου χαρακτῆρα, quam laudem pariter circumcidens Platonius loc. citato, εὔστοχος ὤν, inquit, ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν δραμάτων καὶ διασκευαῖς (in inveniendis disponendisque fabularum argumentis. *Mein.*), εἶτα προϊὼν καὶ διασπῶν (divellens) τὰς ὑποθέσεις οὐκ ἀκολούθως πληροῖ τὰ δράματα. Λαμπρὸν eum τὸν χαρακτῆρα vocat Suidas v. Κρατ., ταυροφάγον Aristophanes Ran. 343, ὅτι τοῖς διθυράμβοις ἆθλον ἦν ὁ βοῦς, ὅθεν καὶ ὁ Κρατ. ταυροφάγος (Apollon. Lex. Homer. p. 156). Sectatores habuit Græcorum Eupolin, Aristophanem, quamvis insectantem, Cratetem, Teleclidem, Strattidem, alios, Romanorum Lucilium teste Flacco Serm. 1, 4.

ΑΡΧΙΛΟΧΟΙ.

Argumentum hujus fabulæ ignoratur; sed magni fecisse dicitur Cratinus Archilochum : quare non est quod dubitemus, quin chorus constiterit Archilochis personatis, quos Bergkius (Commentt. p. 4 sq.) « acerborum censorum partes sustinuisse existimat, qui validis et vibrantibus sententiis vitia quædam satis gravia exagitaverint. » — Actam esse fabulam circa finem olympiadis 82 (448 a. C.) efficitur ex fr. 1.

1.

Plut. Vita Cimonis 10, de munificentia viri exponens : Αὐτῷ δὲ νεανίσκοι παρείποντο συνήθως ἀμπεχόμενοι καλῶς, ὧν ἕκαστος, εἴ τις συντύχοι τῷ Κίμωνι τῶν ἀστῶν πρεσβύτερος ἠμφιεσμένος ἐνδεῶς, διημείβοντο πρὸς αὐτὸν τὰ ἱμάτια· καὶ τὸ γινόμενον ἐφαίνετο σεμνόν· οἱ δ' αὐτοὶ καὶ νόμισμα κομίζοντες ἄφθονον, παριστάμενοι τοῖς κομψοῖς τῶν πενήτων ἐν ἀγορᾷ, σιωπῇ τῶν κερματίων ἐνέβαλλον εἰς τὰς χεῖρας· ὧν δὴ καὶ Κρ. ὁ κωμικὸς ἐν Ἀρχιλόχοις ἔοικε μεμνῆσθαι διὰ τούτων·

Κἀγὼ γὰρ ηὖχουν Μητρόβιος ὁ γραμματεὺς
σὺν ἀνδρὶ θείῳ καὶ φιλοξενωτάτῳ
καὶ πάντ' ἀρίστῳ τῶν Πανελλήνων προτοῦ,
Κίμωνι λιπαρὸν γῆρας εὐωχούμενος
αἰῶνα πάντα συνδιατρίψειν· ὁ δὲ λιπὼν
βέβηκε πρότερος.

Scripsimus apud Plutarchum διημείβοντο pro διημείβετο, quum sequatur τὰ ἱμάτια, quod illi convenit : v. de hoc usu verborum pluralis numeri, constructorum cum nominibus collectivis, Matth. Gr. §. 301, Iliad. 15, 265, Thucyd. I, 106; 4, 99; 6, 35. Metrobium Winkelmannus Proleg. ad Plat. Euthyd. p. 40, consentiente Bergkio Commentt. p. 19, eundem esse putat, quem Plato Euthyd. p. 272, C, et Menex. p. 236, A, patrem dicit Conni fidicinis. De scribis Atheniensium v. Schœmann. De comit. p. 318 seqq., Bœckh. Corp. inscriptt. 1, p. 200, etc. V. 3 libri πρώτῳ, Reisk. πρόμῳ, Hermannus probabiliter προτοῦ, *olim.* — Obiit Cimon olymp. 82, 3 : hoc anno igitur vel sequenti hæc fabula acta.

2.

Clemens Alex. Strom. 1, p. 280 (329) : Κρ. γοῦν ἐν τοῖς Ἀρχιλόχοις ποιητὰς καταλέξας ἔφη

ARCHILOCHI.

1.

Equidem ipse sperabam Metrobius scriba,
me cum viro divino atque hospitalissimo,
omniumque olim Græcorum optimo,
Cimone, felici senectute convivantem,
totam vitam ducturum esse; sed ille me deserens
abiit prior.

Οἷον σοφιστῶν σμῆνος ἀνεδιφήσατε.

Libri mendose Ἀρχιλοχείοις (ει correctum adscripto οι, ut sit Ἀρχιλόχοις). Deinde scribam καταδείξας et in verbis Cratini ἀναδιφήσατε. Nam nos si audis, nescio quis conspectis Archilochis pedissequos suos sciscitari jubet, qualis sit illa turba σοφιστῶν, i. e. σοφῶν, doctorum, philosophorum, artificum, poetarum, ut late patet usus nominis σοφιστής. Eodem respiciens Diogenes L. Procem. 12 : οἱ ποιηταὶ σοφισταί, καθὰ καὶ Κρ. ἐν Ἀρχιλόχῳ (sic) τοὺς περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν οὕτω καλεῖ.

3.

Athen. 4, p. 164, E : Ταῦτα τοῦ Μάγνου ἑξῆς καταδραμόντος ἀποβλέψας ὁ Κύνουλκος εἰς τοὺς παρόντας τῶν φιλοσόφων ἔφη

Εἶδες τὴν Θασίαν ἅλμην, οἷ᾽ ἄττα βαΰζει;
ὡς εὖ καὶ ταχέως ἀπετίσατο καὶ παραχρῆμα!
οὐ μέντοι παρὰ κωφὸν ὁ τυφλὸς ἔοικε λαλῆσαι,

ὡς ὁ Κρ. ἐν τοῖς Ἀρχιλόχοις ἔφη. Ταχ. καὶ παραχρ. synonyma conjuncta, ut Dinarchus C. Dem. p. 66 : τὴν εἰσαγγελίαν εὐθὺς παραχρῆμα ἀναιρούμενος, etc. Τὴν Θασίαν ἅλμην intelligo metaphorice coryphæum Archilochorum. « Suspicor ipsum Archilochum significari, poetam maledicentissimum, quem constat Pariorum coloniæ in Thasum ducendæ præfuisse, in eaque insula domicilium collocasse. Ceterum Thasia salsamenta magna olim laude ferebantur. » *E Mein.* Proverbio dicebant τυφλὸς παρὰ κωφόν, *cæcus apud surdum*, indicantes, utrimque errari; nunc autem nec male ultus est inimicos Archilochus, neque illi id non persenserunt.

4.

Suidas : Διὸς ψῆφος οὕτως (immo ὁ τόπος : simili omisso per negligentiam ὅτος degeneraverit in in οὗτος, οὕτως) καλεῖται, ἐν ᾧ Ἀθηνᾶ καὶ Ποσειδῶν ἐκρίθησαν. Κρ. Ἀρχιλόχοις·

Ἔνθα Διὸς μεγάλου θᾶκοι πεσσοί τε καλοῦνται.

ὁ γὰρ τόπος, ἐν ᾧ διεκρίθησαν, Διὸς ψῆφος καλεῖται· τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἱερῶν καὶ ἀθίκτων. Schol. Aristoph. Nub. 94 : Φροντιστήριον, οἱονεὶ βουλευτήριον ἢ σύνοδός τις καὶ θᾶκος σοφῶν. θᾶκος δὲ καλεῖται ὁ τόπος ἀττικῶς, ἔνθα πολλοὶ συνέρχονται σκεψόμενοι. Hesychius : Διὸς θᾶκοι καὶ πεσσοί· τινὲς γράφουσι ψῆφοι. φασὶ δὲ ἐν τῇ τῶν Ἀθηνῶν διαψηφίσει, ὅτε ἠμφισβήτει Ἀθηνᾶ καὶ Ποσειδῶν, τὴν Ἀθηνᾶν Διὸς δεηθῆναι ὑπὲρ αὑτῆς τὴν ψῆφον ἐνεγκεῖν. Fuse rem narrat Apollodorus 3, 14, commemoratam etiam Herodoto 8, 55, et Pausaniæ Att. 24., ad quos remitto lectores. Meinek. : « Eidem loco Πεσσοὶ nomen inditum fuit, quod illic Jovem talis lusisse ferebant (?); cf. schol. Eur. Med. 68, πεσσούς : τοὺς τόπους τῶν κυβευτῶν. » Verisimilius videtur, πεσσοὺς etiam significasse ψήφους, sicut Latinis *calculum* tabellam sententiamque judicis (v. Gesneri Thes. Lat. l. v. *calculus*, 6); quod indicatur etiam varietate ab Hesychio annotata. Item Mein., καλοῦνται illustrans : « Eundem verbi καλεῖν usum habemus jam apud Homerum Il. 11, 757 : πέτρης τ᾽ Ὠλενίης καὶ Ἀλεισίου ἔνθα κολώνη κέκληται, etc. »

5.

Athen. 3, p. 86, E : Τῶν δὲ πιννῶν μνημονεύει Κρ. ἐν Ἀρχ. « Ἡ μὲν σηπίῃσι καὶ ὀστρείοισιν ὁμοίη. » Idem ib. p. 92, E; Ὄστρεια δὲ μόνον οὕτως (non ὄστρεα) ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι. Κρ. Ἀρχ. « Πίννῃσι καὶ ὀστρείοισιν ὁμοίη. » Recte Meinekius probante Dindorfio :

Ἡ μὲν δὴ πίννῃσι καὶ ὀστρείοισιν ὁμοίη.

6.

Stephanus Byz. v. Δωδώνη, p. 323 : Δωδωναῖος... καὶ Ὅμηρος (Il. 16, 233) « Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε. » καὶ Κρ. Ἀρχ.

Δωδωναίῳ κυνὶ βωλοκόπῳ, τίτθη, γεράνῳ προσέοικας.

Ita Heringa Obs. p. 233; libri προσεοικώς. Sententia obscura.

7.

Athen. 9, p. 375, A, de sue : Περὶ δὲ τῆς ἡλικίας τοῦ ζῴου Κρατῖνός φησιν ἐν Ἀρχ.

Ἤδη δέλφακες, χοῖροι δὲ τοῖσιν ἄλλοις.

« Forsan, inquit Mein., ἡμῖν μὲν vel ἐμοὶ μὲν

2.

Quantum sophistarum (*i. e.* poetarum) exercitum [conquisivistis!

3.

Vidistine Thasium salsamentum, qualia latrat?
Ut bene citoque et extemplo vindicavit injurias!
sane non dixit cæcus apud surdum.

4.

Ubi Jovis magni sedes et calculi qui vocantur.

5.

Illa quidem pinnis ostreisque similis.

6.

Dodonæo cani glebas frangenti (?), o nutrix, grui [comparanda es.

7.

Mihi jam suculæ, porci autem ceteris.

præponendum. » Dobræus : « Exoletos quosdam dicit. Martialis : *Vir aliis..., puer mihi.* »

8.

Idem 9, p. 410, D : Ὠμολίνου δὲ μέμνηται Κρ. ἐν Ἀρχ.

Ὠμολίνοις κόρη
βρύουσ' ἀτιμίας πλέως.

Libri κόμη, quod emendavit Mein. Pollux 10, 64, annotavit, præter Cratinum, Æschylum ἐν Προμηθεῖ πυρκαεῖ dixisse ὠμόλινον. « Figurate dicta videntur de æmuli poetæ fabula, quam squalidæ puellæ comparat. » *Mein.*

9.

Hephæstion 15, p. 88, postquam asynarteti Archilochii hoc exemplum posuit Ἐρασμονίδη Χαρίλαε, χρῆμά τοι γελοῖον, ita pergit : Κρ. δὲ ὅταν λέγῃ ἐν τοῖς Ἀρχ.

Ἐρασμονίδη Βάθιππε τῶν ἀωρολείων,

τοῦτο τὸ μέτρον ἀγνοεῖ, ὅτι οὐχ ἄντικρυς μιμεῖται τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου τὸ Βάθιππε. Male libri μιμ. τοῦ Ἀρχ. τὸ Ἐρασμονίδη. Schol. Hephæstionis : ἀωρολείους τοὺς ἔξω ὥρας λειουμένους, οἷον ἐν γήρᾳ καλλωπιζομένους, et similiter Anecd. Bekker. p. 476, Ἀωρόλειος : ὁ παρὰ τὴν ὥραν καὶ ἡλικίαν λειαινόμενος. « Erasmonidis nomine neque Archilochus Charilaum, neque Cratinus Bathippum dixit, quod uterque Erasmonide patre usus fuerit, sed patronymicum illud, ut alia multa, ἐπιθετικῶς interpretandum est, quasi dicas *venustulum* (ἐράσμιον). Habent enim talia fere ironiæ et ludibrii colorem. V. egregiam ann. Lobeckii ad Soph. Ajac. p. 299 (vers. 822). Ex eodem genere est Plautinus ille Bombomachides, etc. » *Mein.*

10.

Hesychius, Εὕδοντι δ' αἱρεῖ πρωκτός : παροιμία ἀπὸ τοῦ εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ. » (Recte Photius Lex. p. 29, 1, Εὕδοντι δ' αἱρεῖ κύρτος : παροιμία· καθεύδουσι γὰρ καθέντες τοὺς κύρτους.) λέγουσι δὲ ὅτι, ὅταν τοὺς κύρτους καθῶσιν, αὐτοὶ μὲν (sic Meinek. pro δέ : intell. piscatores) καθεύδουσιν, ὁ δὲ κύρτος αἱρεῖ τοὺς ἰχθῦς. Κρ. Ἀντιλέγω (sic, sed Phot. Ἀρχιλόχοις). Adde Proverb. Bodl. 429. « Acerbissime Cratinus hæc dixisse videtur de exoleto quodam, cui sua sponte et nullo cum labore plurimi amatores obtigerant. » *Mein.*

11.

Photius Lex. p. 498, 10 : Σαμιακὸν τρόπον : Κρ. Ἀρχ., * εἰσυαμίαν ἐπισκώπτων μιννύω ναυσὶ* (Bergkius scribendum esse vidit εἰς ὑηνίαν ἐπισκ. Μένωνα sive potius Μέμνονα collato Etym. M. p. 736, 46. Deinde Nækius Chœr. p. 156 ὑσὶ) γὰρ ἐμφερεῖς εἶχε τὰς πρῴρας τὰ τῶν Σαμίων πλοῖα. Adde schol. Arist. Pac. 143. De proris Samiacarum navium ad suillorum rostrorum similitudinem effictis Mein. adscripsit versum, quem habet Hesychius v. Σαμιακὸν τρόπον, hunc :

Νηῦς δέ τις ὠκύπορος Σαμίη, συὸς εἶδος ἔχουσα.

12.

Harpocrat. Lex. p. 100, 22 : Ἐλέγετο δὲ κυρίως ἰθύφαλλος τὸ ἐντεταμένον αἰδοῖον, ὡς Κρ. Ἀρχ.

13.

Schol. Luciani ad Jovem trag., vol. 2, p. 696 : Ὁ μὲν Καλλίας οὗτος, ὥς Κρ. Ἀρχ. φησίν, Ἱππονίκου υἱὸς ἦν, τὸν δῆμον Μελιτεύς, ὡς Ἀριστοφάνης Ὥραις, πλούσιος, καὶ πασχητιῶν, καὶ ὑπὸ πορνιδίων διαφορούμενος, καὶ κόλακας τρέφων. εἰς δὲ στιγματίαν αὐτὸν Κρ. κωμῳδεῖ, ὡς ἕνα τῶν κατάχρεων. Et paucis interjectis : κωμῳδεῖ δὲ αὐτὸν Κρ. καὶ ὡς Φώκου γυναῖκα μοιχεύσαντα, καὶ τρία τάλαντα δόντ' εἰς τὸ μὴ κριθῆναι. Qui in his memoratur Callias, filiusne an nepos Hipponici putandus sit, dubitant Mein. et Bergk.; nobis quidem accuratius etiam exploranda videtur temporum illorum ratio et fides scriptorum. Phocus vel Phocion, ut paulo post nominatur in eodem scholio, aliunde ignotus est.

14.

Schol. ad Luciani Alex. 4, p. 66 : Οὗτοι (οἱ Κέρκωπες) ἐν Βοιωτίᾳ διέτριβον Οἰχαλεῖς ὄντες γένος, Σίλλος καὶ Τριβαλὸς ὀνομαζόμενοι, ἐπίορκοι καὶ ἀργοί, ὡς Κρ. Ἀρχ. Codd. σύλλος, ἕλλος, σῶλος. Scribendum esse Ὦλος καὶ Εὐρύβατος vidit Mein.

8.

Crudis linteis
oppleta virgo turpitudine plena.

9.

Erasmonide Bathippe, intempestive glabrorum.

10.

Dormienti capit culus.

11.

More Samio (*i, e. porcino, a samænarum rostris*).

13.

Calliam, Hipponici filium, Cratinus in Archilochis stigmate notatum inducit, ut unum ex obæratis. Eundem traducit ut Phoci uxoris adulterum, qui tria talenta dederit, quominus in judicium traheretur.

14.

In Bœotia degebant Cercopes, Œchalia oriundi, Olus et Eurybatus, perjuri et inutiles, ut Cr. in Arch.

II. ΒΟΥΚΟΛΟΙ.

1.

Hesych. Πῦρ, πῦρ, ἔγχει (sic, Casaub.; cod. πυρπερέγχει) : Κρ., ἀπὸ διθυράμβου ἐν Βουκόλοις ἀρξάμενος ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβε παρὰ τοῦ ἄρχοντος. ἔστιν οὗ ἠτήρει (Casaub. παρ' οὗ ᾐτήκει). Πῦρ tropice Crat. appellavit vinum, quemadmodum ignes dicuntur amores, etc.; cf. Gell. 17, 8. « Dithyrambum illud carmen vocavit Hesychius, quoniam et sententiarum fervore ardebat, et numeris ferebatur concitatissimis. Ad eundem archontem etiam sequens fr. spectare jam Casaubonus annotavit. » *Mein.*

2.

Athen. 14, p. 638, D, ubi agit de Gnesippo, filio, ut conjicias, Cleomachi : σκώπτει δὲ αὐτὸν, inquit, εἰς τὰ ποιήματα καὶ ἐν Βουκόλοις·

Ὃς (archon ille) οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλέει χορὸν,
τῷ Κλεομάχου δ', ὃν οὐκ ἂν ἠξίουν ἐγὼ
ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια.

Libri Σοφοκλεῖ, nisi Cr. dixit emphatice τῷ Σοφοκλεῖ, nomine illustris Tragici in sede præcipua versus collocato, ut Homerus τὸν Χρύσην Il. A, 11, ubi v. ann. V. 2 τῷ Κλεομάχου pro vulgatis τῷ Κλεομάχῳ Dobræus ad Aristoph. Ran. 1337. « Cleomachus ille initio pugil fuerat. Tricha De metris p. 34 : πύκτης μὲν πρότερον, ὥς φασιν, ἦν (Cleom.), ἐρασθεὶς δέ τινος νέου τὴν ποιητικὴν μετεχειρίσατο. Cf. Strab. 14, p. 648, quo ex loco intelligitur, hominem patria fuisse Magnetem, composuisse autem ejusmodi poemata, qualia describuntur a Cratino in Horis. — Adonia festum minus celebre (de quo ad Aristoph. Pac. 420). » *E Mein.*

3.

Anecd. Bekkeri p. 429, 23, et Suidas : Ἀποκτίννυσι λέγουσι μᾶλλον ἢ ἀποκτιννύει. Κρ. Βουκόλοις

Καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν σκιαμαχῶν ἀποκτίννυσι ταῖς ἀπειλαῖς.

4.

Schol. ad Plat. Lach., ed. Bekker. p. 322 : ἐν τῷ Καρὶ ὑμῖν ὁ κίνδυνος] ἐπὶ τῶν ἐπισφαλέστερον καὶ ἐν ἀλλοτρίοις κινδυνευόντων.... καὶ Κρ. Βουκ. « ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον ἐν ἐμοὶ δὴ δοκεῖ πρώτῳ πειρᾶσθαι. » Manifesto corrupta. Scribam, altera persona, qua opus est, immissa,

α. Ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον. β. Ἐν ἐμοὶ δ', εἰ δοκεῖ,
πειρᾶσθε πρώτῳ.

Εἰ δοκεῖ, ut Aristoph. Nub. 10. — De proverbio ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον, quod in iis usurpatur, qui mercede conducti pericula pro aliis adeunt, v. Schweigh. ad verba ἐν Καρὶ τὴν πεῖραν Polyb. 10, 32, 11.

5.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 395, 27, Ἀνδρακάς : τὸ κατ' ἄνδρα, χωρίς (ita Suidas; libri κατὰ ἄνδρα χωρῆσαι) ὁ Κρ. ἐν Βουκ.

6.

Idem p. 395, 27 : Ἀνεσίαν τὴν ἄνεσιν, καὶ τὴν ἄδειαν. Eadem Suidas h. v.

III. ΒΟΥΣΙΡΙΣ.

Schol. Aristophanis ad Eq. 523 : δοκεῖ δέ μοι Ἀριστοφάνης ἀφ' ὧν εἶπε Κρ. περὶ αὐτοῦ μεγαληγορῶν (minime : v. ann. ad fr. 6) ἀπὸ τούτων καὶ αὐτὸς τὴν τροπὴν εἰληφέναι. (Rapido torrenti Cratinum ibi comparat Aristoph.) ὁ γὰρ Κρ. οὕτω πως ἑαυτὸν ἐπήνεσεν ἐν τῇ Π.

Ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τοῦ ῥεύματος!
καναχοῦσι πηγαί! δωδεκάκρουνον τὸ στόμα,
Ἰλισσὸς ἐν τῇ φάρυγι! τί ἂν εἴποιμί σοι;
Εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσει τις αὐτοῦ τὸ στόμα,
ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασιν.

3.

Nunc, ubi vidit Mendæum nuper adultum
villum, sequitur et comitatur, dicens :
« Ah, quam tenerum et candidum! feretne tres (partes)?

4.

Apparatum fortasse nostis.

5.

Parque (vinum) parem (aquam) ferens adspiciens sane tabesco.

6.

Aquam vero bibens nihil pariat ingeniosum.

7.

Rex Apollo, o verborum flumen!
strepunt rivi! duodecim fontibus eloquens
Ilissus inest gutturi! quid tibi dicam?
Nisi quis obturet illi os,
hæc omnia inundabit carminibus.

E scholiaste habet Suidas vv. Ἀφέλεια et Δωδεκάκρουνον; 3 priores versus etiam Tzetzes Hist. 8, 184, et Exeg. Iliad. p. 12, pariter ille ac scholiastes errans in persona, quæ hæc recitabat. Versu 1. libri Suidæ τοῦ ῥεύματος, sed scholiorum τῶν ῥευμάτων, quod τῶν ἐπητῶν ῥευμάτων conjeceramus annot. ad Eq. l. l. (488). Apollonius soph. p. 279 ed. Toll., ἐπητῇ : λογίῳ, παρὰ τὰ ἔπη..... ἐπητῇ δ' ἀνδρὶ ἔοικας (Odyss. 18, 127). V. 2 schol. καναχῶσα. Τὸ addidit Porsonus. Ceterum importune et ταυτολογικῶς infertur στόμα. Malim καν. πηγαί! δωδεκάκρουνα στωμύλος Ἰλ. ἐν τῇ φ., scil. ἐστί. Pro στωμύλος exaratum per negligentiam στομύλος, idque in scriptura continua quum λισ abripuisset simile ύλος (στομυλοσιλισσος, στομιλισσος), mox abierit in στομ' et στόμα. Non dissimulandum tamen δωδεκάκρουνον στόμα hinc transiisse ad Philostrat. V. Soph. p. 325, et Theophylact. Epist. 24. « Alludit his verbis (δω—νον στόμα) Cr. ad fontem Enneacrunum, antiquitus dictum Callirrhoen, qui Pisistratidarum opera eximie ornatus fuit novem tubis aquas limpidas emittentibus. V. Meursius Ceram. cap. 14, Schneider. ad Vitruv. 8, 3, 6, et de situ fontis accurate exponentem Leake *Topogr. of Athens* p. 45 seqq. » *E M.* Pausan. Att. 14, 1 : ἐς δὲ τὸ Ἀθήνησιν εἰσελθοῦσιν ᾠδεῖον ἄλλα τε καὶ Διόνυσος κεῖται θέας ἄξιος· πλησίον δέ ἐστι κρήνη, καλοῦσι δὲ αὐτὴν Ἐννεάκρουνον, οὕτω κοσμηθεῖσαν ὑπὸ Πεισιστράτου· φρέατα (puteos) μὲν γὰρ καὶ διὰ πάσης τῆς πόλεώς ἐστι, πηγὴ δὲ αὕτη μόνη. Inde Herodotus 6, 137, 4, φοιτᾶν γὰρ αἰεὶ τὰς σφετέρας (Atheniensium) θυγατέρας τε καὶ τοὺς παῖδας ἐπ' ὕδωρ ἐπὶ τὴν Ἐννεάκρουνον. Sed disertius Thuc. 2, 15, de acropoli Athenarum agens : ἵδρυται δὲ καὶ ἄλλα ἱερὰ ταύτῃ ἀρχαῖα, καὶ τῇ κρήνῃ τῇ νῦν μέν, τῶν τυράννων οὕτω σκευασάντων, Ἐννεακρούνῳ καλουμένῃ, τὸ δὲ πάλαι, φανερῶν τῶν πηγῶν οὐσῶν, Καλλιρρόῃ ὠνομασμένῃ, ἐκείνῃ τε ἐγγὺς οὔσῃ τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντο, καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου πρό τε γαμικῶν καὶ ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν νομίζεται τῷ ὕδατι χρῆσθαι. De Ilisso fluvio, Musis sacro, et Hymetto monte, in quo oriebatur, v. Herodotus ejusque interpretes 6, 137; 7, 189, aliique.

Athen. 11, p. 494, C : ἔστι δὲ (ὀξύβαφον) καὶ ὄνομα ποτηρίου, οὗ μνημονεύει Κρ. μὲν ἐν Π. οὕτω·

— α. Πῶς τις αὐτόν, πῶς τις ἂν
ἀπὸ τοῦ πότου παύσειε, τοῦ λίαν πότου;
β. Ἐγῷδα· συντρίψω γὰρ αὐτοῦ τοὺς χοᾶς,
καὶ τοὺς καδίσκους συγκεραυνώσω σποδῶν,
καὶ τἄλλα πάντ' ἀγγεῖα τὰ περὶ τὸν πότον,
κοὐδ' ὀξύβαφον οἰνηρὸν ἔτι κεκτήσεται.

Versu 2 librorum ποτοῦ Casaub. correxit. Idem. v. 3 male χόας. Versum 6 servavit etiam Pollux 6, 23 et 10, 67. Confer fr. incert. 182. Verba e colloquio personatæ Comœdiæ (v. fragm. 1) cum amicis Cratini. Eorum unus vim suadet v. 3 et seqq., qui quidem in istis vasibus etiam ipsam πυτίνην, a qua fabula appellata est, h. e. lagenam plexam e vimine saligno vel corio et pice obductam (v. fr. 17) nominare poterat, ut qua inprimis usus esse poeta videatur. Ita tandem ille justa pœnitentia in gratiam cum uxore redit; quod significatur proximo fragmento.

9.

Priscian. 18, p. 203 ed. Krehl. : « Κρατῖνος ἐν Π.

Ἀτὰρ ἐννοοῦμαι δῆτα τὰς μοχθηρίας
τῆς ἠλιθιότητος τῆς ἐμῆς.

Similiter nos, *Cogito quæ sunt difficultates stolíditatis meæ.* » V. 1 τῆς codd. V. 2 cod. Monac. THC HIEITNTOC : unde Fritzschius τῆς ἐνεότητος, Bergkius τῆς σκαιότητος.

« Vidimus Cratinum Comœdiæ reconciliatum : sed abhinc quæ fuerit fabulæ forma et descriptio haud certo dispicias. Itaque reliqua fragmenta τῆς Πυτίνης, prout argumenti similitudine aliqua continentur, deinceps adscribam, facto initio ab iis, quæ e parabasi fabulæ desumpta sunt. » *E M.*

10.

Meinek. Hist. crit. Com. p. 54 annotavit, in tanta Comicorum Athenis æmulatione de principatu gratiaque populi non esse magnopere mirandam simultatem, quæ Cratino cum Aristophane intercesserit. Hic igitur quum et alias, et maxime in Equitibus, acerbe vellicasset Cratinum, quamvis laudans ingenium viri, contra ille, insigni vegetæ senectutis invictique roboris documento, in Πυτίνῃ æmulum cum aliorum cri-

8.

a. Quomodo quis illum, quomodo
a potu, nimis potu, abstrahat?
b. Ego scio : confringam congiaria ejus vasa,
cadosque fulminando disjiciam
et cetera potus instrumenta,
ut ne acetabulum quidem vinale amplius possideat.

9.

Sed reputo sane nequitiam
stultitiamque meam.

minum insimulavit, tum accusavit, in fabulis scribendis Eupolidis cum scrinia compilasse. Schol. Aristophanis ad Eq. 528 : ταῦτα (intell. Aristophanis convicia) ἀκούσας ὁ Κρ. ἔγραψε τὴν Πυτίνην, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐλήρησεν ἐν οἷς κακῶς λέγει τὸν Ἀριστοφάνην ὡς τὰ Εὐπόλιδος λέγοντα.

11.

Idem schol. ad Pac. 602 : πρὸς ταῦτα καὶ Κρ. ἐν Π. πεποίηκεν

Ὦ λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε!

ἔστι δὲ πρὸς τὰ Ἀρχιλόχου (fragm. 63 Gaisford.).

Ὦ λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε
ῥήματα.

Schol. Ὦ σοφώτατοι. Alterum Ὦ λιπερνῆτες ex Diodoro sumptum, qui eo versu utitur 12, 40. « Cratini locum respicere videtur Photius p. 225, 24, Λιπέρνητες : ἤτοι λιποπόλεις ἢ πένητες. τὸ δὲ ὄνομα καὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς, ὅταν παρῳδῶσι τοὺς Ἴωνας· ubi nescio an unum Archilochum dixerit τοὺς Ἴωνας. Ceterum rectius fortasse scribitur λιπέρνητες. Hesychius quoque Λιπέρνης : ὁ ἐκ πλουσίου πένης· sed Etym. M. Λιπερνῆτις θηλυκόν· τὸ ἀρσενικὸν λιπερνήτης. σημαίνει τὸν ἐνδεῆ καὶ πτωχὸν παρὰ τὸ λείπεσθαι ἐρνέων, ὅ ἐστι φυτῶν. ἢ λιπερνήτας (leg. ἀλιπερνήτας. Etym. Gud. ἀλιπερνῆτες. *Both.*) φησὶν Ἀριστόξενος τοὺς ἁλιεῖς καὶ θαλασσίους, ἀπὸ τοῦ τῆς ἁλὸς διαπιπράσκειν (per mare navigantes mercari) καὶ ζῆν, etc. » *M.* qui etiam Cratineis probabiliter addit ῥήματ'.

12.

Pollux 10, 184 : μάλιστα δ' ἐχρῶντο τῷ πλέγματι τούτῳ (χάννας dicit) ἐς τὰ περιφράγματα, ὡς ἐν τῇ Π. ὁ Κρ. περὶ τῶν τριήρων λέγει

Οὐ δύνανται πάντα ποιοῦσαι νεωσοίκων λαχεῖν,
οὐδὲ χάννης·

Libri frequente lapsu ἐν τῇ Πιτύνῃ, ut πίτυνον Athen. 7, p. 304, E, in Numenii versu, qui sic scribendus est

χάννας τ' ἐγχέλυάς τε, καὶ ἐννυχίην πύτινον.

« Neque enim dubitandum videtur quin piscis ille a lagenæ similitudine πύτινος appellatus sit. Intelligitur autem ex hoc Numenii loco, penultimam nominis πυτίνη produci. (Aristophanes Av. 798, ὡς Διϊτρέφης γε πυτιναῖα μόνον ἔχων πτερά. *Both.*) Verborum e parabasi ductorum hanc sententiam esse vidit Fritzsch. Quæstt. Aristoph. 1, p. 294, *triremes, quum vehementer cupiant patriam revisere, non posse tamen in navalia aut storeas redire.* » *E M.*

13.

Schol. Aristophanis ad Nub. 354, de Clisthene : οὗτος δὲ ἐπὶ κιναιδίᾳ διαβάλλεται. (Sequuntur ab alio adscripta.) τοῦτον δὲ ὡς γυναικιζόμενον οὐκ Ἀριστοφάνης διαβάλλει μόνον, ἀλλὰ καὶ Κρ. ἐν Π. λέγων οὕτως·

Λῃρεῖς ἔχων· γράφ' αὐτὸν
ἐν ἐπεισοδίῳ· γελοῖος ἔσται Κλεισθένης κυβεύων
ἐν τῇδε τῇ κάλλους ἀκμῇ.

Cratini v. 1 sic Suidæ cod. A.; ceteri αὐτός. V. 2 fort. delendum ἐν, Simili menda Iphig. Aulid. 692 vulgo ἐν αἰθέρι, sed in bonis codicibus legitur αἰθέρι. V. 3 librorum ἐν τῇ τοῦ κ. ἀ. correxit Bentl. Suidas quoque Κλεισθένους ἀκρατέστερος : οὗτος ἐπὶ κιναιδίᾳ διεβέβλητο καὶ ἐγυναικίζετο. καὶ Κρ. Λῃρεῖς ἔχων ... κυβεύων. Postrema ibi desunt. « Monetur Cr., ut Clisthenem in episodio describendum spectatorum risui exponat. Cave autem ἐπεισόδιον hic eo sensu accipias, quo quidquid inter duo chori cantica interjectum est, significat : is enim vocabuli usus nonnisi ad tragœdias pertinet, falsusque haud dubie est Anonymus de Com. p. 22, etiam in comœdiæ partibus ἐπεισόδιον τὸ μεταξὺ δύο χορικῶν μελῶν commemorans. Revera ibi ἐπ., ἐπίγραμμα quoque appellatum a Plutarcho Commun. notit. p. 1065, D, fuit quoddam exodium, non alio nisi risus captandi consilio additum fabulæ, neque necessario vinculo cum ea conjunctum. Grammaticus Bekk. Anecd. p. 253, 19 : ἐπεισόδιον κυρίως μὲν τὸ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ ἐπιφερόμενον τῷ δράματι γέλωτος χάριν ἔξω τῆς ὑποθέσεως (quo spectat Metagenes Φιλοθύτου fragmento 1, verbis κατ' ἐπεισόδιον μεταβάλλω τὸν λόγον), καταχρηστικῶς δὲ ἁπλῶς τὸ ἐξαγώνιον πρᾶγμα. » *E M.* Id hodie vocatur *Intermezzo*, *Intermède*, *Zwischenspiel*. Κυβεύων, intell. lucri causa, quum plus merere possit τῇ κιναιδίᾳ. Ceterum nuper G. Dindorfius locum ita refinxit :

Λῃρεῖς ἔχων· γελοῖος ἔσται Κλεισθένης κυβεύων
ἐν τῇδε τῇ κάλλους ἀκμῇ. Γράφ' αὐτὸν ἐν
σποδείῳ.

11.

O inopes cives, in mea animum intendite!

13.

Nugaris depinge illum episodio : ridiculus erit Clisthenes tesseris ludens hoc flore venustatis.

14.

Idem ad Pac. 675 : Ὑπέρβολος· ὅτι μετὰ τὸν Κλέωνα Ὑπέρβολος ἐπολιτεύσατο,.... λυχνοπώλης, φαῦλος τοὺς τρόπους... καὶ Κρ. δὲ ἐν Π.

Ὑπέρβολον δ' ἀποσβέσας ἐν τοῖς λύχνοισι γράψον.

Pertinent hæc eodem quo fragm. 13.

15.

Athen. 3, p. 94, F : χορδῶν μέμνηται Ἐπίχαρμος.... Κρ. ἐν Π.

« Ὡς λεπτός, » ἦ δ' ὅς, « ἔσθ' ὁ τῆς χορδῆς τόμος! »

Probabiliter Meinek. hoc fr., itemque 16, desumptum putat ex descriptione convivii, in quo Cr. cibis et vino largiter se ingurgitavit.

16.

Pollux 10, 70 : ἀμφορεῖς καὶ ἀμφορίσκους, καὶ κάδους καὶ καδίσκους... καὶ Κρ. δὲ ἐν Π.

Τοὺς μὲν ἐκ προχοιδίου,
τοὺς δ' ἐκ καδίσκου.

Τοὺς μέν, τοὺς δέ : intell. ποτῆρας. Meinek. : « Imitatus esse videtur Strattis apud Athen. 11, p. 473, C,

Ἑρμῆς, ὃν ἕλκουσ' οἱ μὲν ἐκ προχοιδίου,
οἱ δ' ἐκ καδίσκου. »

Ἑρμῆς dictus, in honorem Mercurii haustus, calix ultimus convivarum.

17.

Schol. Soph. Ajac. 105, et Suidas, Δεσμώτης : καὶ αὐτὸς ὁ δέσμιος, ὡς ὁ δεσμώτης Προμηθεύς, καὶ ὁ δεσμῶν. Κρ. ἐν Π. ἐπὶ τῶν δεσμοφυλάκων·

Ὄψει γὰρ αὐτὴν ἐντὸς οὐ πολλοῦ χρόνου
παρὰ τοῖσι δεσμώταισι καταπιττουμένην.

Ἐντὸς οὐ π. χρ. bene Mein. pro ἐκτὸς etc., plane ut Plato Alcib. 1 p. 106, C, Demosthenes C. Timocr. p. 720, 24 : ἐντὸς τριάκοντα ἡμερῶν. Suidas πολλοῦ χρόνου, schol. πολλῷ χρόνῳ. Αὐτήν, scil. τὴν πυτίνην, quæ dramati nomen dedit. « Hesych. Πυτίνη : πλεκτὴ λάγυνος οἴνου. ἔπλεκον δὲ ταύτας (merito hoc Mein. præferebat vulgato ταῦτα) ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ δεσμῶται, καὶ σπυρίδας, καὶ τὰ τοιαῦτα. Quæ ad ipsum Cratini locum pertinent. » *M.* Scilicet lagenæ et similia conficiebantur etiam a custodibus publici carceris, qualis conditionis homines otio abundare solent : neque enim deerant qui in hac arte sola versarentur, veluti Diitrephes apud Aristoph. Av. 79. « Καταπιττουμ. : quum lagenæ illæ ex viminibus juncisve plexæ essent, consentaneum est, ne liquorem emitterent, extrinsecus pice vel bitumine obductas fuisse, ut alia quoque vasa, præsertim fictilia. Galenus 6 Epid. Hippocr., tit. 10, p. 497 Bas. : εὑρήσεις γοῦν τὰ μὲν (intell. τὰ κεράμια) ὑπὸ πίττης ἢ γύψου στεγνωθέντα μονιμώτερα γινόμενα, τὰ δ' ὑπὸ μόνου δέρματος ἧττον, etc. » *E M.* Igitur ejusmodi lagenam bonus vir Cratinus, et quidem pro vinolentia sua solito capaciorem, ut conjicias, fabricari sibi jusserit, quam mox accipiendam a δεσμώταις illis, alicui familiari se monstraturum esse dicit. Minus verosimiliter Mein. : « Hæc aut (personatæ) uxoris Cratini aut unius amicorum verba esse suspicor, brevi futurum dicentis, ut quæ nunc ad usum inhabilis facta sit lagena (fragm. 8) obducto bitumine reconcinnetur. »

18.

Suidas v. Ἀράχνιον, ubi vocis ἀράχνια exempla proponit :... Κρατῖνος δὲ Π.

Ἀραχνίων μεστὴν ἔχεις τὴν γαστέρα.

Φερεκράτης Τυραννίδι·

Ἀράχνι' ὥσπερ ταῖς σιπυαῖσι ταῖς κεναῖς.

Νικοφῶν Ἀφροδίτης γοναῖς·

Ἀράχνιόν τι φαίνετ' ἐμπεφυκέναι.

Mein. manifesto errat; primum quum Ἀρ' his versiculis præfixit ad integrandos primos eorum pedes, quasi inusitata esset positio debilis, cujus non desunt exempla apud poetas; deinde, quum τὴν γαστέρα interpretatur cavum lagenæ, quoniam scilicet κύλικας γαστρώδεας dixit Pherecrates Athen. 14, p. 481, E, et *ventrem lagenæ* Juvenalis 12, 60. « Ac fuit etiam, » inquit, « vasculi genus γάστρα vel γαστρίον dictum, de quo Letronnius Comment. de nominibus vasorum græcorum p. 31. Valckenarius Diatr. p. 169 Cratini versum de esuriente intelligebat, admonens *sacculi* Catulliani *aranearum pleni* (i. e. vacui.). » Sane verba Ἀραχνίων... γαστέρα vel ab uxore, vel ab aliquo

14.

Hyperbolum vero exstinctum in lucernis depinge.

15.

Ille autem dixit : « Quam parvum est frustum botuli! »

16.

Alios quidem (calices) e vasculo,
alios autem e cado.

17.

Videbis enim illam brevi
apud captivos pice obductam.

18.

Aranearum plenum habes ventrem.

amico Cratini dicta sunt, mirante nimiam ejus edacitatem; cf. fr. 19.

19.

Herodianus De dict. solit. p. 38, 5 : διὸ μονήρες κατὰ τὸν τόνον φαμὲν εἶναι αὐτό (ὀστέον)· οὐκ ἀγνοῶ δὲ, ὡς καὶ ὀστοῦν λέγεται, ὡς παρὰ Κρατίνῳ ἐν Π.

Ἀλλ' οὐδὲ λάχανον οὐδὲν οὐδ' ὀστοῦν ἔτι
ὁρῶ.

Codex οὐδὲ οὐδ' ὀστ. ἔστι, quæ correxit Dindorf.

20.

Etym. M. p. 267, 18 : καῦνος γὰρ λέγεται ὁ κλῆρος. Κρ. Π. « Ἀπὸ προτέρου τὸν καῦνον ἀριθμήσεις· » καὶ ἐγὼ, ὡς Καυνίων μάλιστα χρωμένων. Schol. Aristoph. Pac. 1801, διακαυνιάσαι : καὶ Κρ. Π. « Ἀπὸ προτέρου τὸν καῦνον ἀριθμήσεις. » Ἄλλως· ἀντὶ τοῦ κληρωθῆναι ὡς τῶν Καυνίων μάλιστα χρωμένων, ὡς καὶ σιφνιάζειν καὶ χιάζειν. Depravata hæc et disjecta, quæ sic olim habuisse suspicor : Etym. M. Καῦνος... κλῆρος, Καυνίων μάλ. χρωμένων (h. e. eo sensu Cauniis maxime utentibus vocabulo καῦνος). Κρ. Π.

Ἐπὶ ποτέρῳ τὸν καῦνον ἀριθμήσεις καλῶς;

Ποτέρου in mentem venerat Meinekio non explicata sententia. Equidem hic agi puto Cratini divortium cum Comœdia uxore, quæ quæsiverit ex judice electo inter familiares, utri tunc parti, sibine an Cratino, recte adnumeraturus, i. e. adjudicaturus, sit possessionem bonorum adhuc communium. Importuna ista καὶ ἐγὼ, ὡς orta videntur hac successione mendorum καιῶς, κἀγὼ ὡς, καὶ ἐγὼ ὡς. Similiter in scholio restituendum est καλῶς pro inepto ἄλλως. Præterea scribamus junctis jungendis διακαυνιάσαι : ἀντὶ τοῦ κληρ. ὡς τῶν Κ. μ. χρ. ... χιάζειν, in quibus bene Fritzsch. p. 294, χιάζειν pro βιάζειν. De Cauniis Herodotus 1, 172, Strabo 14, p. 964, A.

21.

Plutarchus Vit. dec. oratt. p. 833, A, de Antiphonte Rhamnusio : οἱ δὲ ὑπὸ τῶν Τριάκοντα ἀνῃρῆσθαι αὐτὸν ἱστοροῦσιν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ τῆς Ἀντιφῶντος θυγατρὸς λόγῳ· ἐγένετο γὰρ αὐτῷ θυγάτριον, οὗ Κάλλαισχρος ἐπεδικάσατο. ὅτι δὲ ὑπὸ τῶν Τριάκοντα ἀπέθανεν, ἱστορεῖ καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν. ἀλλ' οὗτός γε ἂν εἴη ἕτερος, Λυσιδωνίδου πατρὸς, οὗ Κρ. ἐν Π. ὡς πονηροῦ μνημονεύει. « Ita hæc scripsit Taylorus Lect. Lys. apud Reiskium 7, p. 273. Eundem Antiphontem, Lysidonidis filium, riserit Aristophanes Vesp. 1301. Antiphontem a Trigintaviris necatum commemorat etiam Xenophon Hell. 2, 3, 40; quem eundem esse ac notatum istum a Cratino Πυτίνῃ, tradit Plutarchus. » *M.*

22.

Schol. Platonis Bekker. p. 331, de Chærephonte : Εὔπολις μὲν οὖν ἐν Πόλεσι διὰ τὴν χροιὰν πύξινον αὐτὸν καλεῖ, Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ὄρνισι (1296) νυκτερίδα· ἐν δὲ Τελμησσεῦσιν (fragm. 15) ὡς συκοφάντην ἀποσκώπτει, (καὶ) Κρ. Π. ὡς αὐχμηρὸν καὶ πένητα. Libri εἰς συκοφ. ἀπ. et εἰς αὐχμ., de quo mendo diximus ad Æschyli Pers. 536, nec dubitamus quin etiam schol. ad Platonis Apol. Socr. p. 330, scripserit ἐπεὶ καὶ Ἄρχιππος Ἰχθύσιν ὡς (pro εἰς) σκυτέα αὐτὸν σκώπτει. Etiam ἀποσκώπτειν non memini me legere apud scriptores, sed ἐπισκώπτειν cum alias, tum apud Xenophontem Cyropædia, Memorabilibus Socr., Convivio. Quare malim ἐπισκώπτει. Cf. fragm. 20.

23.

Idem schol. p. 332: Λύκων μέντοι πατὴρ ἦν Αὐτολύκου, Ἴων γένος, δήμων Θορίκιος, πένης, ὡς Κρ. Π., Ἀριστοφάνης Σφηξίν (1301). Cf. etiam Lysistr. 265. De Lycone, postea Socratis accusatore, v. Schneider. præf. Xenoph. Anab. p. 32, et Mein. Hist. crit. Com. p. 117, qui ibidem etiam de Autolyco puero, corporis venustate claro, exposuit. Fortasse satius est, postrema horum ita scribi — ὡς Κρ. Πυτίνῃ. Ἀριστ. Σφηξίν. Neque enim Aristophanes quoque Lyconem dixit pauperem, immo potest ut verba Ἀρ. Σφ. adscripta sint superioribus ab alio quodam, qui hoc tantummodo significare vellet, etiam illic apud Comicum mentionem fieri Lyconis.

24.

Pollux 10, 58 : ὁ δὲ ἐνὼν τῇ πινακίδι (tabula ad scribendum, pugillari) κηρὸς, ἡ μάλθη, ἡ μάλθα. Ἡρόδοτος μὲν γὰρ κηρὸν εἴρηκε (7, 139), Κρ. δὲ ἐν τῇ Π. μάλθην ἔφη.

De aliis fragmentis, quæ ad Pytinen pertinere videntur, v. Incert. 140, 157, 158.

19.

At neque olus ullum neque os amplius video.

20.

Utri bona rite adjudicabis?

XXI. ΣΑΤΥΡΟΙ.

Argumentum Equitum Aristophanis : ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ Στρατοκλέους ἄρχοντος δημοσίᾳ εἰς Λήναια δι' αὐτοῦ τοῦ Ἀριστοφάνους. πρῶτος ἐνίκα· δεύτερος Κρ. Σατύροις· τρίτος Ἀριστομένης Ὑλοφόροις. Itaque in scenam commissi sunt Satyri Olymp. 88, 4 (ab Urbe cond. 329, ante Chr. nat. 424).

XXII. ΣΕΡΙΦΙΟΙ.

De argumento hujus fabulæ quæ dispici possunt, afferentur ad fragm. 1 et 5 et 12.

1.

Pollux 7, 69 : σύρον (sic) δὲ ἱμάτιον Κρατῖνός φησι Σεριφίοις·

α. Ἐς Συρίαν δ' ἐνθένδ' ἀφικνεῖ μετέωρος ὑπ' αὔρας.

β. Ἱμάτιον μοχθηρὸν, ὅταν βορρᾶς καταπνεύσῃ.

Polydectæ, Seriphiorum regis (v. Herodot. 8, 46, Apollod. 2, 4), verba, Perseo contra Gorgonas profecturo itineris rationem monstrantis; et Persei responsum, quo ridicule nomen terræ detorquet in appellationem vestis, de qua Pollux 7, 61 : χλαῖναν παχεῖαν, ἣν χειμάμυναν μὲν Αἰσχύλος (fragm. incert 114), Ὅμηρος δὲ (Odyss. 14, 531) ἀλεξάνεμον κέκληκεν. ἣν δὲ συρίαν οἱ πολλοὶ, ταύτην αὐτόποκον ἱμάτιον οἱ κωμικοί. Idem 10, 64 : καί που καὶ συρία, καὶ σύρα, ἡ ἄκναπτος. Hesych. Συρία : παχεῖα χλαῖνα. Meinek. Persei orationem continuatam sic interpretabatur : « Tu vero duram narras conditionem, quum mihi Syriam subeundam dicis : ea enim molesta est vestis spirante Borea. Scilicet, » inquit. « συρία vestis, quæ etiam σύρα et σισύρα, vel σίσυρνα, dicebatur, crasso quidem filo erat contexta, sed rudis neque fullonis artem experta, ideoque venti spiraminibus pervia. » Pertinent huc etiam framenta 2,g 3.

2.

Stephanus Byzant. p. 308 : Δούλων πόλις (malim Δουλόπολις : πόλις A., vel Δούλων πόλις Λιβύης, altero πόλις expuncto) : πόλις Λιβύης. Ἑκαταῖος ἐν Περιηγήσει, « Καὶ ἐὰν δοῦλος εἰς τὴν πόλιν λίθον προσενέγκῃ, ἐλεύθερος γίγνεται, κἂν ξένος ᾖ. »... φασὶ δὲ καὶ κατὰ Κρήτην Δουλόπολιν εἶναι χιλίανδρον. σημειωτέον δὲ ὅτι Κρ. ἐν Σεριφίοις πόλιν δούλων (pro Δουλόπολιν. *Both.*) φησὶν Ἀπολλωνίου φήσαντος· μὴ δεῖν τὰς παραθέσεις ἐναλλάσσειν (composita nomina, quale est Δουλόπολις, mutare disjungendo, velut Crat. dixit πόλιν δούλων pro Δουλόπολιν. Rarior vocabuli παράθεσις significatus, de quo silent lexicographi. *Both.*) δίχα ποιητικῆς ἀνάγκης (qua quidem necessitate Crat. dixit πόλιν δούλων), ὥς φησι Κρ.

Εἶτα Σάκας ἀφικνεῖ, καὶ Σιδονίους, καὶ Ἐρεμβοὺς,
ἔς τε πόλιν δούλων, ἀνδρῶν νεοπλουτοπονήρων,
αἰσχρῶν, Ἀνδροκλέων, διονυσιοκουροπυρώνων.

Versus 3 exstat apud Hesychium v. Διονυσοκουροπυρώνων : Κρατῖνος ἐν Σεριφίοις· Αἰσχρῶν Ἀνδροκλέων Διονυσοκουρώνων. εἰσὶν οἵ φασιν ἐν τῷ αὐτῷ πέντε κωμῳδεῖσθαι, Αἰσχρὸν, Ἀνδροκλέα, Διονύσιον, Κῦρον, Πυρῶν (Musurus Πυρώνην) ἁμαρτάνοντες· οὐδεὶς γὰρ Ἀθηναίων ἀναγράφεται Κῦρος· δεῖ οὖν γράφειν Διονυσοκουροπυρώνων. τὸν γὰρ Διόνυσον, κουρέα ὄντα κωμῳδεῖν· κουρεὺς δὲ ἦν πρὸς πάππου, ὡς δηλοῖ ὁ τὰς Ἀταλάντας (de quo Mein. Hist. crit. Com. p. 225) συνθείς. Jam Mein. jure repudiavit τὸ διονυσο, sed proponendo Διονυσιοκουρομυρωνῶν, ut vel Myro quidam notetur, aliunde incognitus, vel in tabernis unguentariis versari solitus Dionysius, quem sugillat Polyzelus scholio ad Aristophanis Plut. 550 : sic, inquam, hoc expedire sibi visus nonnisi dimidiam nobis operam navavit, si quid intelligo : scribo διονυσιοκουροπεραίνων, nomine composito e Διονυσίοις, κούροις, et adjectivo πέραινος, ducto illo a verbo περαίνειν, ut poeta dixerit eos qui Bacchanalia agentes turpi puerorum amori indulgebant. « De Sacis, Scytharum colonis, interiorem Asiam colentibus, docta est disputatio Naxii ad Chœrilum p. 121 seqq. Ceterum Σάβας scribit Holstenius, *Sabæos*. Sidonios et Erembos Cr. conjunxit, ut Homerus Odyss. 4, 84. Urbem Dulopolim commemoravit etiam Eupolis in Marica : vid. Hesych. v. Δούλων πόλις. — Ἀνδροκλεῖς dixit Androcli similes, turpis-

---

SERIPHII.

1.

a. In Syriam hinc devenies sublimis per auras.
b. Vestis misera flante aquilone.

2.

Deinde ad Sacas pervenies, et Sidonios, et Erembos, et ad Servorum urbem, virorum recens ditatorum [pravorum, turpium, Androclium, Bacchanalibus pueros irru- [mantium.

simos, quales, quippe servis non meliores, Dulopolin habitare fingit. Schol. Aristophanis Vesp. 1187 : Ἀνδροκλέα δὲ Κρ. Σερ. φησὶ δοῦλον καὶ πτωχὸν, ἐν δὲ Ὥραις ἡταιρηκότα ἄρα τὸν αὐτόν. Cf. Ecphantidis fragm. 3. » *E M.*

3.

Hesych. Ἀΐδρυτον κακόν : Κρ. Σερ.

Οἰκοῦσιν φεύγοντες, ἀΐδρυτον κακὸν * ἄλλοις.

(Sic Mein.; edebatur κακόν. ἄλλοις.) κακοΐδρυτον, ἢ οἷον ἄλλοι αὐτοῖς οὐκ ἂν ἱδρύσαιντο (?) τὴν φυγὴν, ὡς εἴ τις ἄγαλμα ἱδρύσαιτο. V. ibi interpp. « Loquitur poeta de nescio quibus hominibus (de Scythis, ut videtur, nomadibus, de quibus Herodotus 4, 11, 19, 146; 7, 10. *Both.*), qui voluntario exilio solum verterant. Exilium vocat ἀΐδρυτον κακὸν ἄλλοις, *malum aliis dirum et exsecrabile.* Recte igitur Hesych. οἷον.... ἱδρύσαιντο, quibus explicationis causa addit τὴν φυγὴν, *exilium scilicet.* » Sic fere Mein.; sed ponendum procul dubio ἄλλως, *temere.* V. Herodot. 4, 77, ibique Bæhr., etc. Etym. M. Ἀΐδρυτον κακόν : τὸ κατάρατον, ὃ οὐκ ἄν τις αὐτῷ ἱδρύσαιτο (?). Cf. Lysistr. 810. Οἰκοῦσιν, i. e. διάγουσι, *vivunt*, germ. *sie hausen;* v. Thuc. 6, 82, etc.

4.

Photius Lex. p. 533, 22, et Suidas, Σταθερόν : ὀξὺ, ἰσχυρὸν ἢ θερμόν... καὶ Κρ. δὲ ἐν Σερ. ἐπὶ τοῦ ὀξέως (ὀξέος Mein.) ἢ ἰσχυροῦ,

Οὕτω σταθερῶς τοῖς λωποδύταις ὁ πόρος πεινῶσι παφλάζει.

Hoc dicit, nisi fallor, Comicus, tam acriter navigari a prædonibus fretum.

5.

Harpocration p. 112, 1, Κισθήνη : Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ. ὄρος τῆς Θράκης. Κρ.

Κἀνθένδ' ἐπὶ τέρματα γῆς ἥξεις, καὶ Κισθήνης ὄρος ὄψει.

Probabiliter Mein. hæc retulit ad Seriphios. Æschylus Prom. 817 :

Πόντου περῶσα φλοῖσβον, ἔστ' ἂν ἐξίκῃ
πρὸς Γοργόνεια πεδία Κισθήνης, ἵνα
αἱ Φορκίδες ναίουσι, δηναιαὶ κόραι.

« Hujus enim fabulæ partem eam, quæ Ius errores complectitur, Crat. in Seriphiis lusisse videtur. Non recte autem Harpocr. Cisthenen ab Isocrate Paneg. § 153 commemoratam cum Cisthene Cratini composuit : illa enim Mysiæ oppidum fuit, Strabonis tempore desertum. V. Strabo 13, p. 375 ed. Sieb ; Cf. Steph. Byz. v. Πᾶσσα; Plin. H. N. 5, 30. Thraciæ montem Cisthenen dicunt etiam Photius et Suidas. Cf. Hesych. v. Κισσίνη. Quidquid est, in extrema terrarum parte situm aliquem locum ab Æschylo et Cratino designari apertum est. » *E M.*

6.

Hephæst. p. 89 : παρὰ δὲ Κρατίνῳ ἐν τοῖς Σερ. οὐκέτι ἀκατάληκτόν ἐστι τὸ δακτυλικὸν τὸ ἡγούμενον τοῦ ἰθυφαλλικοῦ, ἀλλὰ καταληκτικὸν εἰς δισύλλαβον;

(–⏖–⏑⏑–⏑⏑–⏓|–⏑–⏓–⏓),

Χαίρετε πάντες θεοὶ πολύβωτον ποντίαν Σέριφον!

Persei, ni fallor, verba, diis gratias agentis, quod feliciter cum Andromeda Seriphum redierit : v. Apollod. 2, 4, 3. Πολ. i. e. πολυβόητον, *famosam*, celebrem : neque enim huc pertinet, quod parva, saxosa et sterilis fuit hæc insula, postea infamis, ut quo exules mitterentur ab imperatoribus Romanis, teste Tacito Ann. 4, 31. Perperam Mein., auctore Dobræo ad Aristoph. Eq. 32, Χαίρ. π. ὅσοι π. π. Σέριφον, quasi hæc sit Chori (ipsorum Seriphiorum!) oratio, Seriphi sive deos sive incolas salutantis.

7.

Antiatticista p. 85, 1 : Βόθυνον οὔ φασι δεῖν λέγειν· ἀλλὰ Σόλων ἔφη ἐν τοῖς νόμοις (item Xenophon Œcon. 19, 3). Κρ. Σερ. « Ἀλλ' ἀπίωσιν ἐν χορῷ ἐς βόθυνον ἰέναι. » Depravata, fatente etiam Meinekio. Fortasse Cr. dixit Ἀλλ' ἀπιοῦσιν ἐκ χορῶν, ἐς βόθυνον ἰέναι, in τῷ ἰέναι intellecto ψήφους vel aliquo ejusmodi, quod discedentibus finito dramate χορευταῖς datum fuerit ludo relaxandi animi causa. Subjicit enim Antiatticista : ἔστι δὲ παιδιά τις ἐς βόθυνον ἰέναι. Schol. Platonis Bekker. p. 320 : τρόπα (?) δ' ἐστὶν ἡ εἰς βόθυνον ἐκ διαστήματος βολή. Versus sic habuerint :

— Ἀλλ' ἀπιοῦσιν ἐκ χορῶν,
ἐς βόθυνον ἰέναι,

correpta, ut par est, media nominis βόθυνος.

3.

Incolunt fugientes, instabili malo temerario.

4.

Jam vehementer prædonibus famelicis adstrepit fretum.

6.

Indeque ad fines terræ devenies, et Cisthenen montem spectabis.

6.

Salvete, omnes dii, ob celebrem maris insulam Seriphum!

7.

Sed abeuntibus e choris,
ut in foveam mittant.

8.

Schol. Aristophanis Nub. 687, γυναῖκα τὴν Ἀμυνίαν : πρὸς τὴν κατάληξιν τοῦ ὀνόματος ἔπαιξε, καὶ εἰς διαβολὴν τοῦ ἀνδρός· ἐνταῦθα μὲν εἰς δειλίαν μόνον καὶ μαλακίαν, Κρ. δὲ ἐν Σερ. ὡς ἀλαζόνα, καὶ κόλακα, καὶ συκοφάντην. Similiter schol. ad Vesp. 74, præterea hoc annotans : ὧδε μὲν ὡς φιλόκυβος ὁ Ἀμυνίας κωμῳδεῖται, etc. « Poeta incertus Hephæst. p. 36, 7 Gaisford. :

Οὐδ' Ἀμυνίαν ὁρᾶτε, πτωχὸν ὄντ' ἐφ' ἡμῖν;

Eundem in Θηλυδριῶν recensu nominat Libanius Pro salt. 19, p. 500. » *M.*

9.

Grammaticus Bekker. Anecd. p. 444, 16 : Ἀριστεροστάτης ἐν τῷ κωμικῷ χορῷ, ἐν δὲ τῷ τραγικῷ μέσος ἀριστεροῦ. Κρ. Σερ. Photius Lex. p. 604, 19, Τρίτος ἀριστεροῦ : ἐν τοῖς τραγικοῖς χοροῖς τριῶν ὄντων στοίχων καὶ ζυγῶν, ὁ μὲν ἀριστερὸς στοῖχος ὁ πρὸς τῷ θεάτρῳ ἦν, ὁ δὲ δεξιὸς πρὸς τῷ παρασκηνίῳ. συνέβη οὖν τὸν μέσον τοῦ ἀριστεροῦ στοίχου τὴν ἐντιμοτάτην καὶ τὴν οἷον πρωτοστάτου χώραν ἐπέχειν καὶ στάσιν.

10.

Etym. M. p. 751, 5, Τελενικίσαι : ἐν Σερίφοις (sic) τὸ κενῶσαι, ἀπὸ Τελενίκου τινός, ὡς τὸ εἰκὸς, πένητος παντελῶς. καὶ λέγεταί τις Τελενίκειος ἠχώ, ἐκ μεταφορᾶς ἀπὸ τῶν κενῶν ἀγγείων. Sic item Photius p. 574, 6, et qui hunc exscripsit, Suidas. Rectius tamen Mein. τελενικίζειν generaliter significare dicit Telenico similem esse, qui fuit cantilenarum scriptor futilis et pauper. Phanias Eresius Athen. 14, p. 638, C : Τελένικος ὁ Βυζάντιος, ἔτι δὲ Ἀργᾶς, ποιηταὶ μοχθηρῶν ὄντες νόμων, πρὸς μὲν τὸν ἴδιον χαρακτῆρα τῆς ποιήσεως εὐπόρουν (pro ingenio proprio carminum prospere se habebant, i. e. μοχθηρῶς, misere, ἠπόρουν), τῶν δὲ Τερπάνδρου καὶ Φρύνιδος νόμων οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἠδύναντο ἐπιψαῦσαι. « Igitur Τελενίκειος ἠχὼ nihil aliud esse videtur quam inanis verborum strepitus. » *E M.* Cf. fr. 8.

11.

Hesych. Βρίκελοι : οἱ μὲν τοὺς ἱστόποδας, ἀπὸ τοῦ βάρους καὶ τοῦ ξύλου (v. infra Etym. M.), οἱ δὲ βαρβάρους· Δίδυμος δὲ τὰ τραγικὰ προσωπεῖα παρὰ Κρατίνῳ, οἷον βροτοίκελα (codex βροτοίκελοι. Leg. βροτῷ ἴκελα, vel cum M. βροτῷ εἴκελα. Iliad. 18 591 : τῷ ἴκελον, etc.). Pausanias ap. Eustath. Odyss. p. 1395, 50, Βρίκελα : προσωπεῖα βροτῷ ἴκελα, ἢ Βριξὶν ἴκελα· οὕτω δὲ ἔλεγον τοὺς βαρβάρους. Etym. M. p. 214, 38, Βρίκελλος (sic) : ἔστι βαρβαρικὸν τὸ ὄνομα· τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ προσώπων βαρβαρικῶν (suspicor ponendum esse... προσώπων οἷον βριχικῶν, vel. πρ. οἷον Βριχῶν. Mein. τραγικῶν)· καὶ εἴρηται οἱονεὶ βροτῷ εἴκελος (sic ille quoque, sed parum probabiliter : Βρὶ et Βρίκας sive Βρίγας agnoscas in hoc nomine, nihil amplius, neque hoc latuit τοὺς ἄλλους, a quibus profecta sunt, quæ jam sequuntur.) ἢ Βριξὶν εἴκελος. Ἄλλοι δὲ βριχέλλους (sic) τοὺς κελέοντας (pessime libri κελεύοντας : v. Schneider. Lex. v. Κελέοντες) παρὰ τὸ βρὶ καὶ τὸ κέλομαι (κελέομαι). ἢ τοὺς ἱστόποδας. Iliad. 13, 521. Schol. Βριήπυος : μέγα καὶ βαρὺ βοῶν. Herod. 7, 73 : οἱ δὲ Φρύγες, ὡς Μακεδόνες λέγουσι, ἐκαλέοντο Βρίγες, χρόνον ὅσον, Εὐρωπήϊοι ἐόντες, σύνοικοι ἦσαν Μακεδόσι· μεταβάντες δὲ ἐς τὴν Ἀσίην ἅμα τῇ χώρῃ καὶ τὸ οὔνομα μετέβαλον ἐς Φρύγας· v. ibi et ad 6, 45 doctissimus Bæhr.; item Meinekio laudatus Sturz. De dialecto Maced. p. 31.

12.

Pollux 10, 165 : τὴν δὲ Ἀνδρομέδαν Κρ. ἐν τοῖς Σερ. δελεάστραν καλεῖ. H. e. escam, qua pisces capiuntur. « Perseus enim, a Gorgonibus reversus, quum in Æthiopiam devenisset, Andromedæ marino monstro expositæ amore irretitus est. » *M.* Lena Plautina Asin. 1, 3, 67 :

Ædis nobis area est, auceps sum ego,
esca est meretrix, lectus illix est, amatores aves.

13.

Suidas, Ἀμοργοί : πόλεως ὄλεθροι. Κρ. Σερ. καλοῦσι δὲ καὶ μοργούς, τὸ α ἀφαιροῦντες. Pausanias apud Eustath. ad Iliad. p. 838, 50, Ἀμολγοί : οἱ ἀμέλγοντες τὰ κοινὰ ῥήτορες καὶ διαφοροῦντες τὰ δημόσια. « Utrumque dicitur, ἀμολγὸς et ἀμοργός, ut μολγὸς et μοργός, ἀμέλγω et ἀμέργω, ἀμέλδω et ἀμέρδω. Eadem varietas in insulæ Amorgi nomine videtur obtinuisse. Arcadius De accent. p. 47 : πελαργός· ἀμολγός, βροτολοιγός. τὸ δὲ Ἄμολγος προπαροξύτονον ἐπὶ τῆς νήσου. Nisi id Ἄμοργος scribendum est. Ceterum fortasse etiam illa πόλεως ὄλεθροι verba Cratini sunt. » *Mein.*

XXIII. ΤΡΟΦΩΝΙΟΣ.

De argumento quædam dicta in fragm. 1.

1.

Athen. 7, p. 325, E : Κρ. δ' ἐν Τροφωνίῳ φησὶν

Οὐδ' Αἰξωνίδ' ἐρυθρόχρων ἐσθίειν ἔτι τρίγλην,
οὐδὲ τρυγόνος, οὐδὲ δεινοῦ φυὴν μελανούρου.

TROPHONIUS.

Non Æxonico rubri coloris vesci in posterum mullo, nec frusto pastinacæ, nec terribilis magnitudine [melanuri.

Hesych. Αἰξωνίδα τρίγλην : δοκοῦσι κάλλισται εἶναι αἱ Αἰξωνικαὶ τρίγλαι. Αἰξώνη est pagus Atticæ. Δεινὸν φυὴν (libri οὐ δεινούφην) μελάνουρον Casaub. intelligebat solertis ingenii melanurum, de astutia piscis laudans Oppianum Hal. 3, 443 seqq., et Ælianum H. A. 1, 41; sed probabilior tamen Schweighæuseri est sententia, qui id epitheton ad corporis habitum magnitudinemque retulit. — « Quum Trophonii cultus et oraculum Lebadiæ in Bœotia cum plurimis sacerdotum præstigiis conjunctum esset, alienus ab ejusmodi fraude Cr. pariter ac Cephisodorus, Alexis, Menander, et si qui alii a Trophonio fabularum argumenta duxerunt, voluisse videtur ostendere hac comœdia vanitatem istius superstitionis. De oraculo Trophonii celeberrimo data opera olim egerunt in libris inscriptis περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου (in antrum Trophonii) καταβάσεως Dicæarchus et, teste Lampria in catalogo, Plutarchus. Cf. Hemsterhus. ad Lucian. Dialog. mort. vol. 1, p. 339; O. Müller. Orchom. p. 150; Bergk. Commentt. p. 214. » *E. M.* Fortasse hæc eodem pertinent, quo fragm. 2.

2.

Gramm. Bekkeri Anecd. p. 358, 2, Ἄρασθαι : προσενέγκασθαι. Κρ. Τροφ.

Οὐ σῖτον ἄρασθ', οὐχ ὕπνου λαχεῖν μέρος.

Describitur vivendi ratio eorum, qui oraculum Trophonii consulebant, in templo ejus. Leguntur hæc etiam apud Zonaram Lex. p. 93.

3.

Hephæst. 8, p. 44 : κέκληται δὲ (μέτρον) Ἀριστοφάνειον, οὐχ Ἀριστοφάνους αὐτὸ εὑρόντος πρώτου, ἐπεὶ καὶ παρὰ Κρατίνῳ ἐστί,

Χαίρετε, δαίμονες οἳ Λεβάδειαν, Βοιώτιον
οὖθαρ ἀρούρης...

4.

Etym. M. p. 270, 5, Διαρρικνοῦσθαι : τὸ τὴν ὀσφὺν φορτικῶς περιάγειν. Κρ. Τροφ.

Ξίφιζε, καὶ πόδιζε, καὶ διαρρικνοῦ.

Libri et Etymologi et Zonaræ Lex. p. 529, obtrudunt Craten, quem Cratino cedere jussit Mein.; tum in Etymologico et Zonaræ Lexico vulgati codd. habent σπόδιζε; duo scripti, quos Bekker. inspexit Parisiis, etiam σπάθιζε, infimæ græcitatis verbum, cujus exempla collegit Has. ad Leon. Diac. 9, p. 242, A. Recte Vitus Perger. apud Runkelium πόδιζε. Pollux, saltationum nomina recensens 4, 99 : ἐκαλεῖτο δέ τι καὶ ξιφισμὸς, καὶ ποδισμὸς, καὶ ῥικνοῦσθαι. Videtur ποδισμὸς eadem fuisse saltatio, quam βίβασιν vocabant Lacedæmonii; v. Pollux 4, 102, et de ξιφισμῷ, qui sublatis manibus saltabatur, Hesychii interpp. vol. 2, p. 704.

5.

Harpocratio p. 80, 5 : λέγειν ἦν εἰθισμένον ἐπέθηκεν ἐπιστολὴν ἀντὶ τοῦ παρέδωκεν, ὡς Δημοσθένης, Κρ. δ' ἐν Τροφ. « Constat ἐπιστολὴν dici quodvis mandatum; v. interpp. Æschyli Prom. 3, Valcken. ad Hippolyt. 858, etc. » M.

6.

Idem p. 147, 4, Παρεῖαι ὄφεις : Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος. παρεῖαι ὀνομάζονταί τινες ὄφεις παρὰ τὸ παρειὰς μείζους ἔχειν, ὡς καὶ Κρ. ἐν Τροφ. ὑποσημαίνει.

7.

Pollux 7, 103 : ἀπὸ δ' ἀργύρου ἀργυροκόπος, ὡς Φρύνιχος ἐν Ἐφιάλτῃ· ἀργυροκοπεῖον, ὡς Αἰσχίνης ἐν Ῥίνωνι· ἀργυροκοπιστῆρας δὲ λόγων ἐν Τροφ. παίζει Κρ. Hesych. Ἀργυροκοπιστήρ : τραπεζίτης. « Lusus ratio fortasse ita expedienda est. Κόπις versutum oratorem significat (Eurip. Hecub. 129), et κοπίζειν Hesychius interpretatur ψεύδεσθαι : itaque ἀργυροκοπιστὴρ λόγων dici potest qui pretio corruptus callidis et fraudulentis orationibus populum fallit; nisi forte simpliciter est is, qui pecuniam exigit pro orationibus, quas aliis scribit. » *E. M.* Proprie κοπίδας μαχαίρας dixit Euripides Cycl. 227; figurate idem significans, mutato accentu, in persona usurpatur κόπις; quemadmodum Latini quoque *gladii* et *digladiandi* metaphoras frequentant, et Germani si quis acriter verbis contendit, *Er hat eine Zunge wie ein Schwert.*

8.

Idem 10, 115 : αὐτὸς μὲν (Herodotus 2, 62) λυχνοκαΐαν (-ην) εἴρηκε, καὶ Κρ. δὲ ἐν Τροφ., καὶ Μένανδρος ἐν Θετταλῇ.

9.

Schol. Aristoph. Pac. 345, de variis Phormionibus dicens : τέταρτος Κροτωνιάτης, ἀρχαῖος· Κρ. Τροφ. πέμπτος, ἀρχαῖος, Ἀθηναῖος, μετὰ Σόλωνα ἄρξας· Εὔπολις ἐν Δήμοις. « Phormionem a Cratino commemoratum Crotoniatarum in pugna apud Sagram ducem fuisse narrat Theopompus apud

---

2.
Non cibum sumere, non somnum participare.

3.
Salvete dii qui Lebadeam, mammam Bœoticæ tellu- [ris, (incolitis).

Suidam; de quo etiam Hesychius, Φορμίων : οὗτος στρατηγὸς ἐγένετο Κροτωνιατῶν. » *E M.*

10.

Hephæst. 13, p. 72, de metro Cretico disserens : καλεῖται δὲ καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν ποιητῶν Κρητικόν, ὥσπερ ὑπὸ Κρατίνου ἐν Τροφ.

α. Ἔγειρε δὴ νῦν, Μοῦσα, Κρητικὸν μέλος!
β. Χαῖρε δή, Μοῦσα! χρονία μὲν ἥκεις, ὅμως δ'
ἦλθες οὐ * πρὶν ἐλθεῖν, ἴσθι σαφές· ἀλλ' ὅπως...

Versum 1 Hesychius respiciens, ut videtur, Κρητικὸν μέλος : οὕτω Κρῆτες (pro Κρητικοὶ) ῥυθμοὶ ἐλέγοντο, ἀπὸ Κρητῶν (ut Κρῆτα ταῦρον Apollod. 2, 5, 7). Versu 3 imprudenter Porson. apud Gaisford., metrum emendaturus, οὐ πρίν γε δεῖν. Scribam potius οὐ πρίν μ' ἀθλεῖν, *non antequam ego laborassem*, tuoque indiguissem auxilio in contentione theatrali. Pro ἀθλεῖν forte scriptum a festinante librario ἀλθεῖν facile abierit in ἐλθεῖν.

Denique Hesychius Κριθῶν : ὄχλος ἐν Τροφωνίῳ. προσέθηκε δὲ παίζων τὸ ἀργύριον. Quæ per se obscura sunt et incertum an ad Cratini Trophonium pertineant.

Adde fragm. incert. 180.

XXIV. ΧΕΙΜΑΖΟΜΕΝΟΙ.

Argumentum Acharnensium : ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυδήμου ἄρχοντος ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου· καὶ πρῶτος ἦν. δεύτερος Κρ. Χειμαζομένοις. οὐ σώζονται. τρίτος Εὔπολις Νουμηνίαις. « Archontis nomen vulgo Εὐθυμένους scriptum correxit Clinton. Fast. Hellen. p. 71 : itaque in scenam commissi sunt Χειμ. olymp. 88, 4 (ante Chr. nat. 424). » *M.*

XXV. ΧΕΙΡΩΝΕΣ.

De argumento fabulæ vide quæ dicentur in fragm. ultimo.

1.

Gramm. Bekker. Anecd. p. 335, 12, Ἀγανόν : καλόν, ἡδύ. Ἀριστοφ. Λυσιστράτῃ (886). Κρ. Χείρωσι·

Μακάριος ἦν ὁ πρὸ τοῦ βιοτὸς
βροτοῖσι πρὸς τὰ νῦν, ὃν εἶχον ἄνδρες
ἀγανόφρονες ἡδυλόγῳ σοφίᾳ, * βρωτων περὶ σὲ καλεῖς.

Versu 1 codex mendose βροτὸς, frustra Bekker. βίος. V. 3 cod. hic quidem βροτῶν περισοκαλεῖς, ex quo corrupto exsculpserunt ineptissimum, neque usitatum, βρ. περισσοκαλλεῖς : sed p. 329, 5 (Bekker. Annot. crit. tom. 3, p. 1106) idem liber habet βρωτων παρὰ (vel περὶ) σε καλεῖς. Igitur hæc fuerit manus poetæ, βρωτῶν περίσσ' ἔκηλοι, cibo abundante *contenti*, quietique viventes : notus accusativus causalis. — Congruit hisce proximum fragmentum.

2.

Athen. 12, p. 553, E : καὶ τὸν ἐπὶ Θεμιστοκλέους δὲ βίον Τηλεκλείδης ἐν Πρυτάνεσιν ἁβρὸν ὄντα παραδίδωσι. Κρ. δ' ἐν Χείρωσι τὴν τρυφὴν ἐμφανίζων τὴν τῶν παλαιτέρων φησὶν

Ἁπαλὸν δὲ σισύμβριον, ἢ κρίνον, ἢ ῥόδον παρ' οὖς ἐθάκει·
περὶ χερσὶ δὲ μῆλον ἔχων (σκήπτρῳ) σκίπωνά τ' ἠγόραζον.

V. 1 prius ἢ addidit Mein.; versu 2 errore frequenti libri παρὰ χερσί; iidemque ἔχων σκίπωνά τ' ἠγ., forte neglecto σκήπτρῳ ante nomen simile. Herodotus 1,195, de Babyloniis exponens : σφρηγῖδα δὲ ἕκαστος ἔχει καὶ σκῆπτρον χειροποίητον· ἐπ' ἑκάστῳ δὲ σκήπτρῳ ἔπεστι πεποιημένον ἢ μῆλον, ἢ ῥόδον, ἢ κρίνον, ἢ αἰετός, ἢ ἄλλο τι. Meinek. μετὰ χερσίν, supplens ἕκαστος post μῆλον. Σισ., sisymbrium nasturtium Linn. *Brunnenkresse.* Παρ' οὖς ἐθάκει, *auri insidebat :* descriptio coronæ poetica. De verbo ἠγόραζον relato ad ἔχων v. Matth. Gr. §. 301, nosque ad Thucyd. 1, 106.

3.

Plut. Vita Periclis cap. 3, de capite illius deformi verba faciens : ὅθεν αἱ μὲν εἰκόνες αὐτοῦ σχεδὸν ἅπασαι κράνεσι περιέχονται.... οἱ δ' Ἀττικοὶ σχινοκέφαλον αὐτὸν ἐκάλουν· τὴν γὰρ σκίλλαν ἔστιν ὅτε καὶ σχῖνον ὀνομάζουσι. τῶν δὲ κωμικῶν ὁ μὲν Κρ. ἐν Χ.

Στάσις δὲ καὶ πρεσβυγενὴς Κρόνος,

10.

a. Excita nunc sane, o Musa, Creticum cantum!
b. Salve igitur, Musa! sero quidem ades, nec tamen venisti priusquam laborassem, id probe scito; verum ut...

CHIRONES.

1.

Beata fuit olim vita mortalibus, comparata ei quæ nunc est, quam agebant viri placidi suaviloqua sapientia, nec solliciti cibo largo.

2.

Tenerumque sisymbrium, vel lilium vel rosa, insidebat auri,
et in manibus habentes malum (sceptro) baculumque, concionabantur.

3.

Discordia vero et annosus Saturnus

ἀλλήλοισι μιγέντε, μέγιστον τίκτετον τύ-
ραννον,
ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεοὶ καλοῦσιν.

Quæ sic reddidit Grotius :

Tempus longum seditioque
mixti cœtu genuere suo
summum in nostra gente tyrannum;
di Capitonem vocitare solent.

V. 1 codd. Χρόνος, sed « Periclem Olympium eodem quo Jovem Olympium patre nasci consentaneum erat. » *M.* Στάσιν (*Discordiam*) Cr. Periclis matrem finxit, observante Bergkio Commentt. p. 236, propterea, quia per plurimos annos gravissimas gessit inimicitias cum Cimone, Thucydide, Myronide, Leocrate, aliis, et quamdiu reipublicæ præfuit, populus et optimates fere continua rixa de dominatu pugnarunt. « Vs. 3 imitatur homericum sermonem, cujus exempla composuit Sellius Observ. cap. 1. Cf. Lobeck. Aglaoph. p. 860 seqq. » *M.*

4.

Idem ib. cap. 24 : Ἐν δὲ ταῖς κωμῳδίαις Ὀμφάλη τε νέα, καὶ Δηϊάνειρα, καὶ πάλιν Ἥρα, προσαγορεύεται (Aspasia)· Κρ. δ' ἄντικρυς παλλακὴν αὐτὴν εἴρηκεν ἐν τούτοις·

Ἥραν τέ οἱ Ἀσπασίαν τίκτει
Καταπυγοσύνη,
παλλακὴν κυνώπιδα.

Librorum τίκτει καὶ καταπυγοσύνην egregie emendavit Bergk. Comm. p. 238. Οἱ, i. e. τῷ Κρόνῳ. Schol. Plat. p. 391 : Κρ. δὲ Ὀμφάλην (male libri — λη) τύραννον αὐτὴν καλεῖ,... καὶ Ἥραν, ἴσως ὅτι καὶ Περικλῆς (Ζεὺς) Ὀλύμπιος προσηγορεύετο. « Omnino plurima de illa Periclis magistra et amica scripsisse poetas comicos, testis est etiam Clemens Alex. Strom. 4, p. 609 Pott. — Cognominum ejusmodi exemplum antiquissimum præbent in fabulis Ceyx et Alcyone, quos Jovis et Junonis nomina sibi indidisse constat ex Apollodoro 1, 7, 3, Clemente Alex. Adhort. p. 47, et Aristophanis scholiasta Av. 250. » *E M.* Qui ad Aspasiam refert etiam glossam Hesychii Τυραννοδαίμονα : ἣν οὐκ ἄν τις τύραννον μόνον εἴποι, ἀλλὰ καὶ δαίμονα.

5.

Diogenes Laert. 1, 62 : ἐτελεύτησε δὲ (Solon) ἐν Κύπρῳ, βιοὺς ἔτη ὀγδοήκοντα, τοῦτον ἐπισκήψας τοῖς ἰδίοις τὸν τρόπον, ἀποκομίσαι αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ εἰς Σαλαμῖνα, καὶ τεφρώσαντας εἰς τὴν χώραν σπεῖραι· ὅθεν καὶ Κρ. ἐν τοῖς Χείρωσί φησιν, αὐτὸν ποιῶν λέγοντα,

Οἰκῶ δὲ νῆσον, ὡς μὲν ἀνθρώπων λόγος,
ἐσπαρμένος κατὰ πᾶσαν Αἴαντος πόλιν.

De Solonis cineribus per Salamina insulam dispersis eadem cum alios, tum ipsum Aristotelem, tradidisse auctor est Plut. Solone, cap. 32 : ἡ δὲ δὴ διασπορὰ κατακαυθέντος αὐτοῦ τῆς τέφρας περὶ τὴν Σαλαμινίων νῆσόν ἐστι μὲν διὰ τὴν ἀτοπίαν ἀπίθανος παντάπασι καὶ μυθώδης, ἀναγέγραπται δ' ὑπό τε ἄλλων ἀνδρῶν ἀξιολόγων, καὶ Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου.

6.

Schol. Platonis Bekker. p. 358, de lusu pilæ : τῶν οὖν παιζόντων ταῦτα τοὺς μὲν νικῶντας βασιλεῖς ἐκάλουν καὶ ὅ τι ἂν προσέτασσον τοῖς ἄλλοις ὑπήκουον, τοὺς δ' ἡττωμένους ὄνους. Κρ. δὲ Χ. χαριέντως ὁμοῦ ἐγκαταμίξας καὶ τὴν Ὄνος λύραν παροιμίαν, ἔπλεξε τὸν λόγον οὕτως·

Ὡς ὄνος, ἀπωτέρω κάθηνται τῆς λύρας.

τοὺς γὰρ ἡττωμένους, ὡς ἔφαμεν, ὄνους καθῆσθαι ἔλεγον, βασιλεῖς δὲ τοὺς νικῶντας. Eustath. ad Odyss. p. 1601, 44 : ὅτι δὲ τὴν αὐτὴν (σφαῖραν) παιζόντων τοὺς μὲν νικῶντας βασιλεῖς ἐκάλουν ὡς ἐπὶ σεμνώματι τοῦ ἔργου, ὄνους δὲ τοὺς ἡττωμένους, δηλοῦσι καὶ αὐτὸ οἱ παλαιοὶ, παραφέροντες καὶ χρήσεις, τὴν μὲν ἐκ τοῦ κατὰ Πλάτωνα Θεαιτήτου (p. 146, A) τοιαύτην, « ὁ δὲ ἁμαρτὼν καθεδεῖται, ὥσπερ φασὶν οἱ σφαιρίζοντες, ὄνος, ὃς δ' ἂν περιγένηται ἀναμάρτητος, βασιλεύσει ἡμῶν· » τὴν δὲ ἀπὸ Κρατίνου, οἷον

Ὄνοι κάθηνται τῆς λύρας ἀπωτέρω.

Codd. hiatu intolerabili Ὄνοι ἀπωτέρω καθ. τῆς λύρας, quem hiatum Meinek. auferens tentabat pejoribus numeris Ὄνοι δ' ἀπωτ. καθ. τῆς λύρας. Miscuit Cr. duo proverbia Ὄνος κάθηται et Ὄνος λύραν.

7.

Schol. Sophoclis OEdip. Col. 477, χοὰς χέασθαι στάντα πρὸς (πρώτην) ἕω : πρὸς τὴν

---

mixtis corporibus maximum genuerunt tyrannum,
quem Cephalegereten dii vocant.

4.

Et Junonem ei Aspasiam parit
Impudicitia.
pellicem caninis oculis.

5.

Habitoque insulam, ut homines quidem narrant,
sparsus per totam Ajacis patriam.

6.

Asini sedent procul a lyra.

ἀνατολήν· καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰς ἐκθύσεις πρὸς τὸν ἥλιον ἐποιοῦντο, καθάπερ καὶ ἐν Ἠλέκτρᾳ (415), καὶ οἱ τοὺς καθαρμοὺς δὲ ἐπιτελοῦντες πρὸς τὴν ἕω ἵστανται. Κ. Χείρωνι (sic) :

Ἄγε δὴ πρὸς ἕω πρῶτον ἁπάντων ἵστω καὶ λάμβανε χερσὶ
σχῖνον μεγάλην.

De vi magna scillæ in lustrationibus Aristophanes apud Harpocr. p. 90, 28 :

Πρὸς τὸν στροφέα τῆς αὐλαίας σχίνου κεφαλὴν κατορύττειν.

Ita enim pro ἐχίνου κεφ. correxi. Plinius H. N. 20, 39. : *Pythagoras scillam in limine quoque januæ suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit*. Eodem pertinent quæ habet Anatolius apud Fabricium Bibl. Gr. lib. 4, 29, p. 330 : Λύκος ἀκινητεῖ σκίλλης αὐτῷ προσενεχθείσης (male codd. προσενελθούσης). Cf. Pseudodemocritus ib. p. 336, Diphilus apud Clem. Alex. Strom. 7, p. 303, 4 Sylb., Casaub. ab Theophr. Char. 16, p. 186. — Chironum chorum hæc dicere putat Bergk. Commentt. p. 239, colloquentem cum aliquo, qui Solonem ex inferis suscitare vellet. Ac constat sane, inferorum deorum supplicationes et mortuorum evocationes cum καθαρμοῖς sive lustralibus sacris fuisse conjunctas : v. Lobeck. Aglaoph. p. 695. » *E M.*

8.

Schol. Aristophanis Av. 766, εἰ δ' ὁ Πεισίου προδοῦναι : οὐδὲν σαφὲς ἔχομεν, τίς ὁ Πεισίου, οὐδὲ περὶ τῆς προδοσίας· ὅτι δὲ τῶν λίαν πονηρῶν ἐστι, δηλοῖ Κρ. ἐν Χ., Πυλαίᾳ, Ὥραις. Alius schol. ibidem : Κρατῖνος Χείρωσι·

Καὶ πρῶτον μὲν παρὰ ναυτοδικῶν ἀπάγω τρία κνώδαλ' ἀναιδῆ,
Πεισίαν, Ὀφίωνα, Διϊτρέφεα.

V. 1 libri πρῶτα, correctum a Porsono. De Nautodicis, ad quos deferebatur ἡ ξενίας γραφὴ, appositis Lysiæ et grammaticorum verbis, accurate dixit Meier. Proc. Att. p. 83. V. 2 libri Ὀσφύωνα, nomine inusitato, et Διϊτρέφη, quo metrum anapæsticum corrumpitur. Secuti sumus Fritzschium Dissert. de Dætal. p. 116. In nomine Ὀφ. litera longa corripitur ante ω, sicut ι ante η in ξυνίημι Soph. El. 126, etc. Conf. Aristoph. Av. 798.

9.

Hephæst. De syll. p. 17 : φησὶ δὲ Ἡλιόδωρος τὸ μ ἐπιφερόμενον ἀφώνῳ ἧττον τῶν ἄλλων ὑγρῶν (litterarum liquidarum) κοινὰς ποιεῖν ἐν τοῖς ἔπεσι συλλαβάς. διὰ τοῦτο καὶ Κρ. ἐν τοῖς Χ. πεποίηκε

Σκῆψιν μὲν Χείρωνες ἐλήλυμεν ὡς ὑποθήκας,

ἀντὶ τοῦ * ἐληλύθαμεν, ὅπερ ἐξηλέγξαμεν ψεῦδος ὄν. Hæc explicatio, si legeretur ἐξελέγξομεν, certe hunc sensum haberet, sed ineptum, « Venimus propter id, quod mendacium esse ostendemus. » Valeat igitur Hephæstion; itemque valeant, qui obtrudunt Hesiodi opus inscriptum Ὑποθῆκαι, quamvis significatum Aristophani Dætalensibus, Pherecrati in Chirone et fortasse, Bergkio Commentt. pag. 225 suspicante, apud Athenæum 8, pag. 364, A. Immo hoc dixit, si quid video, chorus Chironum, scenam ingredientium, se velut consiliandi et admonendi causa advenisse. Deest verbum. Ceterum libri aliquot Χείρωνας.

10.

Schol. Aristoph. Vesp. 1231, Ἀδμήτου λόγον: καὶ τοῦτο ἀρχὴ σκολίου.... Ἁρμόδιος (recte Süvern. Ἡρόδικος. cf. Mein. Hist. crit. Com. p. 13) δ' ἐν τοῖς Κωμῳδουμένοις καὶ τὸν Ἄδμητον ἀναγέγραφε (ita Mein. pro depravatis ἀνάγει γραφήν), παραθεὶς Κρατίνου ἐν Χ.

Κλειταγόρας ᾄδειν, ὅταν Ἁρμοδίου μέλος αὐλῇ.

« De scolio illo, cujus alii Alcæum, alii Sapphonem, alii denique Praxillam auctorem edebant, veterum scriptorum loca composuit Jacobs. ann. ad Brunckii Anal. 1, p. 157, etc. De Clitagora, poetria vel poeta, v. Bergk. Commentt. p. 228. Cujus cantilenæ partem servavit Aristoph. Vesp. 1246. (Κλειταγόρας, intell. τι, carmen aliquod Clitagoræ, sicut αὐλῇ valet αὐλῇ τις, ellipsi nota.) Cr. dicens *Clitagoræ carmen canere tibicine Admeti modulos præeunte*, nescio an eos notaverit, qui temere omnia miscerent. Bergk. Commentt. l. c., proprie dictum putat ad significandam artis musicæ depravationem. » *E M.*

7.

Age igitur, primum omnium ad orientem conversus [stato, sumitoque manibus
scillam magnam.

8. [belluas impudentes,
Et primum quidem ad Nautodicas adducam tres
Pisiam, Ophionem, Diitrephen.

9.

Quasi consiliandi causa (nos) Chirones advenimus.

10.

Clitagoræ carmen canere, quando Admeti modum [præit tibicen.

11.

Schol. Platonis Bekker. p. 331, Ῥαδαμάνθυος ὅρκος : οὗτος ὁ κατὰ κυνὸς, ἢ χηνὸς, ἢ πλατάνου, ἢ κριοῦ, ἤ τινος ἄλλου τοιούτου.

— Οἷς ἦν μέγιστος ὅρκος
ἅπαντι λόγῳ κύων, ἔπειτα χήν· θεοὺς δ'
ἐσίγων.

Κρ. Χ. κατὰ τούτων δὲ νόμος ὀμνύναι, ἵνα μὴ κατὰ θεῶν οἱ ὅρκοι γίγνωνται. τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ Σωκράτους ὅρκοι. Similiter schol. Luciani 1, p. 556, Photius Lex. p. 481, 1, Suidas. Zenobius 5, 81 : Ῥαδαμάνθυος ὅρκος, Κρατῖνός φησιν. Ἐπὶ τῷ χηνὶ καὶ τῷ κυνὶ καὶ τοῖς τοιούτοις, ὅρκον Ῥαδαμάνθυϊ ἀνατιθέασιν, ὡς καὶ Σωσικράτης (perperam libri Σωκράτης) ἐν δευτέρῳ Κρητικῶν, ἵνα μὴ θεοὺς ὀμνύωσι. « Dicit h. l. Cr. de pietate antiquissimorum hominum, qua, divini nominis abusum veriti, quidvis potius quam deorum numen attestabantur. Cf. Philostrat. Vit. Apoll. 6, p. 291, et de jurejurando Rhadamantheo Menag. ad Diog. Laert. 2, 40; Bergk. Commentt. p. 233. » *E Mein.* Qui sic etiam constitui posse probabiliter locum animadvertit :

Οἷς ἦν μέγιστος ὅρκος ἅπαντι λόγῳ
κύων, ἔπειτα χήν· θεοὺς δ' ἐσίγων.

12.

Schol. Thucydidis 8, 83 : τὸ ἐπιφέρειν ὀργὴν ἐπὶ τοῦ χαρίζεσθαι καὶ συγχωρεῖν ἔταττον οἱ ἀρχαῖοι. μάρτυς Κρ. ἐν Χ. λέγων τὴν μουσικὴν ἀκορέστους ἐπιφέρειν ὀργὰς βροτοῖς σώφροσιν. Hæc recte interpretatur Vigerus 3, 8, 15, his verbis : « musicam moderatis (i. e. sapientibus) hominibus oblectationem afferre sine fastidio. » Versus restituas scribendo, ut nos olim ann. ad Thuc. l. l.

— Ἡ δὲ μουσικὴ βροτοῖς
ὀργὰς ἀκορέστους ἐπιφέρει τοῖς σώφροσιν.

13.

Pollux 6, 98 : καὶ ἀσάμινθος δὲ ποτήριον ἂν εἴη, ὡς Ὅμηρός τε μηνύει (Odyss. 4, 128) Τηλεμάχου διδόντος Μενελέῳ δύ' ἀσαμίνθους, καὶ Κρ. δὲ Χείρωσιν « Ἐξ ἀσαμίνθου κύλικος λείβων. » Versus haud dubie anapæsticus μείουρος,

Ἐξ ἀσαμίνθου λείβων.

Hesych. Ἀσάμινθος : πύελος, ἢ λίθος εἰς βάθος κεκολαμμένος, ἢ λέβης μέγας καὶ πᾶν τὸ κοῖλον, ἢ κιβωτός. Glossema est κύλικος, quod colligas ex ipsius Pollucis verbis 10, 64, ubi hæc respicit, καίτοι ἔν γε τοῖς Κρατίνου Χείρωσι (libri Ἥρωσι, quod correxit Mein.) τὴν ἀσάμινθον κιβωτὸν νοοῦσιν, ἔνιοι δὲ ἔκπωμα.

14.

Idem 7, 107 : προσπατταλεύειν, στομοῦν, ἥλους ποιεῖν, στόμωμα. Κρ. γὰρ ἔφη « χαλυβδικὸν (vulgo χαλυβικὸν, sed v. sequentia) στόμωμα. » Idem 10, 186 : καὶ στόμωμα μὲν σιδηροῦν (male libri σιδήρου : σιδηροῦν respondet τῷ χαλυβδικόν) ὅστις ἐν τοῖς ἀποθέτοις σκεύεσιν ἀριθμεῖ, Κρ. ἂν αὐτῷ συναινοῖ λέγων ἐν Χ.

Χαλυβδικὸν στόμωμα.

« De forma χαλυβδικὸς v. Steph. Byzant. in v. Χάλυβες. » *M.* Habetur etiam apud Euripidem et Lycophronem, annotante Schneidero in Lexico h. v.

15.

Athen. 9, p. 392, F : ἡ δὲ ὀρτυγομήτρα καλουμένη, ἧς μνημονεύει Κρ. ἐν Χ., λέγων

Ἰθακησία ὀρτυγομήτρα.

Libri Κράτης, corrigente Casaubono. Cf. incert. fragm. 59. De *ortygometra* (germanice *Wachtelkœnig*) Aristoteles H. A. 8, 14, Plinius 10, 23 : *aquilone ergo maxime volant ortygometra duce.* Stein. *Handb. der Naturgesch.* 1, p. 163 : « *der Wachtelkœnig*, crex, » sed diversa κρὲξ ab ortygometra : v. Aristoteles l. c.; 9, 2 et 16, Schneider. Lex. v. Κρέξ. Ceterum sic appellatus est a poeta Ulysses, dux consiliorum Græcis in bello Trojano.

16.

Herodianus De dict. solit. p. 42, 8 : τὰ εἰς θος λήγοντα καθαρὰ, μονογενῆ, δισύλλαβα, παραληγόμενα φύσει μακρᾷ, βαρύνεσθαι θέλει.... Ξοῦθος τὸ κύριον· Δῶρός τε Ξοῦθός τε (Hesiod. fragm. 28, 2 Gaisf.). Βοῦθος Πύθια νικήσας (ita Mein.; vulgo ἐνίκησα), παροιμία·

11.

Quibus maximum fuit jusjurandum
in omni sermone canis, dein anser; deos autem sile-[bant.

Rhadamanthi jusjurandum.

12.

Musica vero mortalibus
oblectationes insatiabiles affert sapientibus.

13.

E poculo libans.

14.

Chalybicum firmamen.

15.

Ithacensis ortygometra.

Βοῦθος περιφοιτᾷ,

Κρ. Χ. τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν εὐηθῶν καὶ παχυρίνων. Zenobius 2, 66 : Βοῦθος περιφοιτᾷ : ταύτης μέμνηται Κρ. Χ. τέτακται δὲ ἐπὶ τῶν εὐηθῶν καὶ παχυφρόνων, ἀπό τινος Πυθιονίκου Βούθου μετενεχθεῖσα. « Buthum Aristoteles quoque commemoraverat in catalogo Pythionicarum, teste Hesychio s. v. Βοῦθος. » *M.*

17.

Schol. Aristoph. Nub. 922, de Pandeleto : συκοφάντης δὲ ἦν καὶ φιλόδικος, γράφων ψηφίσματα... μέμνηται δὲ τοῦ Πανδελέτου καὶ Κρ. Χ. Sic etiam Suidas voce Πανδελετείους.

18.

Pollux 7, 211 : καὶ βιβλιοπώλην μὲν παρὰ Ἀριστομένει εὑρήσεις ἐν Γόησι, βιβλιογράφον δὲ παρὰ Κρατίνῳ ἐν Χ. « Quo nomine Cr. judicialium libellorum architectum, ac fortasse ipsum Pandeletum, significasse videtur. » *M.*

19.

Zenobius 5, 9, Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν : παροιμία τάττομένη ἐπὶ τοῖς τὰ δεύτερα φερομένοις ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Λακεδαιμόνιοι στασιάζοντες μετεπέμψαντο κατὰ χρησμὸν τοῦ θεοῦ ἐκ Λέσβου τὸν μουσικὸν Τέρπανδρον. ἐλθὼν δὲ ἐκεῖνος, καὶ τῇ μουσικῇ χρώμενος, ἥρμοσεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὴν στάσιν ἔπαυσεν. εἴ ποτε οὖν μετὰ ταῦτα μουσικοῦ τινος ἤκουον οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἐπεφώνουν « Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν. » μέμνηται τῆς παροιμίας ταύτης Κρ. ἐν Χείρωνι (sic). Photius Lex. p. 621, 8, Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν : παρὰ Κρατίνῳ παροιμία, λεγομένη ἐπὶ τῶν τὰ δεύτερα φερομένων. « Antiquissimum hujus proverbii exemplum suppeditat Sapphonis versus apud Demetrium De elocut. §. 146 :

Πέρροχος ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν.

Quis autem fuerit ille Lesbius poeta, non constabat inter veteres. Ælius Dionysius, teste Eustathio ad Iliad. p. 741, τὸν τῆς παροιμίας Λέσβιον ᾠδὸν Τέρπανδρόν φησιν, ἢ Εὐαινετίδην, ἢ Ἀριστοκλείδην. » *E M.* Etiam alios alii nominant; plerique tamen in Terpandro consentiunt. Ælius Dionysius l. l. : Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ τὸ μάλιστα (inprimis) Λέσβιον ᾠδὸν τὸν Τέρπανδρόν φησι δηλοῦν.

20.

Hesychius, Αὐτόφορτοι : αὐτοδιάκονοι· κυρίως δὲ οἱ ἐν τοῖς ἰδίοις πλοίοις. Σοφοκλῆς Θυέστῃ Σικυωνίῳ. ὁ δὲ Κρ. ἐν Χείρωνι τοὺς τὰ κοινὰ φορτιζομένους ἔφη. « Scribendum Χείρωσι : falluntur enim, qui hæc ad Cratini junioris Chironem referunt. Αὐτοφόρτους Cr. dixisse videtur eos, qui publica civitatis bona diripiunt et in suos ipsorum usus convertunt. » *E M.*

21.

Zenobius 1, 26, Αἶξ οὐρανία : Κρατῖνός φησι, καθάπερ Διὸς αἶγα Ἀμαλθείαν, οὕτω καὶ τῶν

δωροδοκούντων αἶγ' οὐρανίαν·

οἱ δὲ τοὺς εἰς τὸ ἀργυρίζεσθαί τισιν ἀφθόνως ἀφορμὰς παρέχοντας, οὕτως εἰώθασι λέγειν κωμῳδοῦντες, ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς Ἀμαλθείας κέρας ἔχων πᾶν ὃ ἐβούλετο εἶχεν. Similiter Suidas h. v., addito τροφὸν post Ἀμαλθ.; item Photius p. 361, 5, Οὐρανία αἶξ : ἣ οἱ εὐχόμενοι πάντως (πάντων Mein.) ἐπετύγχανον· ἴσως διὰ τὸ τὴν Σελήνην αὐτοῖς ἐποχεῖσθαι. Κρ. Χείρωσιν. « Finxerat igitur Cr. profligatos homines, qui pecunia se corrumpi paterentur et publico furto ditescerent, cœlestem capram alere. » *M.*

22.

Aristides Orat. 49, vol. 2, p. 521 Dind. : διδάξας δὲ τοὺς Χείρωνας προσπαραγράφει πάλιν αὖ μάλα ὑπερηφάνως ἐπὶ τελευτῆς,

Ταῦτα δυοῖν ἐν ἐτοῖν ἡμῖν μόλις ἐξεπονήθη,
τοῖς δ' ἄλλοις ἐν ἅπαντι βίῳ προτίθημι ποιηταῖς.

Brevitatis causa ipsum Cratini versum apposui : nam Aristides suis verbis τοῖς δ' ἄλλοις ἐν ἅπαντι βίῳ προτιθέναι φησὶ ποιηταῖς μιμεῖσθαι, in quibus μιμ. est interpretantis τὸ προτίθημι, quum potius intelligendum in eo sit ἐκπονεῖν. Versu 1 libri δυοῖν ἐτοῖν, misso ἐν, quod addidit Dindorf. « Nisi ἐτέοιν scribendum. Videmus igitur Cratinum de hac fabula sua admodum magnifice sensisse, neque dubitari potest quin ea in comœdiis summi poetæ præcipuum quendam locum occupaverit. Nomen dramatis ductum a Chironibus, h. e. viris sapientiæ, pietatis, omnis denique virtutis laude florentibus, quos adhibuisse videtur Cr. eo consilio, ut novitium in Attica rerum statum detestarentur, priscam humani generis probitatem morumque simplicitatem commendantes. Reipublicæ emendandæ legibusque regendæ partes So-

---

16.

Buthus ambulat.

19.

Post Lesbium cantorem.

21.

Dona accipientium capram cœlestem.

22.

Hæc nos duobus annis vix elaboravimus,
quæ aliis poetis tota vita propono conficienda.

loni videtur attribuisse, ab Inferis excitato (fragm. 4). » *E M.*

XXVI. ΩΡΑΙ.

Ignotum prorsus fabulæ argumentum, in qua Bacchi magnas fuisse partes intelligitur ex fragm. 7.

1.

Athen. 9, p. 374, D : λέγεται δὲ καὶ ἀλεκτορὶς, καὶ ἀλέκτωρ. Σιμωνίδης « Ἡμερόφων' ἀλέκτωρ » ἔφη. Κρ. Ὥραις

Ὥσπερ ὁ Περσικὸς ὥραν πᾶσαν καναχῶν ὀλό-
φωνος ἀλέκτωρ.

Ὀλόφωνος, h. e. ὅλος ὢν φωνὴ, *totus vox*, vocalissimus. Cicero De divin. 2, 56 : *Canorum animal gallus gallinaceus.* « Alberti explicat *quæ mera vox esset* (immo *qui mera vox est.* Both.) πάμφωνος. » *M.* Adde Hesych. et Phot. v. Ὀλόφωνος.

2.

Idem 14, p. 638, F : σκώπτει δὲ αὐτὸν (Gnesippum Cleomachi filium) ἐς τὰ ποιήματα καὶ ἐν Βουκόλοις· ἐν δὲ ταῖς Ὥραις

Ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας ὁ Κλεομάχου διδά-
σκαλος
παρατιλτριῶν ἔχων χορὸν λυδιστὶ τιλλουσῶν
μέλη.

Ἴτω sensu malo, ut apud Euripidem Med. 662 etc. V. 2 libri μετὰ τῶν παρ., deinde μέλη πονηρὰ, intruso glossemate, quum τὸ πονηρὸν ipsis vocabulis παρατιλτριῶν et τιλλουσῶν indicetur, concinneque una cum versu finiatur sententia. Verba μετὰ τῶν delevit Toupius, ego πονηρά. « Τιλλ. μέλη in ambiguo ludit, siquidem τίλλειν μέλη et membra depilare, et carmina disperdere, significare potest (?). Eadem ambiguitas inest τῷ λυδιστὶ, quod et ad Lydiorum modorum mollitiem, et ad Lydorum membra depilandi morem (?) spectat. » *E M.* Notat Cr. Gnesippum, tanquam compilatorem alienorum carminum.

3.

Hephæst. De syllabis p. 17, quum Heliodorus dixisset, τὸ μ ἐπιφερόμενον ἀφώνῳ ἧττον τῶν ἄλλων ὑγρῶν κοινὰς ποιεῖν ἐν τοῖς ἔπεσι συλλαβὰς, contra ille : πρὸς γὰρ τῷ μυρίαν εἶναι τὴν χρῆσιν παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐδείξαμεν ἔτι καὶ παρ' αὐτῷ τῷ Κρατίνῳ πολλάκις οὖσαν, ὡς ἐν Κλεοβουλίναις... καὶ πάλιν ἐν Ὥρ.

Οὐδὲ πρὸς εἶδος ἄρ' ἦν οὐδὲν προσιδόντι τε-
κμαρτόν.

Sic Turnebi liber; alii εἶδος οὐδὲν ἄρ' ἦν οὐδὲν πρ. τ., alii ἄρ' οὖν οὐδέν τι προσιδόντες τ.

4.

Pollux 6, 18 : τὸν δὲ οἶνον καὶ τρύγα ἐκάλουν, ὡς ἐν Ὥρ. Κρ. λέγει

Ἀλλ' ἦν, ὅτ' ἐν φώσσωνι τὴν ὀσφὺν ἔχων
μετ' ἐμοῦ διῆγες, οἰνάριον ἕλκων τρυγός.

Libri τὴν οἱ συνέχων ... οἴναρον ἕλχ. τῆς τρυγός. Recte Mein. οἰνάριον ἕ. τρ. Nuper tamen idem sic hæc scribere maluit :

Ἀλλ' ἦν ὅτ' ἐν φώσσωνι τὴν ἴσην ἔχων
μετ' ἐμοῦ διῆγε μοῖραν, ἕλκων τῆς τρυγός,

τὴν ἴσην ex correctione Lobeckii ad Phryn. p. 73. « Apertum est, dici hæc alicui, qui ex tenui conditione vivendi ad lautiorem sortem enisus erat. Φώσσων, vestis Ægyptiaca. Pollux 7, 71 : ἔστι δὲ καὶ ὁ φώσσων Αἰγύπτιος ἐκ παχέος λίνου. Ἐν φώσσωνι, *vili veste lintea indutus;* quem usum præpositionis illustravit Hemsterhus. ad Plutum p. 469. Τρὺξ, vinum recens : v. Aristoph. Plut. 1086, Theocrit. 7, 70. » *E M.*

5.

Idem 9, 131 : καὶ ἐκμαγεῖον, καὶ ἐκμεμαγμένον. οὕτω γὰρ καὶ Κρ. ἐν ταῖς Ὥρ.

Ἐκεῖνος οὕτως αὐτὸς ἐκμεμαγμένος.

« Ad sensum compares Thesmoph. 514 : λέων, λέων σοι γέγονεν αὐτέκμαγμα σόν. Ex quo probabile est, etiam his summam filii cum patre similitudinem indicari. » *E M.* Οὕτως, quod habent edd., abest a codicibus Pollucis.

6.

Idem. 10, 76 : καὶ γὰρ, ἵνα ἐξεμοῦσι, καὶ τοῦτο λεχάνην ὠνόμαζον, ὡς Κρ. μὲν ἐν Ὥρ. ἔφη

HORÆ.

1.

Ut avis Persica, omnibus horis sonans, tota vox, gallus.

2.

Facessatque etiam, qui tragœdias docet, Cleomachi filius, depilatricum habens chorum, Lydorum modo carmina depilantium.

3.

Nec præter formam quidquam signi inveniebat spectator.

4.

Sed fuit tempus quo phossone tectus femora mecum vivebas, ex fæce villum sorbens.

5.

Ille sic ipse assimilatus.

Μῶν βδελυγμία σ' ἔχει;
πτερὸν ταχέως τις καὶ λεκάνην ἐνεγκάτω.

Libri βδελυγμίας ἔχει, corrigentibus Hemsterhusio Anecd. 1, p. 214, et Piersono ad Mœr. p. 158. De pinnæ vel radiculæ usu ad vomendum v. Acharn. 584.

In proximis Cr. memorasse videtur τὸ κήτιον, teste Hesychio Κήτειον : μέγαν (intell. ὄζον, ramum) καὶ ᾧ τὰς ψήφους διωθοῦσιν ἐν τοῖς κληρωτηρίοις. καὶ ἐμετήριον, ἀπὸ λαχάνου ἀγρίου, ὅπερ ἀντὶ πτερῶν (male cod. πυρῶν) εἰς τὸ στόμα καθίεσαν, ὡς Κρ. ἐν Ὥρ. σημαίνει. Hesychium κήτειον pro γήτειον scripsisse per incogitantiam censent Mein. et Lucas Observ. in Crat. p. 23. Equidem ἐπέχω.

7.

Photius Lex. p. 369, 14, Παιδικά : ἐπὶ θηλειῶν καὶ ἀρρένων ἐρωμένων τάττεται ἡ λέξις· παραδείγματα δὲ τοῦ ἐπὶ μὲν τῶν ἀρρένων τάττεσθαι πολλά.... ὅτι δὲ ἐκάλουν οὕτως καὶ τὰ πρὸ (i. e. *pridem*, *olim*. Libri τὰ πρὸς, mendo, de quo nos ad Thuc. 3, 26) τὰς γυναῖκας, Εὔπολις δηλοῖ.... Κρ. δὲ Ὥρ., τῆς παλλακῆς ἀποδημοῦντος τοῦ Διονύσου ἐρώσης φησὶν ἐπ' αὐτοῦ

Μακάριος τῶν παιδικῶν.

« Eadem schol. Aristophanis Vesp. 1021 ex Suida s. v. Παιδικά, respexitque etiam schol. Aristidis p. 64 Fromm. Peregre abierat Bacchus, cujus absentiam quum ægre ferret sola relicta domi concubina, nescio quis felicem prædicat deum ob fidum amicæ desiderium. » *E M.*

8.

Idem p. 571, 19, « Ταῦτα πράσσων φάσκ' ἀνὴρ οὐδὲν ποιῶν » : Κρ. Ὥρ. ἡ γὰρ (dele hanc particulam, ex seq. voc. natam) παροιμία ἐπὶ τῶν μηδὲν ποιούντων. Similiter Suidas. Dobræus Advers. 1, p. 610, probante Mein. :

Ταῦτ' αὐτὰ πράττω, "φάσκ' ἀνὴρ οὐδὲν ποιῶν.

9.

Suidas, Μαρίλη : ἀμαυρὸν πῦρ· ὁ χνοῦς καὶ τὸ λεπτότατον τῶν ἀνθράκων.... καὶ Κρ. ἐν Ὥρ.

Ἐφθάρη μαρίλης τὴν φάρυγγα πλέαν ἔχων.

Mein. secundum Dobr. ad Aristoph. Eq. 523 τὴν φάρυγα. « Forma φάρυγξ, » inquit, « ut hic aliisque locis metro perniciosa (?), ita omnino (?) ab Atticorum usu aliena est. » Cyclope tamen 342 libri in carmine

Εὐρείας φάρυγγος, ὦ Κύκλωψ,

et vulgo Aristoph. Ran. 253 ἡ φάρυγξ.

10.

Suidas, Πυρορραγής : σαθρὸς, ἄχρηστος, ἀπὸ τοῦ ἐν ταῖς καμίνοις διαρρησσομένου κεράμου. πυρορραγῆ κεράμια καλεῖται ὅσα ἐν τῷ πυρὶ ῥήγνυται ἐν τῷ ὀπτᾶσθαι. Κρ. ἐν Ὥρ.

Ἴσως πυρορραγὲς, κακῶς τ' ὠπτημένον.

Sic Kuster. ad Acharn. 932. Libri πυρορραγὲς καὶ κακῶς ὠπτ. Sed versus cæsura caret legitima. Igitur præferimus Πυρορραγές τε κακῶς τ'. Possis etiam πυρορραγές τι. « Pro Ἴσως Porsonus Adv. p. 285 probabiliter Ἴδ' ὡς. » *Mein.*

11.

Schol. Platonis Bekk. p. 384 : ἐμβραχὺ οὖν συντόμως καὶ ἁπλῶς· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοφῶντος « Οἶδε γὰρ αὐτῷ δεδομένην ἄδειαν καὶ πράττειν καὶ γράφειν ὅ τι ἂν ἐμβραχὺ βούληται.... » Κρ. Ὥρ.

Ἔδει δὲ παρέχειν, ὅ τι τις εὔξαιτ', ἐμβραχύ.

Libri hiante versu Ἔδει παρ. Δὲ facile excidit post δει. Elmsleius σε pronomen addere maluit.

12.

Hesych. Μυσιχαρρί : Κρ. ἐν Ὥραις. οἱ μὲν ἀνέγνωσαν ὡς ἀκονιτὶ, καί φασιν ὅτι τὸ μεμυκότως καὶ ξηρῶς ποιεῖν οὕτω λέγουσιν. ἢ ὡς ὀνομαζομένου τινὸς οὕτω καὶ μηδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ γλαφυρὸν σκώπτοντος, ἀλλ' ἐπιγελῶντος ἀηδῶς (sic Mein. pro τε ἡδέως). ὄνομα γάρ ἐστι Μυσίκαρφος, οὗ μνημονεύει καὶ Ἀπολλοφάνης ὁ κωμικός. ὡς τινες δὲ τὸν Ἀρχίμαχον. Photius Lex. p. 281, 19, Μυσιχάρφης : ὄνομα, ἢ Μυσίκαρφος (male legitur ὄνομα Μυσικάρφους), οὗ μνημονεύει Ἀπολλοφάνης ἐν Κρησίν. Ἀρίσταρχος δὲ ἐπ' ὀνόματος τινὰ ἀηδῶς ἐπιγελῶντος· οἱ δὲ ἀνέγνωσαν μυσιχαρρεὶ ὡς ἀκονιτί, τὸ μεμυκότως καὶ ξηρῶς, μὴ ἐκ φανεροῦ γελᾶν. Κρ. Ὥρ. « Cratinus,

---

6.

Num nausea te exercet?
ocius aliquis afferto pinnam et patinam.

7.

Beatus amoribus.

8.

« Hæc ipsa ago, » dicebat vir otians.

9.

Periit fuligine gulam habens repletam.

10.

Fortasse igne fissum et male assatum.

11.

Debebat autem præbere prorsus omnia, quæ quisque optabat.

si recte conjicio, de fatuo quodam homine et qui, quum ipse nihil jocorum in medium afferret, aliorum jocis et facetiis stulte arrideret, usus erat proverbio Γελᾷ Μυσικάρφης, sive Μυσίκαρφος, *Ridet, ut Mysicarphes.* » *E M.* Eodem spectat ridicule fictum adverbium μυσικαρφὶ, *ad modum Mysicarphi.*

13.

*Schol. Aristophanis Av. 766, v. in Chironum fragm. 8, de τῷ Πεισίου.

14.

Schol. Luciani vol. 1, p. 142, de Hyperbolo : Κρ. δὲ ἐν Ὥρ. ὡς προσελθόντος νέου τῷ βήματι μέμνηται καὶ παρ' ἡλικίαν. « Hyperbolum Cr. risit etiam in Pytine fr. 14. » *M.*

15.

Photius Lex. p. 312, 13 : ἔστι μέντοι (ἡ ξυστὶς) καὶ τραγικόν τι ἔνδυμα οὕτω καλούμενον, ὡς Κρ. ἐν Ὥρ. Eadem Harpocratio p. 134, 11. Plut. Moral. p. 348, F, agens de tragœdia : σκευὰς, πρόσωπα, καὶ ξυστίδας ἁλουργούς. Schol. Platonis Bekker. p. 402 : ξυστὶς τραγικὸν ἔνδυμα ἐσκευοποιημένον, καὶ ἔχον ἐπιπόρπημα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῇ πόρπῃ προκόσμημα (minus probabiliter libri προσκόσμημα) ἢ λίθινον, ἢ χρυσοῦν, ἢ ἀργυροῦν. Cf. gramm. Bekkeri Anecd. p. 284, 14. « At Hesychius comicam vestem fuisse dicit, ξυστίδας : ποδήρη ἐνδύματα ἢ χλανίδας κωμικάς. Similiter Timæus Lex. Platon. p. 188, sed utroque loco scribendum videtur τραγικάς. » *Mein.* Equidem defungar scribendo καὶ κωμικὰς, *etiam comicas*, nec magis tribuo scholiastæ Platonis quam Photio, dicenti καὶ τραγικόν. Certe sic vestitæ induci poterant in comœdiam tragicæ personæ : καὶ raptum fuerit a κω syllaba, quæ sequitur.

16.

Harpocr. p. 164, 25 : Ῥυτὰ, συνεσταλμένως, εἶδος ποτηρίου, Δημοσθένης κατὰ Μειδίου· ἐκτεταμένως, τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα ὁμοίως, Κρ. ἐν Ὥρ. Photius p. 493, 95, Ῥυτά : πήγανα. οὕτως Κρ. Hesych. Ῥυτά : τὰ στέμφυλα, καὶ πήγανον λευκόν. Hoc vulgo dixerunt ῥυτήν. V. Valck. ad Adoniaz. p. 220, c. Igitur ῥυτὸν brevi υ est poculum; ῥυτά, ῥύτη, producto, ruta, germ. *Raute*, francogall. *rue*. Varro L. L. 5, p. 40 : *Ruta, quam nunc* πήγανον *appellant.* Ovidius Remed. am. 801 : *acuentes lumina rutæ.*

17.

Idem p. 181, 9, Φελλέας : Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ Κίμωνος κλήρου. τὰ πετρώδη καὶ αἰγίβοτα χωρία φελλέας ἐκάλουν. Κρ. Ὥρ., Ἀριστοφ. Νεφέλαις (71).

18.

Pollux 10, 40 : τὸ ναυτικὸν ὑπηρέσιον ἰδίως ἐν ταῖς Ὥρ. Κρ. « προσκεφάλαιον, » τοῦτο μὴ καλεῖσθαι νομιζόντων, ἀλλὰ ὑπηρέσιον μόνον. Idem 1, 88 : τὸ ὑποκείμενον τοῖς ἐρέταις ὑπηρέσιον. Cf. schol. ad Thuc. 2, 93. Annotavit. Mein. etiam apud Hesychium v. Πανικτὸν (?) Hermippum προσκεφάλαιον dicere pulvinar, quod remiges sibi substernebant.

19.

Antiatticista p. 88, 3, Γαλιδεύς : ὁ τῆς γαλῆς σκύμνος. Κρ. Ὥρ. Hesych. secundum Ruhnken. apud Valck. ad Adoniaz. p. 402, A : Γαλιδέως· Κρ. λέγει δὲ οὕτως (cod. ὡς) τὸν εὐτελῆ, καὶ ὡς γαλῶν (cod. γαλόν. Mein. malebat γαλῆς) παῖδα γαλιδέα (dele : est correctio capitis glossæ Γαλιδέως).

20.

Idem p. 116, 21, « Ψήφισμα ἔθηκεν » : ἀντὶ τοῦ ἔγραψε. Κρ. Ὥρ., Πλάτων Ποιητῇ.

21.

Idem l. 30 : « Ὡραΐζεσθαι. » Κρ. Ὥρ. V. Pierson. ad Mœr. p. 76.

22.

Gramm. Bekker. Anecd. p. 394, 21 : Ἀνδροκολωνοκλῆς ἀντὶ τοῦ ἠλίθιος· Κρ. γὰρ Ὥραις ἀντὶ τοῦ φάναι ἠλίθιον Ἐτεοκλέα, οὕτως ὑφ' ἓν καὶ διὰ μιᾶς λέξεως ἔφη διὰ τὸ εἶναι ἐκ Κολωνοῦ. Temere Fritzsch. Act. Societ. græc. 1, p. 144, ἠλίθιον Ἀνδροκλέα, sed dixisse videtur Græculus ἤτοι ἀκλεᾶ : nam Androcles significatur ipso Ἀνδροκολωνοκλῆς, i. e. Ἀνδροκλῆς Κολωνοῦ, quem Κολωνὸν Bergk. Epist. ad Schillerum p. 119, intelligebat Κολωνὸν ἀγοραῖον, collem Athenis in foro, quæ mercenariorum erat statio. « Sic igitur Cr. paupertatem notaret Androclis, operam suam mercede collocantis. » Sic Mein., cui quærenti, quid tunc fiat grammatico, qui Cratinum stultitiam hominis risisse dicat, responderi potest, etiam stultos inutilesque mercenarios passim inveniri.

CRATINI INCERTARUM COMOEDIARUM FRAGMENTA.

1.

Ælianus V. H. 2, 13 : εὐδοκίμει δ' οὖν αὐτῷ (Aristophani) τὸ δρᾶμα· καὶ γάρ τοι τῷ (perperam libri τὸ) τοῦ Κρατίνου τοῦτο συνέβη, εἴποτε ἄλλοτε, καὶ τότε, τῷ θεάτρῳ νοσῆσαι τὰς φρένας. Elicuit ex hisce Grotius Excerpt. p. 495 senarium

Συνέβη θεάτρῳ τότε νοσῆσαι τὰς φρένας,

quem non erat quod omnino damnaret Mein.; sed scribendum

Συνέβη νοσῆσαι τῷ θεάτρῳ τὰς φρένας.

Conqueritur Cr. his verbis, aliquod drama suum displicuisse spectatoribus. « Respicere videtur ad hunc locum Phrynichus App. Soph. p. 52, 28: Νοσεῖν τὰς φρένας : νοσεῖν τὸν νοῦν. » *E M.*

2.

Antiatticista p. 108, 24: « μεσόκοπον » ἀρρενικῶς τὸν ἐπὶ μέσου ἡλικίας (ita Lucas Observ. p. 9 pro τὸ ἐπιμέσου ἡλ.) Κρ. « Indicat grammatici glossa, μεσόκοπος ex Atticistarum lege, nisi de feminis, non esse dicendum. Confirmat quodammodo Xenarchus Athen. 13, p. 569, B:

Νέᾳ, παλαιᾷ, μεσοκόπῳ, πεπαιτέρᾳ. » *M.*

3.

Aristides Orat. 50, vol. 2, p. 565 Dind.: καίτοι φησὶ μὲν δή που Κρ. « τῶν αἰσχρῶν εἶναι φίλοισι χαριζόμενον πονηρὸν αὐτὸν εἶναι. » οὗτοι δὲ (fort. γὰρ), εἰ μὲν φίλοις αὐτοῖς χρῶνται, παραπλησίως αὐτοῖς ἔχουσιν, ὥστ', εἰ τοῖς αὐτοῖς χαίρουσιν, αὐτοῖς ἄρ' οὐχ ἧττον ἢ τούτοις χαρίζονται. εἰ δ' αὖ μὴ νομίζουσι φίλους, ἀντὶ τοῦ χαρίζονται; εἴτε γὰρ ὡς ἐρασταῖς, εἴτε ὡς ἐρασταὶ, τό γε τῆς αἰσχύνης ἄφυκτον. Cr. dicere quidem potuit

Αἰσχρῶν χαριζόμενος φίλοις πονηρὸς αὐτός ἐστι,

sed malim, quum πονηρὸν non legatur in uno libro, concinniore sententia (τῷ αἰσχρὸς simile αἰσχρῶν fraudi fuerit),

Χαριζόμενος γὰρ αἰσχρός ἐστ' αἰσχρῶν φίλοις.

Meinekius in utraque editione:

Αἰσχρὸν δὲ φίλοισι χαριζόμενον πονηρὸν εἶναι.

4.

Idem Orat. 45, vol. 2, p. 23: ἐγὼ μὲν οἶμαι τοῦτο. τί οὖν, ὦ μεγίστη σὺ γλῶττα τῶν Ἑλληνίδων, ἔφη Κρ. ποιῶν (Mein. μῶν) ἔσθ' ὅ τι κωλύει, etc., de Platone. Idem Or. 46, p. 173: οὐκοῦν τῶν μαρτύρων ἡμῖν τῶν εἰς τοὺς λόγους κεκλημένων τῷ Περικλεῖ... ὁ μὲν τῶν Ἑλληνίδων μεγίστην τὴν ἐκείνου γλῶτταν εἴρηκε. De Pericle dixit Cr. secundum Meinekium tali modo:

Ἴθ', ὦ μεγίστη γλῶττα τῶν Ἑλληνίδων.

Possis quoque pron. σὺ servato in versu non Tragici, sed Comici liberiore:

Τί δ', ὦ μεγίστη γλῶσσα σὺ τῶν Ἑλληνίδων.

5.

Idem Orat. 49, vol. 2, p. 521: ἀλλ' ἔγωγε κωμῳδιοποιοῦ τινος ἤκουσα, σεμνολογουμένου θαυμαστὰ οἷα. καίτοι ἐάν τις ἔρηται τοὺς τῆς κωμῳδίας ποιητὰς, ἐφ' ὅτῳ μέγα φρονοῦσιν, φαῖεν ἂν, οἶμαι, ὅτι γέλωτα κινοῦσιν, ὥσπερ καὶ αὐτῶν τις ὡμολόγηκεν οὐδενὸς ἐρωτῶντος. ἀλλ' ὅμως καὶ οὗτοι χωρὶς ἀξιοῦσιν εἶναι τά τε τῶν ἀστείων σκώμματα καὶ τὰ τῶν πολλῶν· καί τις αὐτῶν ἐν ἀρχῇ τοῦ δράματος μεγαλαυχούμενος, ὡς προφήτης, προαγορεύει τοιάδε·

— Ἀφυπνίζεσθαι χρὴ [πάντως] πάντα θεατὴν,
ἀπὸ μὲν βλεφάρων αὐθημερινὸν ποιητῶν λῆρον ἀφέντα,

ὥσπερ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ μέλλων ἅπαντας σοφούς τε καὶ σπουδαίους ποιήσειν. διδάξας δὲ etc., quæ habentur Chironum fragmento 22. Cratini versu primo libri scripti atque editi Ἀφυπν. (corripienda est hujus verbi syllaba secunda, υυ---) χρὴ πάντα θεατὴν, aliis alia proponentibus, quibus lacuna versus expleatur, quum nihil sit verisimilius quam forte πάντως ante simile πάντα omissum esse a librariis. Vide inprimis Apol. Socr. c. 20, qui geminus est compositione locus, πάντως οἱ Ἀθηναῖοι πάντες δή που τοῖς φρονιμώτατα λέγουσι πείθονται, etc. Bene Bergkius αὐθημερινὸν pro α—ῶν, quod habent libri. « Malim, » inquit Mein., « propter genitivorum frequentiam αὐθημερινόν. Dicit æmulorum poetarum subitarias et cito perituras ineptias. »

6.

Athen. 1, p. 7, F: δοκοῦσι δ' οἱ Μυκόνιοι διὰ τὸ πένεσθαι καὶ λυπρὰν νῆσον οἰκεῖν ἐπὶ γλισχρότητι καὶ πλεονεξίᾳ διαβάλλεσθαι· τὸν γοῦν Ἰσχόμαχον Κρ. Μυκόνιον καλεῖ, « Πῶς ἂν Ἰσχομάχου γεγονὼς Μυκονίου φιλόδωρος ἂν εἴης; Ἀγαθὸς ὢν πρὸς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἑστιασόμενος ἧκον· κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων. » Pace Meinekii et retractatis iis quæ diximus p. 11 libri germanici De Com. Gr., Cratini versus, immissis personis unius convivarum, ad quos venerat Ischomachi filius, et hujus ipsius, de quo Eustathius ad Odyss. p. 1828, 8: Κρ. οὖν, ὥς φησιν Ἀθήναιος, τὸν γλίσχρον Ἰσχόμαχον Μυκόνιον εἶπεν, sic scribemus:

1.

Accidit theatro ut ægrotaret mente.

3.

Gratificans turpia amantibus turpis ipse est.

4.

Quid autem, o maxima tu lingua Græcarum?

5.

Sed edormire debet (omnino) omnis spectator, e palpebris excusso quotidiano poetarum stultiloquio.

α. Πῶς οὐκ ἂν Ἰσχομάχου γεγονὼς τοῦ Μυκονίου
φιλόδωρος ἂν εἴης; β. Ἧκον ἑστιώμενος
ἀγαθὸς πρὸς ἀγαθούς· κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων.

In librorum scriptura supra posita negandi particula obliterata, et intrusa glossemata ὢν, ἄνδρας, ἑστιασ., quæ metrum arguit. Ἑστιώμενος usurpatum sensu futuri. Τοῦ Μυκ. ponendum fuit cum ex lege linguæ, tum metri gratia, quia nominis Μυκ. prima fere corripitur. — Non invitatus ad convivium quoddam venerat iste filius Ischomachi, una epulari cupiens, et fastidienti tenacem hominem convivæ more parasitico respondet. « Ischomachum, qui hic commemoratur, fuisse ditissimum, ex Lysiæ Oratione pro bonis Aristoph. § 45, et Heraclide Pontico apud Athen. 12, p. 537, C, docuit Bœckh. OEcon. Att. 2, p. 12. Idemne is sit, quocum Xenophon in OEconomico cap. 7 Socratem de tuenda re familiari colloquentem induxit, ut incompertum in medio relinquo, etsi, opulentum eum fuisse, ex OEcon. capite 7, 3, intelligitur. (At neque Myconius hic audit apud Xenophontem, et eo auctore OEcon. cap. 6, 17, πρὸς πάντων καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, καὶ ξένων καὶ ἀστῶν, καλός τε κἀγαθὸς appellatus est, quod conciliari nequit cum fama γλισχρότητος, quam famam viri Athenæus et Eustathius significant. *Both.*) Myconus insula (e Cycladibus, Delo vicina,) exilis fuit et infœcunda: ut non sit quod mireris incolas ejus irrisos tanquam famelicos et alienarum opum appetentes. Ita jam Archilochus Periclem quendam ἄκλητον Μυκονίων δίκην εἰς τὰ συμπόσια εἰσπεπαικέναι dixerat teste Athenæo 6, p. 237. Photius p. 279, 15, Μυκόνιος γείτων: αὕτη (intell. παροιμία) τάττεται κατὰ τῶν διαβεβλημένων ἐπὶ γλισχρότητι καὶ σμικροπρεπείᾳ, παρὰ τὴν σμικρότητα τῆς νήσου τῆς Μύκωνος καὶ εὐτέλειαν. « Malim τῆς Μυκόνος a recto Μυκών, ut Ἀνθηδόνος et similia: neque enim damnare ausim duplicem formam.

7.

Idem 2, p. 52, C: ὀρχησταὶ δὲ ἔνδοξοι, Βόλβος (libri βολβὸς contra regulam) μὲν παρὰ Κρατίνῳ καὶ Καλλίᾳ, Ζήνων δὲ ὁ Κρὴς, ὁ πάνυ Ἀρταξέρξῃ προσφιλέστατος, παρὰ Κτησίᾳ.

8.

Idem I, p. 23, B: ὅτι τὸ ἀναπίπτειν ἀχύρως (sic scribo pro χυρίως) ἐπὶ ψυχῆς ἐστιν οἷον ἀθυμεῖν, ὀλιγωρεῖν. Θουκ. πρώτῃ (cap. 70) « νικώμενοι ἐπ' ἐλάχιστον ἀναπίπτουσι. » Κρ. δ' ἐπὶ ἐρετῶν γρᾶται τῇ λέξει,

Ῥοθίαζε, κἀνάπιπτε.

Apud Athenæum perverse legebatur χυρίως. Nimirum remiges χυρίως (*proprie*) dicuntur *remigare*, ἐρέσσειν sive verbo poëtico ῥοθιάζειν, cui oppositum est ἀχύρως dictum ἀναπίπτειν, *recumbere*. Factum fuerit ut τῷ α forte neglecto legeretur χύρως, quod cito corrector aliquis imprudens mutaverit in χυρίως. Eustath. ad Od. p. 1641, 8, ῥοθιάζει καὶ ἀναπίπτει, persona tertia. Suidas s. v. Ἀναπίπτειν: Κρ. ἐπὶ τῶν ἐρετῶν κέχρηται τῇ λέξει, ἐρεσσομένων καὶ ἀνακλινομένων. Xenophon OEcon. 8, 8, de remigibus: ἐν τάξει προνεύουσιν (h. e. ἐρέσσουσιν), ἐν τάξει δ' ἀναπίπτουσιν. Nihilominus qui hæc dixit apud Cratinum, non proprio sensu, sed metaphorice, usus videtur illis verbis, quibus admoneret colloquentem, ut fortiter adversarium adoriretur, vel generatim rei, quam agebat, strenue incumberet.

9.

Athen. 2, p. 49, A: τράπεζαι ἐλεφαντόποδες, τῶν ἐπιθημάτων ἐκ τῆς καλουμένης σφενδάμνου πεποιημένων. Κρ.

Γαυριῶσαι δ' ἀναμένουσιν, ὡς ἐπηγλαϊσμέναι
μείρακες φαιδραὶ, τράπεζαι τρισκελεῖς σφενδάμιναι.

Insulse libri ὧδ' ἐπ., quasi mensæ vocarentur puellæ. Confusæ δ et σ litteræ, ut Æschyl. Sept. 271, et alias. Σφένδαμνος, acer, germ. *Ahorn*, de quo Stein. *Handb. d. Naturgesch.* 2, p. 174 seq. Plin. 16, 15: *Acer tiliæ fere amplitudinis, operum elegantia ac subtilitate cedro secundum.* Itaque *acernam mensam* viliorem dixit Horatius Serm. 2, 8, 10. Martialis 14, 88: *Mensa acerna.*

Non sum crispa quidem, nec silvæ filia Mauræ,
sed norunt lautas et mea ligna dapes.

Pollux 10, 35: σὺ δ' ἂν καὶ ἐλεφαντίνην (κλίνην)

6.

a. *Quidni*, Ischomachi natus filius Myconii,
donorum sis cupidus? b. Veni epulatum
bonus ad bonos: communia enim sunt quæ habent amici.

8.

Strepita et recumbe.

9.

Magnificæ manent (nos), velut superbientes
puellæ hilares, mensæ tripedes acernæ.

εἴποις, καὶ χελώνης, καὶ σφενδάμνου καὶ σφενδαμνίνην· quæ postrema fort. ex glossemate. Mein. : « Mensas lautissimarum epularum apparatu splendentes puellis comparat hilari vultu renidentibus. »

10.

Idem ib. p. 56, E, Ῥαφανῖδες : αὗται κέκληνται διὰ τὸ ῥᾳδίως φαίνεσθαι (?) καὶ ἐκτεταμένως δὲ καὶ κατὰ συστολὴν λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς. Κρ.

Ταῖς ῥαφανῖσι δοκεῖ, τοῖς δ' ἄλλοις οὐ λαχάνοισι.

Similiter Aristoph. Plut. 54 :

Μαλάχης πτόρθους, ἀντὶ δὲ μάζης φυλλεῖ' ἰσχνῶν ῥαφανίδων.

Draco Straton. p. 80, 5 : ῥαφανὶς διφορεῖται τὸ ῑς· ἀττικῶς γὰρ ἐκτείνει, ὡς παρὰ Κρατίνῳ ἔν τισι τῶν ἐπῶν αὐτοῦ, ὡς τὸ Ῥαφανῖσι — λαχάνοισι· παρ' Εὐπόλιδι δὲ συστέλλεται· ubi legebatur, mendo frequente, ἀττικῶς δὲ — ἔν τινι, et λαχάνοις, quod etiam Athen. habet ruente versu.

11.

Athen. 2, p. 67, C : Γάρος. Κρ.

Ὁ τάλαρος ὑμῖν διάπλεως ἔσται γάρου.

Σοφ. Τριπτολέμῳ « Τοῦ ταριχηροῦ γάρου. » Eadem ap. Pollucem 6, 65, omisso ἔσται, sed recte ὑμῖν, quum apud Ath. legatur ὑμῶν.

12.

Idem 2, p. 68, A : τὸ δὲ ῥῆμα (ἀρτύειν) παρὰ Σοφοκλεῖ « Ἐγὼ μάγειρος ἀρτύσω σοφῶς. » Κρ.

Γλαῦκον οὐ πρὸς παντὸς ἀνδρός ἐστιν ἀρτῦσαι καλῶς.

Casaub., Grotius Excerpt. p. 489, Porsonus præf. Hecubæ p. 54, consentiunt in addenda voce ἀνδρός, quæ abest a libris Ath. De *glauco*, pisce marino, Plin. 9, 16; 39, 11, Stein. *Naturgesch.* p. 357, etc.

13.

Idem ib. p. 69, D : Κρ. δέ φησι, Φάωνος ἐρασθεῖσαν τὴν Ἀφροδίτην ἐν καλαῖς θριδακίναις αὐτὸν ἀποκρύψαι, Μαρσύας δ' ὁ νεώτερος ἐν χλόῃ κριθῶν. Scribamus ἐν κριθῶν χλόῃ, qui est finis senarii : nam κριθή priorem habet longam.

14.

Idem 7, p. 305, B : τὰ εἰς λα λήγοντα θηλυκὰ πρὸ τοῦ λ ἕτερον λ ἔχει, Σκύλλα, σκίλλα, κύλλα, βδέλλα, ἅμιλλα, ἄμαλλα· τὰ δὲ εἰς λη οὐκέτι, ὁμίχλη, φύτλη, γενέθλη, αἴγλη, τρώγλη· ὁμοίως οὖν καὶ τρίγλη. Κρ.

Τρίγλην δ' εἰ μὲν ἐδηδοκόη τένθου τινὸς ἀνδρός.

Libri τρίγλη, nominativo, deinde ἐδηδόκοι ἡ. Porsonus ἐδηδοκοίη, dure correpta diphthongo. « Fortasse igitur Cr. dixit ἐδηδοκόην (immo ἐδηδοκόη. *Both.*), quemadmodum λαχόην pro λαχοίην (λάχοιμι) dictum fuisse tradit Etymologus p. 558, 27 ; quæ formæ etsi Æolicæ dialecto propriæ sunt, tamen ne in Attico quidem poeta quidquam offensionis habent. Idem metrum in Trophon. fr. 1, unde hæc ad eandem fabulam referre voluit Bergk. Commentt. p. 217. » *E Mein.*

15.

Idem 10, p. 424, B : μνημονεύει τοῦ κυάθου καὶ Ξενοφῶν ἐν πρώτῳ Παιδείας (3, 9), καὶ Κρ., ἔτι δ' Ἀριστοφάνης πολλαχοῦ, καὶ Εὔβουλος Ὀρθάνῃ.

16.

Idem 9, p. 782, D, Ἀγκύλη : ποτήριον πρὸς τὴν τῶν κοττάβων παιδιὰν χρήσιμον. Κρ.

Πιεῖν δὲ θάνατος οἶνον, ἢν ὕδωρ ἐπῇ·
ἀλλ' ἴσον ἴσῳ μάλιστ' ἀκράτου δύο χοᾶς
πίνουσ' ἀπ' ἀγκύλης, ἐπονομάζουσί τε,
ἱᾶσι λάταγας τῷ Κορινθίῳ πέει.

Libri v. 2 χοέας, Pierson. ad Mœr. p. 412 χοᾶς, nec verisimile χόας. V. 3 libri ἐπονομάζουσα, litteris α et ι confusis (v. ann. ad Thuc. 5, 19), et τὲ omisso, quod recte addidit Piersonus. Jacobsius ἐπονομάζουσ' ἀεί. Male autem Athen. h. l., grammaticus Seguer. p. 327, 338 et Hesych. ἀγκύλην intelligunt ποτήριον, Hesych. etiam ἀκόντιον. Ipse Athen. 15, p. 667, C, recte : ἐκάλουν δὲ ἀπ' ἀγκύλης τὴν τοῦ κοττάβου (h. e. τῆς λατάγης) πρόεσιν διὰ τὸ ἀπαγκυλοῦν τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐν τοῖς

10.

Raphanis placet, non vero ceteris oleribus.

11.

Qualus vobis implebitur garo.

12.

Non cujusvis est glaucum pulchre parare.

13.

In pulchris lactucis Venus Phaonem amatum abscondidit.

14.

Mullum si comederit catillonis alicujus.

15.

Mors est vinum bibere aqua immixta,
sed, par cum pari, fere duo congios meri
bibentibus incurvata manu, nominantibusque (amores),
mittit latices Corinthio peni.

ἀποκοτταβισμοῖς, itemque in rectam viam rediens Hesychius l. l., ἢ ἡ καμπὴ τοῦ ἀγκῶνος·... οἱ γὰρ τοὺς κοττάβους προϊέμενοι τὴν δεξιὰν χεῖρα ἠγκύλουν, κυκλοῦντες αὐτὴν ὡς ἐνῆν πρεπωδέστατα, καὶ σεμνυνόμενοι ὡς ἐφ' ἑνὶ τῶν καλῶν. « Itaque, » inquit Mein., « ἀπ' ἀγκύλης (scil. χειρὸς) ἵησι est *incurvata manu projicit,* » etc. — Versu 4 Cr. Euripidem ridet, Sthenobœæ fragmento 6 dicentem :

Πεσὸν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερός,
ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ « τῷ Κορινθίῳ ξένῳ! »

Aristophanes quoque Thesm. 403 :

Κἂν ἐκβάλῃ
σκεῦός τι κατὰ τὴν οἰκίαν πλανωμένη,
ἀνὴρ ἐρωτᾷ, τῷ κατέαγεν ἡ χύτρα;
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ.

17.

Idem 13, p. 566, F : καὶ ὁ Κύνουλκος, « Ταύτῃ καὶ τολμᾷς σὺ λέγειν ῥοδοδάκτυλος οὖσα, κατὰ τὸν Κρατῖνον, ἀλλὰ βολίτινον ἔχων θάτερον σκέλος. » Ταυτὶ Dobr. ad Aristoph. Plut. 555; quo recepto satis habuerunt verba Ταυτὶ — οὖσα excerpere, tanquam Cratini, neglectis reliquis ἀλλὰ — σκέλος, quæ vel sic, si modo scribas, ut consentaneum est, ἔχουσα, coeunt in senarium :

Ταυτὶ καὶ τολμᾷς σὺ λέγειν ῥοδοδάκτυλος οὖσα,
ἀλλὰ βολίτινον ἔχουσα θάτερον σκέλος;

Ceterum — CA haud dubie oblitteratum est sequente ΘΑ — simili, quod significavimus ann. ad hymnum Homericum in Pana v. 40. Compellat his verbis nescio quis Empusam sive Hecaten : cf. Ran. 289 seq., ibique annotata.

18.

Idem ib. p. 596, B, de Doricha meretrice, quam deperiit Charaxus, Sapphonis frater : Ἡρόδοτος (2, 134 seq.) δ' αὐτὴν Ῥοδῶπιν καλεῖ, ἀγνοῶν ὅτι ἑτέρα τῆς Δωρίχης ἐστὶν αὕτη, ἡ καὶ τοὺς περιβοήτους ὀβελίσκους ἀναθεῖσα ἐν Δελφοῖς, ὧν μέμνηται Κρ. διὰ τούτων. Cratini verba exciderunt, nisi, ut nuper conjecit Meinekius, scribas διὰ Πλούτων, noto usu. Rhodopidis donarium commemorat etiam Plutarchus De orac. def. p. 400, F : τῶν Ἀκανθίων καὶ Βρασίδου παρελθοῦσιν οἶκον ἡμῖν ἔδειξεν ὁ περιηγητὴς χωρίον, ἐν ᾧ Ῥοδώπιδος ἔκειντό ποτε ὀβελίσκοι σιδηροῖ. V. Grauerti Dissert. de Æsopo p. 117 seqq.

19.

Idem 15, p. 676, F : δεῖξαι οὐκ ἔχεις, ὅτι διαλελυμένως τις εἴρηκε ῥόδων στέφανον καὶ ἴων στέφανον· τὸ γὰρ παρὰ Κρατίνῳ κατὰ παιδιὰν εἴρηται « Ναρκισσίνους ὀλίσκους. » Nihili hæc vox, cui substituebat Casaub. ναρκίσσου στεφανίσκους (!), Schweigh. ὀλίσβους (?); possis etiam N. ὀχίσκους, *narcissina curricula*, i. e. plena narcissorum, vel N. ὀσχίσκους, *narcissinos ramulos*; licuitque sane Comico fingere hæc deminutiva. De λ, χ, σχ confusis v. ad Athen. 11, p. 497, A, in Noctibus nostris Naucraticis.

20.

Dio Chrysostomus Orat. 56, vol. 2, p. 290 Reisk. : ἢ οὐκ ἀνέγνωκας τοῦτο τὸ ἔπος Κρατίνου·

Ποιμὴν καθέστη, καἰπόλος, καὶ βουκόλος.

Libri καθέστη αἰπόλος, κ littera hausta ab α simili vicina; frustra Valck. ad Callim. Eleg. p. 75, κατέστης, Bergk. et Mein. καθέστηχ' αἰπ. Ποιμὴν proprie dictus, ut interdum *pastor* pastor ovium. Fragmentum ad *Bubulcos* refert Bergkius.

21.

Anonymus apud Cramerum Anecd. Oxon. 3, p. 195 : Πλάτων δὲ, οὐχ ὁ φιλόσοφος, ἀλλ' ὁ κωμικώτατος, ᾧ καὶ Κρατῖνον οἶδα συνᾴδοντα, ἀορίστως ἐπὶ συγγενείας λαμβάνει τὴν ὅμαιμος λέξιν.

22.

Etym. M. p. 183, 45, Βαβάκτης : ὀρχηστὴς, λάλος, μανιώδης, βακχευτής. λέγεται δὲ καὶ ὁ Πάν. Κρ. « Χαῖρε, χρυσόκερω βαβάκτα κήλων Πάν. » παρὰ τὸ βάζω, τὸ λαλῶ, βάξω, βέβαγμαι, βέβακται, βαβάκτης, ὁ πολλὰ λαλῶν, φλύαρος. Sic item Hephæstio cap. 10, p. 56, alterum ille complens versum hisce Πελασγικὸν Ἄργος ἐμβατεύων, in priore, Χαῖρ', ὦ χρυσόκερως. Igitur Cr. dixerit

Χαῖρ', ὦ χρυσόκερως βαβάκτα κήλων
Πάν, Πελασγικὸν Ἄργος ἐμβατεύων!

Elegans enim usus est nominativi pro vocativo : Iliad. 17, 142 : Ἕκτωρ εἶδος ἄριστε. Odyss. 3, 313 : καὶ σὺ, φίλος, μὴ δηθὰ δόμων ἄπο τῆλ' ἀλάλησο, etc. Κήλων, *telorum,* quia venatorum quoque deus habitus est Pan, quod intelligas ex Hymno Homer. 19, 13 (θῆρας ἐναίρων, Πάν), Theocrit. Idyll.

17.
Hæc etiam tu audes dicere, roseis quidem digitis, sed fimosum habens alterum pedem?

20.
Pastor adstitit, et caprarius, et bubulcus.

21.
Consanguineus.

22.
Salve, aureis cornibus bacchans venator Pan, Pelasgicum Argos ascendens!

1, 2, etc. « Πελασγ. Ἄργος (Iliad. 2, 681) Dorvillius Vann. crit. p. 51, non ipsum Argos intelligit, sed Panos antrum et sacellum in Pelasgico, quam in rem laudat Pausan. Att. 28, Herodot. 6, 105, Eurip. Ion. 938, al. Cf. Leake Topogr. Att. p. 284, Bergk. Commentt. p. 97. Ἐμβατεύων, ut Æschylus Pers. 454 : νῆσός τίς ἐστι.... ἣν ὁ φιλόχορος Πὰν ἐμβατεύει. Eurip. Teleph. 1 : πέτρον Ἀρκάδων δυσχείμερον (Πὰν) ἐμβατεύεις. » *E M.*

23.

Etym. M. p. 200, 37, Βλιμάζειν : τὸ τιτθολαβεῖν, ἤγουν ψηλαφᾶν τὰ στήθη καὶ τοὺς μαστοὺς καταλαμβάνειν τῇ ἀφῇ, καὶ ἅπτεσθαι τῶν ἀπορρήτων μελῶν τῶν γυναικείων, καὶ διεγείρειν τὰς ἐπιθυμίας, ὥς φησι Κρ.,

Ὡς δὲ μαλακὸν καὶ τέρεν τὸ χρωτίδιον ἦν, ὦ θεοί!
καὶ γὰρ ἐβλίμαζον αὐτήν· ἡ δ' ἐφρόντιζ' οὐδὲ ἕν.

Sic item Zonaras, omissis tamen verbis ἡ δ' ἐφρόντιζεν (hæc librorum scriptura) ο. ἕν. Cratini versu 1 δὲ et ἦν inseruit Elmsl. in Censura Hecubæ Porson. p. 257 ed. Lips.

24.

Ibidem p. 269, 31, Διαπηνικίζω : ἀπατῶ. Κρ.

Τοῦτον μὲν οὖν καλῶς σὺ διεπηνίκισας λόγον.

εἴρηται ἀπὸ τῆς πηνίκης, ἥ ἐστι περιθετὴ κόμη, ὡς ἡ φενάκη, ἢ τοὺς ὁρῶντας ἀπατᾷ ὡς φύσει οὖσα. τινὲς δὲ τὸ ποικίλλω ἐξηγοῦνται. Hoc merito probans Mein. addidit οὖν metri gratia, cui succurrentes etiam nos inseruimus σὺ, quod facile perierit, et vocem λόγον ad sequentem versum retulimus ob productum νι in verbis πηνίκη et διαπηνικίζω. Grammaticus Bachmanni Anecd. Gr. 1, p. 342, mendose quidem, quum librarius, dictanti obtemperans ἰωτακίζοντι, vel potius, si fas est verbum fingere, ῥευχλινίζοντι, η et ι confunderet, ita tamen, ut quantitatem νι syllabæ agnoscas : Πηνήκη : περικεφαλαία τριχωτή, ἣ (perperam liber καὶ, quæ permisceri solent) περιθετὴ κόμη. ἔνθεν καὶ πηνηκίζειν τὸ ἀπατᾶν, etc. Cf. fragm. 51.

25.

Ibidem p. 402, 39, Ἐφετίνδα : ὄνομα παιδιᾶς, φενακικῶς (i. e. ἀπατητικῶς)· ὡς γὰρ Ἀριστοφάνης (Eq. 862) φησὶ τὸ ὀστρακίνδα, παρὰ τὸ ὄστρακον ἀναπλάσας, αἰνιττόμενος τὸν ἐξοστρακισμὸν, οὕτω Κρ. ἀνέπλασε τὸ « ἐφετίνδα » παρὰ τὰς ἐν τοῖς δικαστηρίοις γενομένας ἐφέσεις. παρὰ οὖν τὴν ἔφεσιν ἐφετίνδα (ludum pilæ), κατὰ τροπὴν τοῦ σ εἰς τ· καὶ γὰρ ἐφέτης λέγεται ὁ πέμπων τὴν ἔφεσιν. « Nisi hæc ad Cratetis Παιδιᾶς pertinent, quæ Hemsterhusii sententia est. » *M.*

26.

Ib. p. 491, 40, Καρίς : ὡς παρὰ Κρατίνῳ,

Ἔχων τὸ πρόσωπον καρίδος μασθλητίνης.

ἀντὶ τοῦ δερματίνης. « Eundem versum ex Eupolidis Δήμοις affert Athen. 3, p. 106, B, unde τὸ assumpsi. Fortasse memoriæ errore Cratinum nominavit Etymologus. » *E M.* Suspicor ὄλισθον dici.

27.

Ib. p. 512, 8, Κυρηβίων : καθαρματῶδές (legam καθαρμάτων) ἐστι τὸ ὄνομα· κυρήβια γὰρ κυρίως τὰ ἀποβράσματα τῶν κυάμων (purgamenta fabarum, vel farinæ). Κρ.

Δασὺν ἔχων τὸν πρωκτὸν, ἅτε κυρήβι' ἐσθίων.

Versus trochaicus μείουρος, voce ἀνὴρ, vel quadam simili, deficiente; nisi quis malit audaciore conjectura κυρήβι', ὥσθ' ὗς, ἐσθίων, siquidem sane potest, ut ὥσθ' ὗς forte exciderit ante similia ἐσθί—, præsertim in scriptura continua. Plautus Capt. 4, 2, 27 : *scrophipasci, furfuri qui* (præstat *quia*) *alunt sues.* « Vocem κυρ. illustravit Fœsius Œcon. Hippocr. p. 365. De sententia versus mihi non satis constat. Num furfurum esu capilli incrementa capere putabantur? Ridet, ni fallor, Eucratem Melitensem, quem κυρηβιοπώλην vocat Aristophanes fragm. 540, hominem toto corpore hirsutum. » *Mein.* Photius p. 256, Μελιτέα κάπρον : Ἀριστοφ. ἐν Γήρᾳ λέγει ἀντὶ τοῦ Εὐκράτη (minus recte libri Εὐκράτης), ἐπεὶ δασύς ἐστι (scribam ἦν τις : ineptum enim ἐστὶ, quasi adhuc vixisset)· καὶ γὰρ ἄρκτον αὐτὸν ἔλεγον.

28.

Ib. p. 718 init., Σκιρωθῆναι : φαμὲν ἐπὶ ῥύπου τοῦ σφόδρα ἐμμένοντος καὶ δυσεκπλύτου.... σκῖρον δὲ τὸν ἀηδῆ ῥύπον καὶ Κρ. λέγει. « Rectius scribitur σκῖρος, quod de sordibus caseo adhærentibus dixit Eupolis. Hesych. Σκεῖρος : ῥύπος, καὶ ὁ δριμὺς τυρός, etc. » *E M.*

23.

Ut mollis erat et tenera, o dii, cuticula! [curavit. tractavi enim eam; sed illa hoc ne minime quidem

24.

Hanc quidem tu callide exornasti orationem.

26.

Vultum habens squillæ coriaceæ.

27.

Hirsutum habens podicem, quippe furfura edens.

29.

Eustathius ad Hom. p. 1430, 24 : ὅτε δὲ μέγα φᾶρος εἴπῃ (Iliad. 8, 220), παρὰ παροιμίαν ποιεῖ τὴν λέγουσαν ἐπὶ χεῖρας φέρειν, ἤγουν ἔνδοξον εἶναι, ὡς ἐπὶ (sic lege; libri ἀπὸ) τῶν μεγάλα φασὶν ἱμάτια ἐχόντων, ὡς (malim ὥστε) μείζονα εἶναι τὴν ἐπιβολήν. Κρ.

Εὐπρόσωπος ἦσθ', ὀνόματος οὐδὲν ἐπὶ χεῖ-
ρας φέρων.

ἤγουν οὐ μέγα ἔχων ὄνομα, οὐδὲ φαινόμενος κατὰ τοὺς οὕτω μεγαλοειμονας ὡς καὶ ἐπὶ χειρῶν φέρειν τὰς ᾤας. Ὀνόματος οὐδὲν valet οὐδὲν ὄνομα, docente ipso Eustathio, nec ferendus Grotius Excerpt. p. 495, vertens,

Nomine es speciosus; atqui nihil est, quod manibus feras.

30.

Idem ib. p. 1446, 29 : ἡ ὡρίμη κριθή, ἡ καὶ ἀμφίκαυστις παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ, κωμικοὶ δὲ καὶ ἐπὶ γυναικείου μορίου φασί· Κρ. δὲ τὴν ὀσφὺν (probabiliter Mein. πόσθην : v. schol. Aristoph. Pac. 965) οὕτως ἔφη. Hesych. Καῦστις : ἡ ἔκφυσις τῶν σταχύων, πυροὶ ἁδρυνόμενοι, καὶ χόρτος. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἀμφίκαυστις, καὶ ἐπώνυμον Δήμητρος. Κρ. δὲ ἐπὶ τοῦ μορίου ἔταξεν αὐτό. Hinc κριθῶν, *homo libidinosus*, apud Hesychium h. v.

31.

Idem ib. p. 1479, 43 : ἀλέκτορος, καθὰ καὶ ἀλεκτρυόνος, καὶ παρ' ἄλλοις μὲν πολλοῖς χρῆσις, καὶ παρὰ Κρατίνῳ δέ φασιν ἐν τῷ

Κοκκύζειν τὸν ἀλεκτρυόν' οὐκ ἀνέχονται.

ἤγουν ᾄδειν, ὡς αὐτῷ ἔθος. Phrynichus Bekker. p. 21, 24 : ᾄδειν ἀλεκτρυόνος (vulgo ἀ—νας, quod minus placet) ἀττικῶς· τὸ δὲ κοκκύζειν κωμικοὶ λέγουσιν.

32.

Idem ib. p. 1484, 28 : αἰγυπτιάζειν τὸ πανουργεῖν καὶ κακοτροπεύεσθαι, ὡς ὁ κωμικός, φασί, Κρ. δηλοῖ.

33.

Idem ib. p. 1751, 47 : Ἀλκαῖος ... εἰδομαλίδην ἔφη σκωπτικῶς τινα διὰ τὸ καλλωπίζεσθαι τὰ μῆλα τῆς ὄψεως, ἐρευθόμενον δῆτα *κωμικώτερον· οὗπερ ἀνάπαλιν ἔχοι ἂν ὁ παρὰ τῷ Κρατίνῳ ἀρρενώπας, τὰ μὲν ἄλλα γύννις ὤν, ἔχων δέ τι ἀνδρόμορφον. Miror, editores patienter tulisse τὸ κωμικώτερον, quum sit ineptissimum et manifesto mendosum. Scribamus καὶ μιμικώτερον, *et lasciviorem*. Ovidius Trist. 2, 515 :

Scribere si fas est imitantes turpia mimos.

34.

Idem ib. p. 1669, 46 (cf. p. 777, 61, et 1761, 21) : τὸν μωρὸν οἴδαμεν σάνναν καλεῖσθαι, ὡς ἀπό τινος κυρίου ὀνόματος, καὶ παράγεται Κρ. κωμῳδῶν τοιοῦτον τὸν Θεοδοτίδην σάνναν. Photius p. 499, 21, Σάννᾶν : τὸν μωρόν. οὕτως Κρ.

35.

Idem ib. p. 1761, 28, ex Aristophane Byzantino : λέγει (significat) δὲ καὶ λαπίζειν παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ συρίζειν, καὶ βαυβᾶν τὸ κοιμᾶσθαι, οἷον

Ἡ δὲ προὐκαλεῖτό με
βαυβᾶν μετ' αὐτῆς.

ὅθεν, φησί, καὶ παρὰ Κρατίνῳ τὸ

Λόγος τις ὑπῆλθ' ἡμᾶς ἀμαθὴς συοβαύβαλος.

Sic recte Mein. pro συβαύβαλος. Hesych. Συοβαύβαλοι : συῶν αὐλιστήρια. Photius p. 557, 3, Συοβαύβαλοι : ἐν οἷς οἱ σύες εὐνάζονται. « Crat. λόγον συοβαύβαλον videtur dixisse carmen incultum, qualia subulcorum sunt, quibus sues demulcent et consopiunt. Συβωτικὰ μέλη dicit Pollux 4, 56. » *E M.* Restituamus versum heroicum ἀκέφαλον,

—Λόγος τις ὑπῆλθ' ἀμαθὴς συοβαύβαλος ἡμᾶς.

36.

Eustratius ad Aristot. Eth. Nicom. p. 65, B, de Margite, poemate : ἀλλὰ καὶ Ἀρχίλοχος, καὶ Κρ., καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγράμμασι μαρτυροῦσιν Ὁμήρου εἶναι τὸ ποίημα. » Probabiliter Archilocho Aristophanis nomen substituit Ruhnken. ad Velleium 1, 5, p. 20, allato Avium versu 910 cum scholio. » *E M.*

37.

Gramm. Bekker. Anecd. p. 337, 16, Ἅγιος : ὁ σεβάσμιος, καὶ ἅγιον τὸ σεβάσμιον καὶ τίμιον. λέγοιτο δ' ἂν καὶ ἅγιος ὁ μιαρός, ἀπὸ τοῦ ἄγους, ὡς Κρ. « Quo loco qui utitur, Ruhnken. ad Tim. p. 13, pro Κρατῖνος exhibet Κράτης. Eandem significationem adjectivi ἅγιος ex antiquis grammaticis affert Eustathius ad Iliad. p. 1356, 59 : οὕτω καὶ ἅγιος παρὰ τοῖς παλαιοῖς οὐ μόνον ὁ καθαρός, ἀλλὰ καὶ ὁ μιαρός, διὰ τὸ τοῦ ἄγους διπλόσημον, ἐξ οὗ καὶ

29.
Speciosus es, quamvis nihil habens nominis, quod [ostendas

31.
Canere gallum gallinaceum non patiuntur.

35.
Sermo quidam insulsus, velut subulcorum, nos pe-[netravit.

37.
Sacer.

ὁ ἐναγής, καὶ ὁ εὐαγής. Nimirum ἅγιον, ut Latinorum *sacrum*, dicitur quidquid animum admiratione percellit; hinc duplex significatio, qua et *venerabile* et *detestabile* denotat. Cf. Hanov. Exerc. 1, p. 11 seq. » *E M.* Ἄγος pro ἅγος proprie dixerint Iones.

38.

Idem ib. p. 339, 30, Ἀγροβόας ἀνήρ : ὁ ἀγροίκως φθεγγόμενος, καὶ οὐκ ἀστείως καὶ ἐμμελῶς. οὕτω Κρ. Eadem habet Phrynichus Bekkeri p. 17 init.

39

Idem ib. p. 346, 1, Ἀδώνιος : Φερεκράτης εἶπεν ἀντὶ τοῦ Ἀδώνιδος· λέγει δὲ τὴν αἰτιατικὴν τὸν Ἀδώνιον· οὕτω καὶ Πλάτων καὶ Κρ., ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνης, καὶ ἕτεροι. λέγουσι δὲ καὶ Ἄδωνιν αὐτὸν πολλάκις. « Formæ Ἀδώνιος pro Ἄδωνις nullum hodie exemplum superest, nisi forte apud Plut. Erot. p. 756, C, ubi Ἀδώνιοι pro Ἀδωναῖοι reponendum putavit Bergkius. Nescio tamen, an hoc tueatur Hesychius, dicens Ἀδοναῖοι : οἱ (hoc addidi. *Both.*) ὑπὸ τὸν ᾅδην. Ἀδωναῖος : Ποσειδῶν (fort. Πλούτων), καὶ βόλος, ἢ ὁ ὑπὸ τὸν ᾅδην. Spectant hæc ad græcanicas superstitiones, in quibus Adonidem pro deo infernali habitum et cum ῞Αδῃ sive Ἀϊδωνεῖ permixtum esse credas. Neque inepte compares hebraicum *Adonaï*. » *E M.*

40.

Idem ib. p. 354, 25, Ἀγείρου θέα καὶ ἡ παρ' αἴγειρον θέα : Ἀθήνησιν αἴγειρος ἦν, ἧς πλησίον τὰ ἴκρια ἐπήγνυντο εἰς τὴν θέαν πρὸ τοῦ θέατρον γενέσθαι (cf. fragm. 53). οὕτω Κρ. Et p. 419, 15, Αἰγείρου θέα καὶ παρ' αἴγειρον : ἡ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων. αἴγειρος γὰρ ἐπάνω ἦν τοῦ θεάτρου, ἀφ' ἧς οἱ μὴ ἔχοντες τόπον ἐθεώρουν. « Similiter Hesych., Phot., Etym. M., omissa tamen Cratini mentione : v. Bergkii Epist. ad Schillerum p. 122, et Welckeri Append. Trilog. p. 257. » *M.*

41.

Idem ib. p. 363, 2 : Κρ. δὲ αἱμυλόφρων εἶπε, καὶ αἱμυλοπλόκος ὁ αὐτός.

42.

Idem ib. p. 372, 10 : Ἄκουε, σίγα. Κρ.

Ἄκουε, σίγα, πρόσεχε τὸν νοῦν, δεῦρ' ὅρα!

Et p. 369, 15 : Ἄκουε, σίγα. Κρ. οἷον τόπον δίδου διὰ τῆς σιγῆς τῇ ἀκοῇ. Inepte hoc l. codex Ἀκ. : ἀντὶ τοῦ σίγα. Thesmoph. 382 : Σίγα, σιώπα, πρόσεχε τὸν νοῦν, quorum singula singulis dicuntur garrientibus : ne quis ταυτολογεῖν putet Aristophanem; et similiter apud Cratinum.

43.

Idem ib. p. 374, 19, Ἀλαζών : ὑπερήφανος, ψεύστης καὶ κομπαστής. οὕτω Κρ.

44.

Ibidem p. 404, 12, Ἄνθρωπος λυπησίλογος : σημαίνει δὲ ὁ λυπῶν διὰ τοῦ λέγειν τοὺς πέλας. Eadem Suidas.

45.

Ib. p. 406, 11, Ἄνοργοι : ἀντὶ τοῦ ἄνευ ὀργῆς. Κρ. Malim ἀντὶ τοῦ οἱ ἄνευ ὀργῆς. Eadem Suidas.

46.

Ib. p. 410, 31, Ἀνταναγνῶναι : οὐκ ἀντιβάλλειν (leg. ἀντιβαλεῖν). οὕτω Κρ. Phrynichus Præp. Soph. p. 27, 10, Ἀνταναγνῶναι : χρήσιμον, (οἷον) οὐκ ἀντιβαλεῖν, οὐδ' ἀντεξετάσαι. « Apertum est, hoc velle grammaticos, ἀνταναγνῶναι dicendum esse sensu *comparandi* vel *explorandi*. Cf. Phrynichi Ecl. p. 217, ibique Lobeck. » *M.*

47.

Ib. p. 415, 1, Ἀπαλλάξας : ἀντὶ τοῦ πείσας ἀποστῆναι. Κρ. καὶ Δημοσθένης καὶ ἄλλοι. Eadem Suidas et Zonaras.

48.

Ib. p. 428, 17, Ἀποκεῖσθαι πόρρω : ἀτιμάζεσθαι. οὕτω Κρ. Eadem Zonaras.

49.

Ib. p. 430, 3, * Ἀποχριπάμενος : ἀποσεισάμενος. οὕτω Κρ. Bergk. Commentt. p. 258 Ἀποχρινάμενος : ἀποσεισάμενος. Sed hoc alienum, aptum ac verisimile Ἀποκρουσάμενος : ἀποσεισάμενος.

50.

Ib. p. 433, 21, Ἀπορεῖν καὶ σφακελίζειν τῷ δεινῷ : τὸ μὲν σφακελίζειν φλεγμαίνειν ἐστὶ καὶ διὰ τοῦτο σπᾶσθαι. Κρ. Similiter Suidas. Pro δεινῷ Bergkius Commentt. p. 258 δίνῳ.

51.

Grammaticus Ms. apud G. Hermannum Dissert. de Æschyli Niobe p. 6 (Opusc. vol. 3, p. 40) : ἔοικε τὸ φεναχίζειν, καὶ ἡ φενάκη ἀπὸ τοῦ πηνικίζειν καὶ τῆς πηνίκης γίγνεσθαι,... καὶ δῆλον ὅτι οἱ παλαιότεροι κωμικοὶ πηνίκην καὶ πηνικίζειν ἔλεγον. Κρ. « Πονηροὺς ἀνθρώπους πηνικίζων ἐξαπατᾷ. » λέγεται δὲ πηνίκη ἡ ἐπίθετος κόμη. Liber hic quoque πηνηκίζειν, πηνήκης, πηνήκην, et in Cra-

42.

Audi, sile, animum adverte, huc specta!

tini versiculo πηνηκίζων, ubi, deleto glossemate ἐξαπατᾷ, dochmiacum restituere mihi videor scribendo

Πονηροὺς ἀνθρώπους πηνικίσων,

vel potius πηνικίσω. Servato πηνικίζων versus intolerabiliter propemodum meris longis decurreret. Suidas, Ἐπηνίκιζεν : ἐξηπάτα. οὕτως Κρ. cf. Zonar. p. 834 et fragm. 24.

52.

Harpocratio p. 4, 18 : εἶεν δ' ἂν οἱ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεγόμενοι ἀγυιεῖς οἱ πρὸ τῶν οἰκιῶν βωμοὶ, ὥς φασι Κρ. καὶ Μένανδρος.

53.

Hephæst. 15, p. 84, Archilochii versus asynarteti exemplum proponens,

Ἐρασμονίδη Χαρίλαε, χρῆμά τοι γελοῖον,

Τοῦτο δὲ, inquit, οἱ μετ' αὐτὸν οὐχ ὁμοίως αὐτῷ ἔγραψαν· οὗτος μὲν γὰρ (i. e. Archilochus) τῇ τε τομῇ δι' ὅλου κέχρηται τοῦ ἑφθημιμεροῦς, καὶ σπονδείους παρέλαβεν ἐν τῷ ἀναπαιστικῷ κώλῳ δύο, οἷον

Ἀστῶν δ' οἱ μὲν κατόπισθεν ἦσαν (ἦσαν Mein.), οἱ δὲ πολλοὶ,

οἱ δὲ μετ' αὐτὸν τῇ μὲν τομῇ διαφόρως ἐχρήσαντο, ὥσπερ Κρ.

Χαῖρ', ὦ μέγ' ἀχρειόγελως ὅμιλε ταῖς ἐπίβδαις,
τῆς ἡμετέρας σοφίας κριτὴς ἄριστε πάντων!
εὐδαίμον' ἔτικτέ σε μήτηρ ἰκρίων ψόφησιν·

ἐνταῦθα γὰρ ὁμοίως τὸ τρίτον τέτμηται τοῖς Ἀρχιλοχείοις, τὰ δὲ πρὸς αὐτὸ δύο πρὸ συλλαβῆς. Mendose libri ψόφησις, præter Flor., qui habet ψ-σιν. Ψόφησιν est accusativus causæ. Tertium horum versuum non dissimilem quidem τομὴν habere dicit Hephæstio, sed prope sive ante τὸ τέμνεσθαι posita esse duo præsyllaba, i. e. duas syllabas breves (- μον' ἔ-) potius quam unam longam, anapæstum pro spondeo, quem eo loco usurpabat Archilochus. — Similes Atheniensium laudes Bergk. Commentt. p. 10 attulit Platonis in Xantriis Hephæst. 15, p. 91 :

Χαῖρε, παλαιογόνων ἀνδρῶν θεατῶν σύλλογε παντοσόφων,

Aristophanis Ran. 675, Menandri Adelphis,

Θεός ἐστι τοῖς χρηστοῖς ἀεὶ
ὁ νοῦς ἄρ', ὡς ἔοικεν, ὦ σοφώτατοι,

denique illa Demosthenis Olynth. 3, p. 32 : καὶ γὰρ εἰπεῖν τὰ δέοντα παρ' ὑμῖν εἰσὶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δυνάμενοι, καὶ γνῶναι πάντων ὑμεῖς ὀξύτατοι τὰ ῥηθέντα. Versu 1 ἀχρειογέλως est *immodice ridens*, « *petulanti splene cachinno* », ut loquitur Persius 1, 12. Suidas Ἀχρειόγελως ἄνθρωπος : ἐπὶ τοῖς ἀχρήστοις καὶ μὴ σπουδαίοις γελῶν καὶ χαίρων. V. 2. notum, quid proprie sit ἡ Ἐπίβδα (v. Ruhnken ad Tim. p. 120); figurate etiam Pindarus Pyth. 4, 140, dixit τραχεῖαν Ἐπίβδαν, ut Mein. adnotavit. « Mihi Cr. ἐπίβδας (Ἐπίβδας) translato sensu dixisse videtur fabulam suam, quæ in dramatum commissione tertium locum sortita erat. » *E M.* V. 3 ἰκρίων ψόφησις est *theatri strepitus, spectacula*; cf. fragm. 40. Ex Archilochis petitum fragmentum putant Raspius et Bergkius.

54.

Hephæst. ib. p. 96, metrum Cratineum describens : ἔστι γὰρ ἐκ χοριαμβικοῦ ἐπιμίκτου, τοῦ τὴν δευτέραν ἰαμβικὴν ἔχοντος, καὶ τροχαϊκοῦ ἑφθημιμεροῦς,

« Εὔιε, κισσοχαῖτ' ἄναξ, χαῖρ'! » ἔφασκ' Ἐκφαντίδης.
Πάντα φορητὰ, πάντα τολμητὰ, τῷδε τῷ χορῷ.
Πλὴν Ξενίου νόμοισι καὶ Σχοινίωνος, ὦ Χάρον.

Cratini esse hos versus, non conjunctos perpetuitate sententiæ, nescio quo alio signo quam metri agnoscere sibi visi sint Sopingius ad Hesych. vol. 2, p. 1334, aliique. Ἐφ. Ἐκφ. Pauw. pro ἔφασκε Φαντίδης. De Ecphantide v. supra suo loco. — « Versu 2 Bergk. Commentt. p. 115, Chorum conqueri existimat, quod necessitate coactus sit quasvis fabulas agere, vel pessimas; versu 3 æquales Comicos perstringi apparet. Schœnionem Calliæ comici fuisse cognomentum, ex Suida docui Quæst. scen. 2, p. 49, auctore Gaisfordio ann. ad Suidam v. Καλλίας. Sed de Xenio vel Xenia anceps judicium est. Bergkius aut Aristophanem, aut Phrynichum, intelligendum putat, quorum utrique exprobrata fuit peregrinitas. De Charone nihil constat. Si versus ex Archilochis petitus esset, quod propter

---

51.
Pravos homines decipiam.

53.
Salve, immoderate ridens caterva Epibdis,
nostræ sapientiæ judex optime omnium!
Beatum te peperit mater spectaculorum strepitu.

54.
« Evie, hederis redimite rex, salve! » dicebat Ecphantides.
Omnia ferenda, omnia audenda, huic Choro.
Præterquam Xeniæ legibus et Schœnionis, o Charon.

usum metri Cratinei Bergk. suspicatus est, Charonem τέκτονα intelligerem, quocum inimicitias exercuit Archilochus, teste Aristotele Rhet. 3, 17. » *E M.*

55.

Herodianus Philet. p. 441 Piers. : Ἄρχει Ἀθηναίοις. καὶ ὁ Κρ. « Ἄρχων εἰμὶ νῦν Ἀθηναίοις ἐγώ. » ὅτι καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἡ ἀρχή. Malim Ἄρχειν Ἀθ., et in versu Cratini

Ἄρχων ἔτ' εἰμὶ νῦν Ἀθηναίοις ἐγώ,

quum ἔτ' ab εἰ simili haustum esse videatur. Piersonus Ἀ. γάρ εἰμι, etc. « An forte hæc scripta sunt ante legem de Archonte in scenam non introducendo? » *M.*

56.

Hesych. Ἀνεξικώμη : ἧς οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο ὅλη κώμη, παρὰ Κρατίνῳ, « h. e. secundum Bergk. Commentt. p. 255, mulier, quæ vel totius pagi impetum et convicia sustineat; cui similis γεγωνοκώμη, quæ pagum clamore implet. » *E M.* Cf. Schneider. Lex. h. v.

57.

Idem Ἄψω : προσεγγίσω, δήσω. Κρ. Ita Küster. pro ἀψῶ.

58.

Idem Βρέα : Κρ. μέμνηται τῆς εἰς Βρέαν ἀποικίας. ἔστι δὲ πόλις Θρᾴκης, εἰς ἣν Ἀθηναῖοι ἀποικίαν ἐξέπεμπον. Cf. Steph. Byz. p. 243, ubi scriptum Βρεά.

59.

Idem Διάλαος : οἱ μὲν ἐπιμύλιον δαίμονα· ἄλλοι δὲ παιδιᾶς εἶδος, ἐν ᾗ διαλέγουσι τὰς ψήφους. βούλεται δὲ λέγειν ὁ Κρ. τὸν ἔσχατον τῶν πόρνων. Fortasse legendum est, audacius ficto verbo, Διάλεος, *permolitus*, ab ἀλέω, ἀλήθω. Alii alia improbabiliora, quæ sciens prætereo.

60.

Idem Δυσβράκανον : δυσχερές. βράκανα γὰρ τὰ ἄγρια λάχανα· ἔστι δὲ * δύσπλυτα (codex δύσπλητα). λέγει οὖν ὁ Κρ. δυσκατανόητον, οἱονεὶ* δυσνόητον. Legam δύσλυτα (τῷ λύειν intellecto πέπτειν), δύσπεπτον. Zonaras Lex. Δυσβράκανος : δύσληπτος (immo δύσλυτος), δυσκατανόητος. Mitto aliorum similia, velut Ms. Etymologi M. p. 291, 47, δυσβάρκανος. Hesychius etiam Βρακεῖν (verbum obsoletum) : συνιέναι, et Βρακείς : συνείς. Bergkius δυσκάρβανος, *male barbarus.*

61.

Idem Δυσθαλής : δυσαυξής. Κρ. Alexander Myndius Athen. 8, p. 393, A, de ortygometra : ἔστι τὸ μέγεθος ἡλίκη τρυγὼν, σκέλη δὲ μακρὰ, δυσθαλὴς καὶ δειλή (ubi Cratini testimonium de ortygometra affertur). Haud vidi magis. Quid, quæso, commune habent τὸ δυσθαλὲς et τὸ δειλόν? Apertum est, librarios errasse in voce δυσθαλὴς, nec dubito quin Alexander ille dixerit δυσθαρσὴς, quod in δυσθαρὴς et δυσθαλὴς abierit.

62.

Idem Ἑλλόποδας : ἡ λέξις παρὰ Κρατίνῳ· γέγονε δὲ παρὰ τοὺς ἔλλους, καὶ λέγει κοινῶς τοὺς νεβροὺς, καὶ τοὺς στρουθοὺς ἢ νεοττοὺς ὄφεως, ἀπὸ τοῦ ἄλλεσθαι (?). Codex Ἐλλόπιδας sed recte Etym. M. p. 331, 35, Ἑλλόποδες καὶ ἔλλοί : οἱ στρουθοὶ καὶ οἱ νεβροὶ, ἀπὸ τοῦ ἄλλεσθαι. Monet Mein., citans Karsten. ann. ad Empedoclem p. 274.

63.

Idem Κόρσακις : τράγος, παρὰ Κρατίνῳ. Δίδυμος ἤκουεν ἀπὸ τῆς κόρσης. Κόρσαι γὰρ τῆς Κιλικίας. Salmasius Κορσάτης τράγος, « quod Didymus ad *barbam*, κόρσην, referebat; alii ad Corsas Ciliciæ oppidum. Post κόρσην enim excidisse videtur, ἄλλοι δὲ Κιλίκιος. De capris Ciliciis v. intt. Hesychii vol. 2, p. 258, 26. » *M.*

64.

Idem Κύβηλις : τινὲς τὴν τυροκνῆστιν (?) φασίν. ἔπαιξε δὲ Κρ. παρὰ τὸ (Iliad. 14, 291)

Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ * κύμινδιν.

Vere Lobeck. Aglaoph. p. 863, Cratinum κύβηλιν Homerico vocabulo κύμινδιν substituisse putat, quod adscriptum offecit illi. Χαλκίδα servavit vir doctissimus, quoniam χαλκὶς, pro ratione etymi, vas vel instrumentum æneum significare potest, ut χρυσὶς aureum, ἀργυρὶς argenteum.

65.

Idem Μασχάλην αἴρειν : κωθωνίζεσθαι καὶ πίνειν·

Ὡς ἄνω τὴν μασχάλην αἴρωμεν ἐμπεπωκότες.

ἐν τῷ μεθύειν αἴρειν ἄνω τὴν μασχάλην εἰώθεισαν, καὶ λέγειν μασχάλην αἴρειν ἀντὶ τοῦ κωθωνίζειν καὶ καταμωκᾶσθαι ταῖς χερσὶν, οἷόν ἐστι καὶ τὸ παρὰ Ὁμήρῳ (Odyss. 18, 99) χεῖρας ἀνασχόμενοι. Zenob. 5, 7, Μασχάλην αἴρειν : ἀντὶ τοῦ κωθωνίζε-

---

64.
Chalcida vocant dei, viri autem securim.

65.
Ut axillam erigamus appoti,

σθαι καὶ πίνειν. Κρ. Ὡς ἄνω τὴν μασχάλην αἴρειν, καταμωκωμένους ταῖς χερσίν. Facile animadvertas, ipsius Cratini verba significari illis καὶ καταμωκᾶσθαι ταῖς χερσὶν et Zenobianis καταμωκωμένους ταῖς χερσίν. Scribamus completo loco

Ὡς ἄνω τὴν μασχάλην αἴρωμεν ἐμπεπωκότες,
καὶ καταμωκώμεσθα χερσίν.

66.

Idem Σκυθικός : Κρ. Σκυθικὸν ἔφη τὸν Ἱππόνικον διὰ τὸ πυρρὸν εἶναι. καὶ ᾧ ξανθίζονται αἱ γυναῖκες καὶ βάπτουσι τὰ ἔρια. « Rubicundam Hipponici faciem risit etiam Eupolis Capris apud Hesychium v. Ἱερεὺς Διονύσου. De Scythico ligno v. schol. Theocriti 2, 88. » *M.*

67.

Idem Χορίλα Ἐκφαντίδες : Κρ. τὸν Ἐκφάντιδος οὕτως εἶπεν, αὐτὸν τὸν Χορίλλον. « Ita codex. Musurus Χοιρίλον Ἐκφάντιδος. Disseruit de hac glossa Næk. Chœrilo p. 54. Scribendum videtur Χοιριλεκφαντίδης : Κρ. τὸν Ἐκφαντίδην οὕτως εἶπε, διὰ τὸν Χοιρίλον. (Hæc probo præter extrema, quæ sic videntur habuisse —εἶπεν, ἅτε τὸν τοῦ Χοιρίλου, *quippe Chœrili*, h. e. Chœrilo servo emancipatum atque obtemperantem, ut a quo adjuvari credebatur in fabulis scribendis. *Both.*) Ad eandem hanc simultatem inter Cratinum et Ecphantidem spectare videtur glossa Hesychii Ἐκκεχοιριλωμένη· οὐ Χοιρίλου οὖσα, quæ verissime Nækius interpretatus est, comœdiam dici putans, in qua nihil Chœrileum esset. Ita scilicet suam ipse aliquam fabulam appellaverat Cr. Contra Ecphantidæ comœdia potuit appellari ἐγκεχοιριλωμένη (*chœrilata*, si fas est ita loqui. *Both.*), quod item servavit nobis Hesychius, Ἐγκεχοιριλωμένην : λεπράν. » *Mein.* Immo λυπρὰν, *miseram*, malam. Per metaphoram λυπρὰ inprimis terra vocatur minus fertilis, velut Odyss. 13, 243, et Herodoti libro 9 extremo; sed late patet hujus adjectivi et similium in aliis linguis usus, quum λεπρὸς raro inveniatur sensu figurato.

68.

Versu 1 cod. A τοι, ceteri τόδ'. Scribam τόγ'. Ibidem libri πάμπαλιν voce nihili; Casaub. et alii τἄμπαλιν. V. 2 « τοῖς ἐμοῖς, i. e. iis qui meas partes sequuntur. » *Mein.* Idem ad v. 3 annotavit, hujus nosocomei ad mare, in Piræeo, ut conjicias, nullam præterea mentionem fieri apud scriptores. V. 5 ἐρεῖ δὲ, ut fr. 1, 5, ὅταν καλῇ τι, intellecto τὶς pronomine. Deinde vulgo ἀνεχχέτει, codex A ἀνέχεται, Bergkius quod dedimus, Dindorf. et Mein. ἀνέχετε. V. 6 ἀλάβαστος Mss. pro vulgato ἀλάβαστρος, Attice ut σφόγγος v. 7, ubi perperam σπόγγος libri scripti atque editi. Notus, etiam ex Aristophane, spongiarum usus in balneis.

3.

Idem 3, p. 119, C, de vocabuli τάριχος genere masculino : Κρ. Θηρίοις·

— α. Καὶ τῶν ῥαφάνων ἕψειν χρὴ,...
ἰχθῦς τ' ὀπτᾶν, τούς τε ταρίχους, ἡμῶν δ'
ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθαι.
β. Οὐκ ἄρ' ἔτ' οὐδὲν κρέας, ὡς ὑμεῖς λέγετ',
οὐδ' ὁτιοῦν ἐδόμεσθα,
οὐδ' ἐξ ἀγορᾶς, οὐδὲ τάκωνας ποιησόμεθ',
οὐδ' ἀλλᾶντας.

Versus 1 in fine lacunam indicabat Meineck. Desinit Athen. in altero versu; sed sequentes conjungendos esse vidit Bergk. Commentt. p. 279, ex Polluce 6, 53 : ἔστι δὲ καὶ γαστρίδιον ἡδυσμένον, ὃ καὶ τάκωνας ἔνιοι κεκλῆσθαι οἴονται παρὰ Κράτητι τῷ κωμικῷ μόνῳ καὶ ἅπαξ εἰρηκότι ἐν Θηρίοις· « Οὐκ ἄρ' κτλ. οἱ δὲ οἴονται τοὺς τάκωνας ἐκ ταγήνου κρέας, ἢ στέατος τροχοὺς, σὺν ἁλσὶ καὶ ξηροῖς ἡδύσμασι κόπέντας. Hesych. Ταχῶνες (sic) : τροχίσκοι στέατος κεκομμένου μεθ' ἁλῶν καὶ ξηρῶν ἀρτυμάτων. Libri ἐστιν οὐδὲν et ὅτι ἐδ., quæ correxit Bergk.

4.

Harpocrat. p. 148, 24 : παρουσία ἀντὶ τοῦ περιουσία ἢ αἰτία (?) πλούτου, οὐσία.... Κρ. Θηρ.

Ἔχοντες εὐπαθῆ βίον,
παρουσίαν τε χρημάτων.

Similiter Crameri grammaticus Anecd. Ox. vol., p. 498, Mœris, Photius, Suidas; potest tamen etiam hoc l. Cratetis, et apud Comicum vel potius Euripidem Thesmoph. 987 (πάθος ἀμέγαρτον ἐπὶ κακῶν παρουσίᾳ), vox παρουσία intelligi *præsentia*,

---

« Non igitur te convertes et sale sparges, stolide? »

2.

Sed hoc vicissim considera! ego scilicet contrario [modo
calida ipsa balnea primum amicis meis ducam
super columnis, velut per nosocomeum
ad mare, ita ut cuique defluant
in labrum; ubi vero jussit, aqua sistitur.
Deinde alabaster cito veniet unguentarius
voluntate, et spongia, et soleæ

3.

— a Brassicam eos coquere oportet, [nere.
et pisces, ac salsamenta, nobis autem manus absti-
b. Igitur, prout vos dicitis, nos nullam amplius car-
[nem edemus qualemcunque,
ne ex foro quidem; neque ventriculos apparabimus,
[aut botulos.

4.

Fruentes delicata vita,
opumque abundantia.

ut Thucyd. 6, 86. Cicero *præsentiam animi* dixit Or. pro Milone 63. Cognatæ quoque potestatis est παρουσία, *res præsens*, ὁ καιρὸς, Soph. El. 1181, et alias.

IV. ΛΑΜΙΑ.

1.

Schol. Aristoph. Eccles. 77, τὸ τοῦ Λαμίου : ἀρσενικῶς δὲ Λαμίαν [εἶπεν ἔστι δὲ καὶ θηλυκῶς ἡ Λάμια supplet Mein.] ὑπὲρ ἧς ὁ Φερεκράτης λέγει ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι, ὅτι σκυτάλην ἔχουσ' ἐπέρδετο. « Scribendum Κράτης pro edito Φερεκράτης. Risisse videtur Aristophanes hoc Cratetis figmentum de *Lamia pedente* crassi *baculi causa* cum in Ecclesiazusis, tum Vesp. 1175. Ubi non dubito quin etiam illud de Cardopione ex Cratete derivatum sit. » *E M.*

2.

Athen. 10, p. 418, C : ὅτι δὲ καὶ πάντες Θετταλοὶ ὡς πολυφάγοι διεβάλλοντο, Κρ. φησὶν ἐν Λαμίᾳ,

Ἔπη τριπήχη Θετταλικῶς τετμημένα.

τοῦτο δ' εἶπεν, ὡς τῶν Θετταλῶν μεγάλα κρέα τεμνόντων. Casaub. Ἔπη pro ἐπεί. « Dicta hæc in hominem ampullis et sesquipedalibus verbis utentem. » *E M.*

3.

Pollux 9, 62 : οἱ μέντοι ὀκτὼ ὀβολοὶ ἡμίεκτον ὠνομάζοντο, ὥς φησιν ἐν Λαμίᾳ Κρ.

Ἡμίεκτόν ἐστι χρυσοῦ (μανθάνεις;) ὀκτὼ 'βολοί.

Libri μανθάνῃς, quod correxit Mein. Ego scribam ὀκτὼ ὀβολοί. Auro venalem esse ait heminam, vini, opinor, ridicule aurum vocans octo obolos. « De ἡμιέκτῳ v. Bœckh. Quæst. metrol. p. 135. » *M.*

4.

Schol. Platonis p. 382 Bekk., ὁ μῦθος ἀπώλετο : μέμνηται δὲ αὐτῆς (intell. τῆς παροιμίας) καὶ Κρατῖνος, καὶ Κρ. Λαμίᾳ.

[ΜΕΤΟΙΚΟΙ.]

Etym. M. p. 698, 10, Πωγωνιήτης : πώγων, πώγωνος, πωγωνίτης. λέγουσι δέ τινες ὅτι ἀπὸ τῶν εἰς ων ληγόντων οὐκ ἔχει γεγονέναι πωγωνία. Κρ. γοῦν (δ' οὖν recte Mein.) ἐν Μετοίκοις λειποπωγωνία ἔφη. δύναται οὖν, ὥσπερ οἰκία οἰκιάτης, οὕτω πωγωνιάτης γενέσθαι. Recte Sylburg. scribi jussit λιποπωγωνία, siquidem hæc vox vitæ communis, neque altioris spiritus, haud dubie locum habuit in senario, quem intrare nequit λειποπωγωνία. Ceterum comœdia sic inscripta tribuitur Pherecrati et Platoni apud Andronicum Bekkeri Anecd. Gr. p. 1461, Apollonium De pron. p. 404, B, Pollucem, Eudociam, Suidam : ut ab altera parte stet solum Etymologi testimonium.

V. ΠΑΙΔΙΑΙ.

1.

Gramm. Bekkeri Anecd. p. 379, 31, Ἄλλο ἕτερον : ἐκ παραλλήλου λέγουσι.... Κρ. Παιδιαῖς·

Τοῖς δὲ τραγῳδοῖς ἕτερος σεμνὸς πᾶσιν λόγος ἄλλος ὅδ' ἐστιν.

Similiter Suidas, sed in fine versus ἄλλος δ' ἐστίν.

2.

Pollux 9, 114 : ἡ δὲ κυνητίνδα ἀπὸ τοῦ κυνεῖν, ὅ ἐστι καταφιλεῖν, ὠνόμασται, ἧπερ ὑποδηλοῦν ἔοικε Κρ. ἐν Π. σχεδὸν δὲ καὶ περὶ τῶν πλείστων ὁ ποιητὴς εἴρηκεν οὗτος ἐν τῷδε δράματι. φησὶ δ' οὖν

— Παίζειν δ' ἀνδρικοῖσιν ἐν χοροῖς
τὴν κυνητίνδ'· ὥσπερ εἰκός, τοὺς καλοὺς φιλοῦσι δή.

Libri depravatis numeris Παίζειν δ' ἐν ἀνδρικοῖς χοροῖσι τὴν κυνητίνδαν... φιλοῦσα δέ. Κυνητίνδα restituit Mein., auctore Lobeckio Paralip. p. 155; deinde scripsit φιλοῦσ' ἀεί, sed aptius sententiæ est δή, *scilicet*, sive serio dictum, sive ironice : plerosque enim ille homines (τοὺς πλείστους, vulgum hominum,) ait amare pulcros. Idem Mein. in dimetros hæc descripsit ita :

Παίζειν δ' ἐν ἀνδρικοῖς χοροῖσι
τὴν κυνητίνδ', ὥσπερ εἰκός,
τοὺς καλοὺς φιλοῦσ' ἀεί.

3.

Athen. 11, p. 478, F : μνημονεύει δ' αὐτοῦ (τοῦ κοτύλου, poculi,) Κρ. ἐν Π., καὶ Ἕρμιππος ἐν Θεοῖς.

LAMIA.

2.

Verba tricubitalia, Thessalice secata.

3.

Hemina venditur auro, (intelligisne?) octo obolis.

4.

Oratio perdita est.

LUDI.

1.

Tragœdorum autem alia omnium diversa oratio est [magnifica.

2.

— Et ludere in choris virilibus
κυνητίνδα : ut decet, pulcros amant scilicet.

VI. ΡΗΤΟΡΕΣ.

Athen. 9, p. 369, C : Κηφισιακῶν δὲ γογγυλίδων μνημονεύει Κρ. ἐν Ῥήτορσιν οὕτως·

Κηφισιακαῖς ὅμοια γογγυλίσιν πάνυ.

Libri metro turbato ὡς κηφισιακαῖσι γογγυλίσιν ὅμοια πάνυ. « Cephisia, a qua γογγυλίδες illæ denominatæ sunt, Atticus fuit demus, de quo Meursius Popp. Att. p. 52. Alias Mantineenses γογγυλίδες laudabantur, teste Polluce 6, 63. » *E M.*

VII. ΣΑΜΙΟΙ.

1.

Athen. 3, p. 117, B : παρέλιπεν ὁ τένθης Ἀρχέστρατος συγκαταλέξαι ἡμῖν καὶ τὸ παρὰ Κράτητι τῷ κωμῳδιοποιῷ ἐν Σαμίοις λεγόμενον ἐλεφάντινον τάριχος, περὶ οὗ φησι,

Σκυτίνῃ ποτ' ἐν χύτρᾳ τάριχος ἐλεφάντινον
ἧψε ποντιὰς χελώνη πευκίνοισι κύμασιν,
καρκίνοι ποδάνεμοί τε καὶ τανύπτεροι λύκοι
* υσοριμαχεῖν ἄνδρες οὐρανοῦ καττύματα.
« Παῖ' ἐκεῖνον! — Ἄγχ' ἐκεῖνον! » ἐν Κέῳ
τίς ἡμέρα;

Versus 1 similes numeros Meinekius monstravit in Aristoph. Lysistr. 1014 seqq. V. 2 ποντία cod. unus. V. 3 unus ποδήνεμοι, « forsan rectius. Pro τε fortasse scribendum δέ. » *Mein.* V. 4 scribendum arbitror

ὑστερομάχουν ἄνδρες ἀνδρῶν οὐράνια καττύματα,

miris machinis apparatibusque. Nimirum describitur velut pugna epularis, agmen ducentibus salsamento elephantino, i. e. ingente, et testudine marina, a tergo vero fortiter dimicantibus, cancris celeribus et lupis alatis, palati insidiis. Cum verbis τανύπτεροι λύκοι confer Diogenian. 6, 4, λύκου πτερά : ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. πῶς γὰρ ἂν πτηνὸς γένοιτο λύκος; Versu 5 fine codd. ἐγκαιῶτις, quod correxit Porsonus, usus Hesychio : Ἐν Κέῳ τίς ἡμέρα; ἐπὶ τῶν οὐκ εὐγνώστων· οὐδεὶς γὰρ οἶδεν ἐν Κέῳ, τίς ἡ ἡμέρα, ὅτι οὐχ ἑστᾶσιν αἱ ἡμέραι, ἀλλ' ὡς ἕκαστοι θέλουσιν, ἄγουσιν. Similia traduntur in Proverb. Bodl. 365. « Fuit igitur hæc proverbialis dictio de rebus ad intelligendum difficilibus. » *Mein.* Hic quidem proverbium illud pertinet ad confusum clamorem pugnantium. Hæc, quæ griphi speciem habere videbantur Casaubono, Schweighæusero autem arte referre quod nos vocamus *galimatias*, Aristophanes risit in alteris Thesm., fragm. 19, quod vide.

2.

Zenobius Proverb. 4, 41,

Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε :

ταύτης μέμνηται Κρ. ὁ κωμικὸς Σαμίοις· τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν διὰ γῆρας ῥαστώνης δεομένων καὶ ἀναπαύλης. εἴρηται δὲ ἀπὸ στρατιωτικῶν ἵππων, οἷς γηράσκουσιν ἐπέβαλλον τὸ καλούμενον τρυσίππιον· ἔστι δὲ τοῦτο σιδηροῦς τροχίσκος,... ὃν ἐκπυροῦντες ἐπέβαλλον ταῖς σιαγόσι τῶν ἵππων. « Idem proverbium præter Suidam habent Prov. Bodl. 508, et Diogen. 5, 27. Qui latine expressit, Grotius Excerpt. p. 508 :

Fessæ ætatis equum spatiis brevioribus urge,

κύκλα videtur intellexisse curriculi spatia. » *E M.*

3.

Pollux 7, 63 : Ξενοφῶν ἔφη (Cyrop. 8, 3, 13) κάνδυν ὁλοπόρφυρον, Κρ. δ' ἐν Σαμίοις περιπόρφυρα ἱμάτια. Ita codd. pro vulgatis περιπορφύρων ἱματίων.

5.

Scholiastes ad Hippocr. Epidem. 5, editus a Darembergio *Notices et Extraits des Manuscrits médicaux*, etc., parte 1, p. 215, de κοχώναις loquens : Καὶ Κράτης ἐν Σαλαμινίοις (sic) φησίν· « Ἔπαιξαν γυναῖκες ἅτ' ὀρχηστρίδες καλαί, ἐπὶ κοχωνῶν τὰς τρίχας καθειμέναι. In quibus ob numeros καλαί locum habere non potest post ὀρχηστρίδες. Quare Dübnerus in margine positum fuisse existimans tanquam correctionem syllabarum $\overset{\mu}{\text{γυναιχες}}$ ατ' scribendum conjecit :

Ἔπαιξαν [οὖν?] γυμναὶ καλαί τ' ὀρχηστρίδες
ἐπὶ τῶν κοχωνῶν τὰς τρίχας καθειμέναι.

ORATORES.

Prorsus similiter Cephisiacis rapis.

SAMII.

1.

In urceo olim coriaceo salsamentum elephantinum
coxit marina testudo piceis fluctibus;
cancri et pedibus celeres alatique lupi
...... viri cœli suppactum solum.
« Percute istum! — Ange istum! » — In Ceo quis
[dies?

2.

Equo senescenti minores circulos impone.

3.

Vestes purpureis fimbriis.

5.

Ludebant nudæ pulchræque saltatrices,
ad lumbos usque crines demissæ.

VIII. ΤΟΛΜΑΙ.

1.

Athen. 6, p. 247, C : μνημονεύει δὲ τοῦ μὲν ἐπισίτου Κρ. Τόλμαις·

Ποιμαίνει δ' ἐπίσιτον
ῥιγῶν δ' ἐν Μεγαβύζου
δέξεταί γ' ἐπὶ μισθῷ
σῖτον.

Libri ἐπισίτιον (quod abhorret ab ipso metro) ῥ. δ' ἐν μετὰ βύξου, δέξετ' ἐπὶ μ. σ. Casaub. ἐπίσιτον et Μεγαβύζου. Porsonus ῥιγῶντ' ἐν Μ., δέξεταί τ' ἐπὶ μ., sed non necessarium ῥιγῶντα. Ποιμαίνει, intelligendus Megabyzus, qui pascere, i. e. alere, dicitur aliquem miserum misere, quamvis opulentus et divitiarum ostentator, de quo Casaub. hoc l., Hemsterh. ad Lucian. 1, p. 385, Mein. ad Menandri fr. p. 48. Cogitabam de ποιμαίνει δ' ἀπόσιτον, ne sit ταυτόλογον verbis sequentibus.

2.

Pollux 9, 53 : τὸ δὲ ἐν ταῖς Κράτητος Τόλμαις

Πρῶτα μέν, ταλαντιαῖος ὅστις ἔστ' αὐτῶν, λέγε·

ἄδηλον, εἴτε τιμὴν (hoc verisimilius), εἴτε ῥοπὴν λέγει.

3.

Idem 10, 54 : παρὰ δὲ Κράτητι ἐν ταῖς Τόλμαις (sic codex pro vulg. Ἑορταῖς) καὶ ἀστραγαλωτή τις μάστιξ ὠνόμασται.

4.

Idem 7, 92 : τὰ δὲ πέλυντρα, εἶδος ὑποδήματος, ὥσπερ καὶ τὰ ποδεῖα, ταὐτὸν ἦν ταῖς ἀναξυρίσιν, ἃς σκελέας τινὲς ὀνομάζουσι. Κρ. δ' ἐν Ἑορταῖς ἔφη « καὶ δὴ ποδεῖα τριμίτινα. » « Scribendum videri Τόλμαις, indicavi Hist. crit. Com. p. 62. Libri πόδεια, cujus accentum correxi ex præcepto Theognosti apud Cramerum Anecd. 2, p. 128. De vestimentis trilicibus Schneider. indice Scriptt. R. R. p. 372. » *E M.*

5.

Athen. 14, p. 619, A : καὶ τῶν μισθωτῶν δέ τις ἦν ᾠδή, καὶ βαλανέων ἄλλαι, ὡς Κρ. ἐν Τ. Libri βαλανείων, quod emendavit Schweigh.

6.

Photius p. 337, 10, Ὄνος ἐν μελίτταις : Κρ. Τ., καὶ (malim ὡς) Ὄνος ἐν μύρῳ. παροιμία. Similiter Suidas.

7.

Antiatticista p. 93, 16 : ἐξ ὅτου, ἀντὶ τοῦ ἐξ οὗ, ἦλθον. Κρ. Τ.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Stobæus Floril. 115, 9, adscripto lemmate Κράτητος ἐξ (immo ἢ, ut recte Mein.) Ἀντιφάνους.

Ὠνείδισάς μοι γῆρας ὡς κακὸν μέγα,
οὗ μὴ τυχόντι θάνατός ἐσθ' ἡ ζημία·
οὗ πάντες ἐπιθυμοῦμεν, ἂν δ' ἔλθῃ ποτέ,
ἀνιώμεθ'· οὕτως ἐσμὲν ἀχάριστοι φύσει.

Versu 1 pro μοι cod. Voss. τό. V. 2 librorum ᾧ μὴ τ. correxit Gesner. 3. « Si Cratetis, non Antiphanis, fragmentum est, scribendum ἦν pro ἄν. » *Mein.* Qui recte animadvertit Antiphanis potius esse quam Cratetis, in alteraque editione hinc prorsus ablegavit.

2.

Idem 116, 31.

Ὁ γὰρ χρόνος μ' ἔκαμψε, τέκτων οὐ σοφός,
ἅπαντα δ' ἐργαζόμενος ἀσθενέστερα.

V. 1 cod. Voss. et margo Gesneri τέκτων μὲν σοφός, quod Grotius secutus :

Me tempus incurvavit, egregius faber,
Sed imbecilliora reddit omnia.

Nimirum hæc est emendatio alicujus, qui nollet tempus appellari fabrum insipientem. Nec tamen inepta est plurimorum codicum scriptura, quam sic vertas :

Nam tempus me curvavit, haud sapiens quidem
Faber, sed imbecilla faciens omnia.

AUDACIÆ.

1.

Pascitque parasitum,
rigens autem ille apud Megabyzum
pro mercede cibum accipiet.

2.

Primum quidem dic, quis eorum talentum possideat.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Vituperavisti mihi senectutem, velut grande malum,
quam tamen non consecutum mors punit;
quam omnes cupimus, cum autem advenit,
fastidimus : tam ingrati sumus natura.

3.

Athen. 2, p. 50, et de μιμαικύλοις disserens : Κρ.

Πάνυ γάρ ἐστιν ὡρικώτατα
τὰ τιτθί', ὥσπερ μῆλον ἢ μιμαίκυλα.

Ὡρικώτατα Dindorf. ex B codice pro ὡρικωτάτη, quod tenet Eustath. ad Odyss. p. 1633, 58. Πάνυ superlativo junctum nihil offensionis habet, præsertim apud Comicum liberiorem sermone. Meinekius nuper πάνυ γάρ ἐστιν ὡρική, τά τε (vel δὲ) τιτθί' etc.

4.

Pollux 4, 183 : καὶ μὴν καὶ σικύα ἕν τι τῶν ἐργαλείων (scil. τῶν ἰατρικῶν), ὡς Κρ. ὁ κωμικὸς

Ἀλλὰ σικύαν ποτιβαλῶ σοι, κἂν σὺ τλῇς, ἀποσχάσω.

Libri ποτιβάλλω, quod κακόμετρον emendavit Mein. Iidem fœdiore corruptela κανατ αλῆς pro κἂν σὺ τλῇς, quod ponendum esse intelleximus. Meinekius dorice ποτιβαλῶ τοι, καὶ τὺ λῇς, *si volueris*, hæc annotans : « Ἀποσχάζειν proprie est venam secare : v. Foesii OEcon. Hipp. p. 85, Lobeck. ad Phryn. p. 219. Medicos dorice loquentes [scilicet plurimos Crotoniatas, vel eorum discipulos. Herodotus 3, 131, secundum Florent. : ἀπὸ τούτου τοῦ ἀνδρὸς (Democedem dicit) οὐχ ἥκιστα Κροτωνιῆται ἰητροὶ ἐλέγοντο ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα εἶναι, δεύτεροι δὲ Κυρηναῖοι. *Both.*] etiam alii poetæ comici induxerunt, velut Epicrates Athen. 2, p. 59, F. »

5.

Athen. 2, p. 47, E : ἀναγκόσιτον (εἴρηκε) Κρ. (τὸν) ἀναγκοφάγον, ut athletæ ex regula.

6.

Lexicon Bekk. An. p. 343, 10 : ἀδικότροπος ἐρεῖς καὶ ἀδικοχρήματος, ὡς Κρ. Alius grammaticus ibidem p. 210, 19, ἀδικοχρημάτους : τοὺς κακοπράγμονας. οἱ δὲ τοὺς ἐξ ἀδίκων πλουτοῦντας.

7.

Etym. M. p. 299, 30 : σημειοῦνται παρὰ Κράτητι τὸ ἐθελόσυχνος, ἀπὸ τοῦ ἐθέλω (καὶ συχνός). σημαίνει δὲ τὸν θέλοντα συχνάζειν.

8.

Ibid. p. 578 extrema : μεμνέῳτο... προπαροξύνεται καὶ σὺν τῷ ι γράφεται. ἀπὸ τοῦ μεμνέοιτο, αὐξήσει τοῦ ο εἰς ω, μεμνέῳτο. Ξενοφῶν δὲ (Cyrop. 1, 6, 3) μεμνῷτο ἄνευ τοῦ ε, Κρ. δὲ μεμνοῖτο. V. Buttmann. Gramm. Gr. 1, p. 429.

9.

Suidas, Ἀνεβίω : ἀνέζησε. καὶ ἀνεβιωσάμην, ἀντὶ τοῦ ἀναβιῶναι ἐποίησα, Κράτης. Eadem Lex. Bekkeri An. p. 395, 20, cum incerto Κρατ....

10.

Idem, Ἀψάλακτος : ἀπαθής, ἀτιμώρητος· ἀψάλακτον γὰρ τὸ ἄθικτον. οὕτω Κρ. Et Διαψαλάττεσθαι : τὸ διαστέλλεσθαι εἰς ἔρευναν· τὸ γὰρ ἀψάλακτον ἄθικτον. οὕτω Κρ. Ibi quum cod. A pro Κράτης habeat Κρ. superscripto αι, Bernhardius suo periculo edidit Κρατῖνος. Vulgatum tenet Zonaras p. 536.

11.

Idem, Διαβάλλειν : τὸ ἐξαπατᾶν καὶ παραλογίζεσθαι. Θουκυδ. α' (?), καὶ Κρ. Ionibus hunc usum tribuit schol. Ar. Thesmoph. 1214.

12.

Pollux 6, 161 : ἡμίλουτοι δὲ Κρατῖνος εἴρηκε, καὶ Φιλύλλιος ἡμίπλεκτον, καὶ Κράτης ἡμιμάσητοι.

13.

Idem 8, 26 : Κρ. παλίνδικον, τὸν πολλάκις δικαζόμενον.

14.

Photius p. 486, 17, Ῥῆσις · τὸ ψήφισμα. οὕτω Κράτης. Fortasse grammaticum Cratetem dici putat Meinek., ut est intelligendus apud Hesychium v. Ἡμεροῦν, et Suidam v. Σαρπηδονία ἀκτή.

15.

Schol. Germanici Arat. p. 36 ed. Buhl. : *Non solus autem ita cœpisse videtur Aratus, sed et Crates Comicus, a Vesta incipiens profari carmina, et Sophron in mimo, qui et Nuntius inscribitur* [*a Vesta incipiens*] : « *Omnes invoco deos, Jovem autem maxime.* » Verba *Omnes . . maxime*

3.

— Tempestivissimæ enim sunt
papillæ, velut mala et arbuta.

4.

Sed cucurbitam tibi applicabo, et, si pateris, venam [secabo.

5.

Jussu edere coactum.

7.

Libenter frequentans.

9.

Vivificavi.

10.

Non attingendus.

12.

Dimidium manducatum.

13.

Identidem judicatum.

accesserint ex Ms. Dietziano : quibus verbis quum non a Vesta, sed ab Jove, initium fiat, recte Meinek. ista, quæ antecedunt, temere repetita ex superioribus, *a Vesta incipiens*, expungi jussit. Schol. Ven. ad Aristoph. Vesp. 842 : ἔστι δὲ παροιμία Ἀφ' Ἑστίας ἄρχου, μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν περὶ τὰ ἱερὰ καθημένων· τῇ γὰρ Ἑστίᾳ τὰς ἀπαρχὰς ἔθος ἦν ποιεῖσθαι· καὶ Σοφοκλῆς ἐν Χρύσῃ·

Ὦ πρῴρα λοιβῆς Ἑστία, κλύεις τάδε;

16.

« Ἀχράδων πρόσφερε » Cratetis verba leguntur in loco grammatici, de conjectura restituto ad Eupolidis fr. 8 Astrateutorum. Dubium aliud habes in Antiphanis fragm. incerto 68.

VIII.

PHERECRATES.

Pherecrates Atheniensis præstantissimis antiquæ comœdiæ poetis accensetur ab Anonymo De comœdia p. XIV. Qui plura p. XV : Φερεκράτης, Ἀθηναῖος, νικᾷ ἐπὶ θεάτρου, γενόμενος δὲ ὑπόπικρος (sic correxit Dindorfius quod legebatur, γινόμενος, ὁ δὲ ὑποκριτής) ἐζήλωκε Κράτητα, καὶ αὖ τοῦ μὲν λοιδορεῖν ἀπέστη, πράγματα δὲ εἰσηγούμενος καινὰ ηὐδοκίμει, γενόμενος εὑρετικὸς μύθων. Unde apparet festivum et hilaritatis plenum jocandi genus secutum esse Pherecratem imitatione Cratetis, et argumenta continua invenisse. Neque tamen eum a singulorum hominum cavillationibus abstinuisse fragmenta docent. In prioribus verbis Anonymi incommodum istud ἐπὶ θεάτρου recte correxisse videtur Dobræus, νικᾷ ἐπὶ Θεοδώρου, archonte anni 3 olympiadis LXXV (a. Chr. 438). A Phrynicho sophista ap. Steph. Byz. p. 43 aliisque vocatur poeta ἀττικώτατος, suntque in fragmentis et ingenii et elegantiæ specimina plurima. Nihilominus insolita quædam et a priorum in dicendo severitate recedentia docte notavit Meinekius Hist. crit Com. p. 67 seq. De metro *Pherecrateo*, quod se primum invenisse gloriatur in fragm. 5 Κοριαννοῦς, disputavit Hermann. Doctr. metr. p. 434. Fabulas eum docuisse *octodecim* auctor est Anonymus; sedecim modo numerant Suidas et Eudocia. De nonnullis infra videbimus incertos hæsisse veteres criticos ad quem poetam essent referendæ. Quæstionem de singulis qui memorantur titulis suo more, id est docte et sagaciter, instituit Meinekius l. c. p. 69-86, ad quem te remittimus. Nos cuique fabulæ quod certum et exploratum videtur adscribemus.

I. ΑΓΑΘΟΙ, Η ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΑΦΑΝΙΣΜΟΣ.

1.

Athen. 10, p. 415, C, voraces quosdam homines commemorans : τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ παρὰ Φερεκράτει ἢ Στράττιδι ἐν Ἀγαθοῖς, περὶ οὗ φησιν

α. Ἐγὼ κατεσθίω μόλις τῆς ἡμέρας
πένθ' * ἡμιμέδιμν', ἐὰν βιάζωμαι. β. Μόλις;
ὡς ὀλιγόσιτος ἦσθ' ἄρ', ὃς κατεσθίεις
τῆς ἡμέρας μακρᾶς τριήρους σιτία.

Duos postremos versus ponit idem 6, p. 248, C, ὀλιγοσίτου δὲ μέμνηται Φρύνιχος ἐν Μονοτρόπῳ... καὶ Φ. ἢ Στράττις ἐν Ἀγ. « Ὡς ὀλιγ. κτλ. » Versu 1 melioribus numeris legas ἐγὼ μόλις κατεσθίω. Versus 2 non est modulatior, neque usitatum ἡμιμέδιμνον. Quare poetam dixisse arbitror πένθ' ἡμιμεδίμνι', ἂν etc., ridicule usurpato deminutivo, quasi parva visa hac mensura homini voraci. V. 3 ἦσθα dictum aoristice, ut sæpius imperfectum. Exaggeratio comica non fugit Bœckhium OEcon. Att. 1, p. 309. Bergkius quoque Commentt. p. 286 curiose hæc ad calculum revocanda esse negat, siquidem, quum triremi plerumque ducenti impositi fuerint remiges, qui chœnicem cibi accipiebant in diem, longæ navis cibaria quotidiana 4 medimnos cum sextario effecerint. Idem vir doctissimus ib. p. 286, Pherecratem, sive quemcunque alium, in hac comœdia quasi aureum quoddam sæculum reversum finxisse putat, quum argentum evanuisset, cujus illecebris non corruptos, ut postea, homines innocentes otiosam et beatam vitam egisse. Hujus simile argumentum fuit Cratetis in Θηρίοις, quem æmulatus esse dicitur Pherecrates. Anonymus De comœdia : Φερεκράτης... ἐζήλωκε Κράτητα, καὶ αὖ τοῦ μὲν λοιδορεῖν ἀπέστη, πράγματα δὲ εἰσηγούμενος καινὰ ηὐδοκίμει γενόμενος εὑρετικὸς μύθων. A Bergkio dissentiens Meinek. Hist. crit. Com. gr. p. 225, sic fere : « Ἀγαθοὶ laudantur Athenæo, 6, p. 248, C, et 15, p. 685, C, sed ita, ut dubitatum fuisse appareat, utrumne Pherecrates an Strattis fabulæ auctor habendus esset. Apud Suidam et Eudociam plenus titulus sic habet : Ἀγαθοὶ ἤτοι Ἀργυρίου ἀφα-

BONI sive ARGENTI FUGA.

I.

a. Ego vix edo per diem
quinque medimnos dimidios, si cogor. b. Vixne?
igitur parvi tu cibi homo es, qui comedas
per diem longæ navis cibaria.

νισμὸς, quod unde ductum sit non reperio. Hoc unum scio, Ἀργυρίου ἀφανισμὸν incerti auctoris esse fabulam, cujus alii Antiphanem, alii Epigenem, alii denique Philippidem, auctorem perhibebant. Igitur si deleas importunam particulam (ἤτοι, quod pro simplici ἢ dictum miratur immerito. *Both.*), duas habemus fabulas inscriptas Ἀγαθοὶ et Ἀργυρίου ἀφανισμὸς, quarum alteram fortasse fuerunt qui Strattidi attribuerent. » At sane potest, ut aliarum comœdiarum simplex argumentum fuerit ἀφανισμὸς ἀργυρίου, Pherecratei autem dramatis velut duplex, quale divinavit Bergkius. Adde dicenda ad Philippidis Ἀφανισμὸν ἀργυρίου.

2.

Idem 15, p. 658, B, de usu coronarum : Κἀν τοῖς ἐπιγραφομένοις δὲ Ἀγαθοῖς Φ. ἢ Στράττις φησὶ

Λουσάμενοι δὲ πρὸ λαμπρᾶς ἡμέρας,
ἐν τοῖς στεφανώμασιν, οἱ δ' ἐν τῷ μύρῳ,
λαλεῖτε περὶ σισυμβρίων κοσμοσανδάλων τε.

Versus asynarteti, quorum 1. constat ex dactylo et dochmio, 2. ex anapæsto dim. brach. et dochmio, 3. est euripideus, de quo Hephæstio p. 94. Meinek. ἡμέρας alteri versui admetitur, de sententia addens : « Reprehenduntur Athenienses otio et deliciis diffluentes. Ἐν τοῖς στεφ., *in ea parte fori, ubi flores et coronæ venibant;* ἐν τῷ μύρῳ, *in tabernis unguentariis.* Cf. Aristoph. Eccles. 303, et Eq. 1371. Polyzelus ap. schol. Plut. 550 :

Ἐν τῷ μύρῳ παρ' Ἀθηναίων μακαρίζεται· »

V. 3 λαλεῖτε Dobr. pro λαλεῖται.

3.

Pollux 7, 198 : ἰσχαδοπῶλαι δὲ Φ. ἐν τοῖς Ἀγαθοῖς, καὶ ἰσχαδωνῶν ἔφη.

4.

Idem 10, 47 : δίφροι ὀκλαδίαι, δίφροι διωχεῖς ἐν Φερεκράτους Ἀγ. εἰρημένοι, οἱονεὶ οἱ δύο ὀχοῦντες.

II. ΑΓΡΙΟΙ.

Quod argumentum hujus comœdiæ attinet, probabiliter Heindorf. ad Platonis Protagoram p. 529, rem ita institutam fuisse a poeta existimat, ut chorum facerent homines non suæ tantummodo reipublicæ, sed omnium omnino hominum osores, qui quum inter feros immanesque homines recessissent, mox resipiscentes illam, unde abierant, societatem vitamque civilem requirerent. (Sic enim Plato l. l. : Οὕτως οἴου καὶ νῦν, ὅστις σοι ἀδικώτατος φαίνεται τῶν ἐν νόμοις καὶ ἀνθρώποις τεθραμμένων, δίκαιον αὐτὸν εἶναι,.... εἰ δέοι αὐτὸν κρίνεσθαι πρὸς ἀνθρώπους οἷς μήτε παιδεία ἐστὶ, μήτε δικαστήρια, μήτε νόμοι, μηδὲ ἀνάγκη μηδεμία διὰ παντὸς ἀναγκάζουσα ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, ἀλλ' εἶεν ἄγριοί τινες, ὥσπερ οὓς πέρυσι Φ. ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ. ἢ σφόδρα ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις γενόμενος, ὥσπερ οἱ ἐν ἐκείνῳ τῷ χορῷ μισάνθρωποι, ἀγαπήσαις ἂν εἰ ἐντύχοις Εὐρυβάτῳ καὶ Φρυνώνδᾳ.) « Similiter (inquit Meinek.) jam Kuhnius ad Polluc. 9, 12. Pertinet autem huc Themistii locus, Orat. 26, p. 323, C, in quo sophista queritur esse quosdam qui homines ita a Deo creatos dicant, ut mutuo amore et benevolentiæ significatione sese prosequantur, quum tamen ipsi inhumanitatis crimen subeant turpissime; eosdem laudare Prometheum, quod homines ad societatem finxerit, αὐτοὺς δὲ ἰλιγγιᾶν πρὸς τὸ πλῆθος καθάπερ τοὺς Ἀγρίους, οὓς ἐδίδαξε Φερ., i. e., simul atque in hominum societatem protrahantur, vertigine quadam corripi et in media luce cæcutire. Erant igitur illi Pherecratis Ἄγριοι homines solitarii ab aliorum societate remoti, ideoque morosi et ad aliorum aspectum trepidantes, iidemque irasci faciles et contumaces. » Idem vir clarissimus Heinrichii quoddam commentum refutavit copiose Hist. crit. p. 71-79. — De tempore actæ fabulæ Athenæus 5, p. 218, D : ἐδιδάχθησαν δὲ οἱ Ἄγριοι ἐπ' Ἀριστίωνος ἄρχοντος, h. e. Olymp. 89, 4 (ante Chr. nat. 420).

1.

Athen. 6, p. 263, B, de servorum ministeriis : Φ. μὲν γὰρ ἐν Ἀγρίοις φησὶν

Οὐ γὰρ ἦν τότ' οὔτε Μάνης οὔτε σηκὶς οὐδενὶ
δοῦλος, ἀλλ' αὐτὰς ἔδει μοχθεῖν ἅπαντ' ἐν οἰκίᾳ·
εἶτα πρὸς τούτοισιν ἤλουν ὄρθριαι τὰ σιτία,
ὥστε τὴν κώμην ὑπηχεῖν θιγγανουσῶν τὰς μύλας.

Nec servos, nec servas inter feros istos homines fuisse ait, sed necessario feminas servile ministerium subiisse. Versu 1 et 2 σηκὶς οὐδενὶ δοῦλος, est

---

2.

Loti vero ante lucidum diem,
inter coronas, aliique in tabernis unguentariis,
garrite de sisymbriis et cosmosandalis.

3.

Ficuum venditores. — Ficus ementium.

BELLUINI.

1.

Neque enim tunc erat Manes, neque proma, neque [ullum
servile ministerium, sed ipsas omnia operari opor[tuit domi;
prætereaque mane molebant frumenta,
ut vicus resonaret tactu molarum.

ταυτολόγον et aperte mendosum : quare scribo οὐδέ τι δοῦλον. Codex unus οὐδ' ἕν (sic). Alii libri σάκις, unus Σάκης. Hesych. Σαικίς : δοῦλος, ut Mein. correxit pro δειλός. Μάνης Paphlagonicum nomen esse tradit Strabo, notumque est, ex regionibus Ponto vicinis multa olim mancipia in Græciam esse deportata : v. Heynei Opusc. acad. 4, p. 335, 336. V. 2 αὐτοὺς cod. B. Finem correxit Canterus; libri ἅπαντα ταὐτῇ (vel τὰν τῇ) οἰκίᾳ. V. 3 « ὄρθριαι. Hinc facete Aristoph. Eccles. 739. molæ dixit ὄρθριον νόμον. » *M.* Ἦλουν, ut Pher. etiam fragm. incert. 17, 2, reposuit Pierson. ad Mœr. p. 81; nam libri ἦλων s. ἥλων (Eustath. quoque ad Odyss. p. 1885, 29, ex Athenæo ἥλων ὄρθριαι τὰ σιτία), εἷλον, ἦλον.

2.

Idem 7, p. 316, E, de polypo : λέγουσι δὲ καὶ ὡς, ἂν ἀπορήσῃ τῆς τροφῆς, αὐτὸν κατεσθίει. ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ κωμῳδιοποιὸς Φερ.· οὗτος γὰρ ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις φησὶν Ἀγρίοις

Ἐνθρύσκοισι, καὶ βρακάνοις, καὶ στραβήλοις ζῆν· ὁπόταν δ'
ἤδη πεινῶσι σφοδρῶς, ὥσπερεὶ τοὺς πουλύποδας
(νήστιας) νύκτωρ περιτρώγειν αὐτῶν τοὺς δακτύλους.

Metrum asynartetum, quod agnovit Erfurdt. in Horreo Regiomont. p. 443, constat ex duobus versibus choriambicis cum basi antispastica vel trochaica, contractis interdum syllabis duabus brevibus in unam longam. Ejus metri causa versu 2 σφοδρῶς restituendum fuit pro σφόδρα, quod suffecisse putandus est aliquis librarius, qui hoc invenisset in autographo σφοδρωσπερεὶ, quum alterum ὡς hausisset alterum. Tertium versum similiter supplevi voce νήστιας, cui officere potuit vicinum νύκτωρ propter singularum litterarum similitudinem. Meinek. cum Dindorfio in sex versus describunt, 2 καὶ στρ., 4 ὥσπερεὶ, 6 γειν αὐτ. Βράκανα incertum genus herbarum edulium, vel frumenti; fortasse brace. Plinius 18, 7, s. 11 : *Galliæ quoque suum genus farris dedere, quod illic bracem vocant, apud nos sandalum, nitidissimi grani; et alia differentia est, quod fere quaternis libris plus reddit panis quam far aliud.* Στράβηλος alias est concharum genus, hic autem, quod aptius βρακάνοις, olivarum agrestium. Pollux 6, 45 : τὰς δὲ κοτινάδας ἐλάας σταβήλους (sic cod. Jung.; vulgo τραμβήλους, vox nihili) ὠνόμασε Φ. — Versu 1 pro ἐνθρ. aliquot scripti ἀνθρύσκοισι eodem sensu. V. Schneideri Lex. utroque vocabulo. Plinius 22, 22, s. 38, post scandicem : *eadem erat anthriscus, si tenuiora folia et odoratiora haberet.* Billerbeck. Floræ class. p. 77 : « Anthriscus scandix, *der Klettenkerbel, wegen der rauhen Samen (so genannt).* » Qui venenosam dicens hanc herbam (Steinio *Handb. d. Naturgesch.* p. 53, est chærephyllum silvestre, *Kælberkropf, wilder Kerbel*), fallitur : neque enim tunc vel feri isti eam comedere fingerentur, ut asini. V. 3 lacunæ Bergk. Comm. p. 303 ἀνστάντας inserit, qui victum in his describi observat ferorum illorum hominum.

3.

Idem 4, p. 171, D : μνημονεύει αὐτῶν (προτένθας dicit) καὶ Φ. ἐν Ἀγρ.

Μὴ θαυμάσῃς·
τῶν γὰρ προτενθῶν ἐσμεν· ἀλλ' οὐκ οἶσθα σύ.

4.

Schol. Aristophanis ad Av. 858 : ἦν δὲ ὁ Χαῖρις οὗτος κιθαρῳδὸς, καὶ γέγονεν αὐλητής (despectus Athenis : v. annot. ad eum locum Avium 810). μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Φ. ἐν Ἀγρ.

α. Φέρ' ἴδω, κιθαρῳδὸς τίς κάκιστος ἐγένετο;
β. Ὁ Πεισίου Μέλης· μετὰ τὸν Μέλητα δ' ἦν.
α. Ἔχ' ἀτρέμ', ἐγῷδα· Χαῖρις.

ἔστι καὶ ἕτερος, αὐλητής, οὗ μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει. Eadem fere Suidas v. Χαῖρις· Versu 2 articulum ὁ addidit Musgravius, τὸν et δ' Dobraeus Advers. 2, p. 221 : nam codd. μετὰ Μέλητα ἦν, quod Porsonus mutat in τίς. Suidas Μέλητος. « Meles haud dubie idem est, quem Cinesiæ patrem fuisse constat ex Platone Gorg. p. 501, E. » *M.*

5.

Schol. Aristoph. ad Av. 1296 : φαίνονται τὸν Λυκοῦργον Αἰγύπτιον εἶναι νομίζοντες ἢ τὸ γένος ἢ τοὺς τρόπους. Φ. Ἀγρ.

2.

Anthriscis, et bracanis, et olivis agrestibus vivere; siquando autem vehementer esuriunt, velut polypi (jejuni), noctu suos ipsorum circumrodere digitos.

3.

Ne mireris :
e protenthis enim sumus; sed tu nesciebas.

4.

a. Age videam : quis pessimus fuit citharœdus?
b. Pisiæ filius Meles; et post Meletem...
a. Quiesce; ego scio : Chæris.

Οἶμαι δ' αὐτὸν κινδυνεύειν εἰς τὴν Αἴγυπτον.....
οἴκους λέξεις, ἵνα μὴ ξυνέχῃ τοῖσι Λυκούργου πατριώταις.

Dedi hæc, ut accepi, corruptissima. Primum in scholio Αἰγύπτιον forte scriptum videtur pro Λακεδαιμόνιον. Dein Pherecratea sic arbitror supplenda et emendanda :

α. Οἶμαι δ' αὐτὸν κινδυνεύειν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀποικεῖν.
β. Εἰκὸς λέξεις, ἵνα μὴ ξυνέχῃ τοῖσι Λυκούργου πατριώταις.

Similia αἴγυπτον et ἀποικεῖν, εἰκὸς et οἴκους, ut facile obliterari ἀποικεῖν, mutari autem εἰκὸς, potuerit. Sensum τοῦ λέξεις explicat Hermann. ad Vigerum p. 747. Πατριώταις contemptim dixit Pher. pro πολίταις. Bergkius nuper in Commentt. crit. 1, p. 27, Ægyptiacum nomen excidisse conjecit, quod significabat ἐς οἴκους, id alterum reprehendere et dicere, quin οἴκους dicas, ni videaris Lycurgi popularis esse.

6.

Idem ad Eq. 762, de delphino, instrumento navali : σιδηροῦν κατασκεύασμα, ἢ μολίβδινον, εἰς δελφῖνα ἐσχηματισμένον. τοῦτο δὲ ἐκ τῆς κεραίας τοῦ ἱστοῦ αἱ ναυμαχοῦσαι (add. νῆες) ἠφίεσαν ἐς τὰς τῶν πολεμίων, καὶ κατεδύοντο. δηλοῦται δὲ καὶ ὑπὸ Φερεκράτους ἐν τοῖς Ἀγρ., ὅταν λέγῃ

Ὁ δὲ δὴ δελφίς ἐστι μολιβδοῦς δελφινοφόρος τε κεροῦχος,
ὃς διακόψει τοὔδαφος αὐτῶν ἐμπίπτων καὶ καταδύων.

Verba δελφίς ἐστι μολ. sapiunt glossam, qua expuncta scribam

Ὁ δὲ δὴ δελφινοφόρος γε κερ. etc.

Κεροῦχος ὃς pro κέδος Salmas. Exerc. Plin. p. 402. Partem loci expressit etiam schol. Thuc. 7, 41.

7.

Idem ad Vesp. 1509 : εἰς σμικρὸν (suppl. κωμῳδεῖ) τὸν Φιλοκλέα (immo Ξενοκλέα : v. Pac. 778. *Mein.*) καὶ τὸ φαλάγγιον μικρὸν καὶ συνεστραμμένον. δῆλον ἐκ τῶν Φερεκράτους Ἀγρίων. καὶ Καρκίνος μέν τις ἦν ὁ Θωρυκίου υἱός. ἦσαν δὲ αὐτῷ τρεῖς τινες (add. παῖδες) μικροὶ κομῆται τότε καὶ νῦν [εἰσι μικροὶ καὶ κομῆται· nam delenda hæc quattuor vocabula] * φίλαρχοι τότε παῖδες ἦσαν, ὄντες νῦν * φιλαρχικώτεροι. μὰ τὸν Δί' οὐ τρεῖς γε (male libri τε) ἐκεῖνοί εἰσιν οἱ τέτταρες. In his affectis ponendum Θωρυκίων, ut Ran. 349 et 365; tum φιλορχικοὶ, quod placuit etiam Meinekio et Bergkio; pro φιλορχικώτεροι autem posuerim fortius φιλορχικώτατοι. Mein. quoque : « malim φιλορχικώτεροι aut φιλορχικώτατοι. » Cui assentior, quum vetat φιλάρχους dici saltatores istos, ut quibus nihil commercii fuisse videatur cum republica. Quos hinc eruit Pherecratis versus sic potius scribam :

α. Τρεῖς τινες μικροὶ κομῆται καὶ φιλορχικοὶ τότε
παῖδες ἦσαν, νῦν δέ γ' ὄντες καὶ φιλορχικώτατοι.
β. Οὐ μὰ τὸν Δία τρεῖς ἐκεῖνοί γ' εἰσὶν οἵγε τέτταρες.

De numero filiorum Carcini multa erudite Mein. Hist. crit. Com. gr. p. 513-517.

8.

Idem ad Eccles. 355, ἀχράς : στένωσιν τῇ γαστρὶ παρέχει ὁ λεγόμενος παρ' ἡμῖν ἄπιος. οὕτω γὰρ Πλάτων ἐν Νόμοις (8, p. 845, B) ἀπίους εἴρηκεν· οὐ μόνος δὲ, ἀλλὰ καὶ παρ' Ἀλέξιδι (Brett. fr. 1, 4) καὶ ἐν Ἀγρ. Φερεκράτει,

Πρὶν ἀνακυκῆσαι,* τὰς ἀπίους ἁρπάζετε.

ἐπέχει δὲ τὴν γαστέρα (cohibet ventrem, voracitatem) ἡ ἀχράς. « Eadem Suidas v. Ἄπιος, ubi rectius legi videtur ἁρπάζετε pro vulgato ἁρπαζέτω. Ibidem duo codd. τὰς pro τούς. » *E M.* Alexis Athen. 14, p. 650, C :

α. Εἶδές ποτε
πίνουσιν* ἀνθρώποις ἀπίους παρακειμένας
ἐν ὕδατι πολλῷ; β. Πολλάκις δήπου. Τί οὖν;

5.

a. Videtur autem mea sententia in Ægyptum velle secedere.
b. Verisimile dixeris : ne illi quidquam rei sit cum popularibus Lacedæmoniis.

6.

Delphinum vero fert antenna,
qui pertundet constratum navis, incidens ac mergens.

7.

a. Tres quidam parvi comati tunc fuerunt
filii, libenter saltantes, et nunc libentissime.
b. Non, per Jovem, tres illi sunt, sed nimirum quattuor.

8.

Priusquam misceatur, quisque rapito pira.
(*Alexidis*. a. Vidistin aliquando
potatoribus pira adjacentia
in aqua multa? b. Sæpe scilicet. Quid tum?

α. Οὐκοῦν ἕκαστος ἐκλεγόμενος λαμβάνει
τῶν ἐπινεουσῶν τὴν πεπαιτάτην ἀεί;
β. Δηλονότι.

Athenæus : ὅτι τὰς ἀπίους ἐν ὕδατι εἰσέφερον εἰς τὰ συμπόσια. Aquam dicit Ph., quam vino admiscere solebant Græci, priusquam id biberent. Igitur in verbis πρὶν ἀναχ. intelligendum τὸν οἶνον : nam pira rapi jubet Comicus aquæ innatantia, priusquam ea exhauriatur. Ceterum vix sana sunt verba τὰς ἀπίους, præcipua sede versiculi posito articulo, contraque nomine ἀπίους thesi occultato : quare suspicor Pherecratem dixisse

Πρὶν ἀνακυκῆσαι, τἄπιά τις ἁρπαζέτω,

et Alexidem eadem causa

πίνουσιν ἀπίους ἀνδράσιν παρακειμένας,

ἀνθρώποις autem esse glossema τοῦ ἀνδράσιν ita intelligendi, sicut passim : v. Soph. OEd. Col. 527 (ἀνὴρ ὤν, i. e. ἄνθρωπος), et Herm. ad. Viger. p. 722. Postquam scriptum esset ab interpolatore πίνουσιν ἀπίους ἀνθρώποις, pugnasse se ratus fuerit alius ejusdem farinæ, qui posuisset apte ad metrum, quamvis pessimum, πίνουσιν ἀνθρώποις ἀπ. παρ.

9.

Gramm. Bekkeri Anecd. p. 433, 18, Ἀποπροσωπίζεσθαι : ἀπονίπτεσθαι καὶ σμᾶσθαι τὸ πρόσωπον. οὕτω Φ. Ἀγρ.

α. Οὐδ' ἀποπροσωπίζεσθε κυάμοις; β. Πώμαλα.

Pollux 2, 48 : ἀποπροσωπίζεσθαι δὲ τὸ καθαίρειν τὸ πρόσωπον εἶπε Φ., Οὐδὲ ἀποπροσωπίζεσθαι (sic) κυάμοις. Plinius 18, 12 : *fabalium siliquarum cinis ad coxendices prodest.* « Videntur hæc feris hominibus dici, de quibus etiam præcedens fragmentum intelligas. » *E M.*

10.

Pollux 7, 193 : ἴσως δ' ἂν καὶ γλευκαγωγόν τινα φαίης· ἐπίπρασκον δὲ οὗτοι τὸ γλεῦκος (mustum) ἐφ' ἁμαξῶν εἰς τὴν ἀγορὰν κομίζοντες. Φ. δ' εἴρηκεν ἐν Ἀγρ. βύρσης γλευκαγωγοῦ. Sic Bekk. ex codice pro βύρσας γλευκαγωγούς.

11.

Idem 10, 150 : σοροποιοῦ σκεύη, σορὸς, πύελος, κιβωτὸς, ληνός· οἵ τε γὰρ περὶ Ἔραστον καὶ Κορίσκον Πλάτωνι ἐπιστέλλοντες γράφουσι « ληνὸν ἀσσίαν τῆς σαρκοφάγου λίθου » (v. Schneider. Lex. v. Σαρκοφάγος, 2.), καὶ ἐπάγουσι περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγοντες « σορῷ· » ὅ τε Φ. ἐν τοῖς Ἀγρ. ἔφη

α. Ἦ μὴν σὺ σαυτὸν μακαριεῖς, ὦ 'τᾶν, ὅταν
οὗτοί σε κατορύττωσιν. β. Οὐ δῆτ', ἀλλ' ἐγὼ
τούτους πρότερον· οὗτοι δὲ μακαριοῦσ' ἐμέ.
Καίτοι πόθεν ληνοὺς τοσαύτας λήψομαι;

Versu 1 ὦ 'τᾶν addidit Bentleius. V. 3 οὗτοι Mein. ex codice Seberi; vulgati αὐτοί. Quidam codex μακαριοῦσί με, probante Mein.; sed emphatice τὸ ὀρθοτονούμενον opponitur enclitico. — Dixerat aliquis se velle emigrare et ad feros istos secedere : cui respondens alter ironice, occisum eum iri ab illis significans, Ἦ μὴν, etc. Ita probabilius quam Bentleius, qui de cognatis cogitavit.

12.

Proverb. Bodlej. 57, p. 7, Ἀντρώνιος ὄνος : Φ. ἐν Ἀγρ. ἐν Ἀντρωνί φησι μεγάλους ὄνους εἶναι. καὶ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν μεγάλων καὶ ἀγρίων. Diogenianus 1, 26, addit καὶ ἀνενεργήτων. Ἐν Ἄντρωνι γὰρ, ὥς φησι Φ., μεγάλοι ὄνοι ἐγένοντο. Ubi dubites utrum poeta dixerit animalia, an ὄνους ἀλέτας (Xenoph. Anab. 1, 5, 5), ut ille apud Eustathium ad Iliad. 2, 697. Codex Marcianus Harpocrationis p. 24, Ἀντρώνειος ὄνος (sed eam formam non cepisset senarius, qui fortasse talis fuit

Μεγάλοι γάρ εἰσιν ὡς ὄνοι γ' Ἀντρώνιοι) :

ἔστι δὲ παροιμία ἐπὶ τῶν μεγάλων μὲν ὄντων, ἀνοήτων δέ. « Schol. Venet. ad Il. B', 697 : διάφοροι δὲ καὶ ἄριστοι (hoc glossema, ut arbitror. *Both.*) ὄνοι ἐν Ἀντρῶνι τῆς Θεσσαλίας γίνονται· ὅθεν καὶ εἰς παροιμίαν παρῆλθε τὸ Ἀντρώνιος ὄνος. De hoc proverbio vide Berkelium ad Steph. Byz. p. 141, et interpp. Hesychii v. Ἀντρώνιος. Arsenius Viol. p. 59 (sive Apostolius Leutschii 2, 90, p. 289), Ἀντρώνιος ὄνος καὶ Ἀχαρνικοὶ ἵπποι : ἐπὶ τῶν μεγάλων, καὶ ἀγρίων, καὶ ἀνενεργήτων· τοιοῦτοι γὰρ οἱ ὄνοι ἐν Ἄντρωνι (immo Ἀντρῶνι : v. Herodian. apud Eustath. ad Il. p. 324) καὶ οἱ ἵπποι ἐν Ἀχαρναῖς, ὡς Φ. Quæ unde ducta sint, non compertum habeo. » *M.* At hæc egregie conve-

---

a. Nonne quisque semper eligens sumit
innatantium maturissima?
b. Sine dubio.)

9.

a. Nec vultum abstergemini fabis? b. Vah!

10.

Pellis mustariæ.

11.

a. Sane tu beatum te prædicabis, amice, si
isti te defoderint. b. Minime, sed ego
istos potius : istique me beatum prædicabunt.
Quanquam unde tot alveos sumam?

12.

Grandes enim sunt, ut asini Antronii

niunt versui, quem restituere mihi visus sum in superioribus,

Μεγάλοι γάρ εἰσιν ὡς ὄνοι τ' Ἀντρώνιοι,
ἵπποι τ' ἐν Ἀχαρναῖς.

Comparatione ridicula Pher. figurate dixisse videtur asinos, proprio autem sensu equos Acharnensium, qui colebant ἱππίαν Ἀθηνᾶν, teste Pausania Att. 31, 6.

13.

Schol. Luciani p. 220 Jac., loco manco : γέρρα... ἐπὶ φυλακὸς τινὸς καὶ μοχλοῦ τροπικῶς.... τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν τοῖς Ἀγρίοις Φερεκράτους γέρροις ἀποσταυροῦνται. »

III. ΑΥΤΟΜΟΛΟΙ.

1.

Clemens Alex. Strom. 7, p. 846 : καὶ ὅ γε κωμικὸς ἐκεῖνος Φ. ἐν Αὐτομόλοις χαριέντως αὐτοὺς πεποίηκε τοὺς θεοὺς καταμεμφομένους τοῖς ἀνθρώποις τῶν ἱερῶν·

Ὅτε τοῖσι θεοῖς θύετε, πρώτιστ' ἀποκρίνετε [τοῖς ἱερεῦσιν]
τὸ νομιζόμενον [πρώτοις] ὑμῶν· [εἶτ'] (αἰσχύνη τὸ κατειπεῖν)
οὐ τὼ μηρὼ περιλέψαντες μέχρι βουβώνων, [τὰ δὲ πυγῶν,]
καὶ τὴν ὀσφὺν κομιδῇ ψιλὴν, λοιπὸν τὸν σφόνδυλον αὐτὸν,
ὡς περιρινήσαντές γε νέμεσθ' ὥσπερ καὶ τοῖς κυσὶν, ἡμῖν,
εὖ τ', ἀλλήλους αἰσχυνόμενοι, θυλήμασι κρύπτετε πολλοῖς;

Versu 1 sic Grotius pro Ὅτι τοῖσι θεοῖσι. Verba τοῖς ἱερ., v. 2 πρώτοις et εἶτ' Hermannus probabiliter supplevit. Conjeceram τὸ νομιζόμενον [μέρος οὖν] ὑμῶν. V. 3 addidimus τὰ δὲ πυγῶν. Ibid. Mein. περιλέψαντες pro vulgato περιλάψαντες. V. 4 nos σφόνδυλον attice pro σπόνδυλον, et v. 5 emendavimus, quæ libri obtrudunt, hæsitante etiam Mein., ὥσπερ ῥινήσαντες ἐνέμεθ'. Meinek. proposuit νωμᾶθ'. V. 6 iidem εἶτ' ἀλλ. α. οὐλήμασι κρ. π., sed aptius visum est εὖ ironicum. Ruhnken. ad Tim. p. 144, recte θυλήμασι. « Θυλήματα farsa sunt melle et oleo imbuta, quibus adolendas victimarum partes conspergebant; vid. Ruhnken. l. l. et Casaub. ad Theoph. Char. 10, p. 131. Schol. Iliad. 3, 270, θυέεσσιν : ἃ ἡμεῖς θυμιάματά φαμεν, οἱ δὲ Ἀττικοὶ θυλήματα (sic corrige editum θηλύματα). » *M.*

2.

Schol. Aristoph. Eq. 422, ἀκαλήφη : κνίδη καὶ ἡ χερσαία καὶ ἡ θαλαττία, ἥτις ἐστὶ κογχύλιόν τι. Φ. Αὐτ.

Νὴ τὴν Δήμητρ' ἀνιαρὸν [ἄρ'] ἦν τὸ κακῶς ᾄδοντος ἀκούειν·
βουλοίμην γὰρ κἂν ἀκαλήφαις τὸν ἴσον χρόνον ἐστεφανῶσθαι.

Ἀκαλήφας dixit τὰς κνίδας, ut Eupolis Autolyco : v. Athen. 3, p. 90, A, ubi item pars fragmenti servata est. Dindorfius ibi ἄρ' addidit.

3.

Schol. Aristoph. Pac. 476 : αἰνίττεται εἰς τοὺς Ἀργείους ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ ἐπαμφοτερίζοντας· διὸ καὶ πολλὰ ἐκωμῳδοῦντο.... καὶ Φ. ἐν Αὐτ.

Οὗτοι γὰρ ἡμῖν οἱ κακῶς ἀπολούμενοι
ἐπαμφοτερίζουσ', ἐμποδὼν καθήμενοι.

4.

Athen. 3, p. 119, D : ὑποκοριστικῶς δ' εἴρηκε (ταρίχιον)... Φ. ἐν Αὐτ.

Ἡ γυνὴ δ' ἡμῶν ἑκάστῳ λέκιθον ἕψουσ' ἢ φακῆν
ἀναμένει καὶ σμικρὸν ὀπτῶσ' ὀρφὸν ἢ ταρίχιον.

V. 1 libri ἐψούσῃ φ., et versu 2 ὀρφανὸν ταρίχ. Illud

---

et equi Acharnici.

13.

Cratibus excluduntur.

TRANSFUGÆ.

1. [secernitis *sacerdotibus*
Quando diis sacrificatis, primum omnium *scilicet*
vestris legitimam *partem; deinde* (pudet dicere)
nonne, femoribus circumcisis usque ad inguen, et [*illinc ad nates*
coxaque prorsus detrita, quod superest, vertebram [solam,
velut circumpolitam, tribuitis nobis, ut canibus [quoque,
probeque, alter alterum reveriti, multis aromatibus [occultatis?

2.

Per Cererem, tædiosum fuit male canentem audire :
malim vel urticis coronari per æquale tempus.

3.

Isti enim nobis male perditi
ab utraque parte sentiunt impedientes.

4.

Mulier autem, unicuique nostrûm luteum ovi vel [lentem coquens,
parvumque assans orphum vel salsamentum, nos ex- [spectat.

correxit Jacobs. ad Athen. p. 83. Ὀρφαν mendose scriptum adjecto ὀν, ut vox esset ὀρφὸν, restituisse videtur librarius; ἢ forte perierit, ut factum esse suspicabar Odyss. 6, 123. De orpho, pisce maris cartilaginoso, Aristoteles Hist. anim. 5, 9, 5 : ταχὺ δὲ καὶ ὁ ὀρφὼς ἐκ μικροῦ γίγνεται μέγας. Meinek. ὀρφανὸν ταρίχιον de « salsamento nullis condimentis apparato » intelligebat.

5.

Athen. 9, p. 385, E : Ὀψάριον δὲ τῶν μὲν ζώων τῶν ἡμέρων ἡμεῖς λέγομεν· ἀτὰρ Πλάτων καὶ ἐπὶ τοῦ ἰχθύος... Φ. Αὐτ.

— * Τοὐψάριον τουτὶ παρέθηκέ τις ἡμῖν.

Libri corrupte τῶν μὲν ζώντων ἡμεῖς λέγομεν· ἀτὰρ καὶ Πλάτων ἐπὶ τ. ἰ. Deinde frigent verba Τοὐψ.... ἡμῖν, præsertim τουτὶ quasi δεικτικῶς dictum κατ' ἐξοχήν : nam quale tandem opsonium illud præcellens dicas? aut cui rei id commemorari a transfugis? His adductus rationibus scribam potius aperta et argumento dramatis apta sententia,

— Τοὐψάριόν τ', οὔτις παρέθηκέ τι ἡμῖν,

Et quod ad opsonium attinet, nemo id apposuit nobis : ut ita queratur transfuga, quem coryphæum putes chori, procemio, se cum ceteris, ubi advenerint in hostium castra, non lautioribus, ut speraverint, epulis, sed simplici pane exceptos esse, itaque statim ad suos rediisse. Quæ correxi apud Athenæum facilia sunt explicatu; quorum ἡμέρων haustum fuerit a contiguo simili ἡμεῖς (ἡμερῶ ἡμεῖς). Appellant autem græci ὄψα, quæcunque ad panem vinumque comeduntur, cum carnes, tum legumina, et carnes quidem præcipue domesticorum animalium, sed piscium quoque apud Atticos, observante Turnebo ad Terent. Ad. 2, 4, 22 (*convertam me domum cum opsonio*), collato 3, 3, 66 (*pisces ex sententia nactus sum*). Etiam Apulejus Apol. p. 292 . *opsonium piscium*, etc.

6.

Idem ib. p. 396, C : γαλαθηνῶν δὲ χοίρων ποτὲ περιενεχθέντων καὶ περὶ τούτων ἐζήτησαν οἱ δαιταλεῖς, εἰ τὸ ὄνομα εἴρηται, καί τίς ἔφη. Φ.... ἐν Αὐτ.

Οὐ γαλαθηνὸν ἄρ' ὗν θύειν μέλλοις;

7.

Idem 14, p. 648, C : καὶ τῶν καλουμένων δὲ μελιχηρίδων μνημονεύει Φ. ἐν Αὐτ. οὕτως·

Ὥσπερ τῶν αἰγιδίων ὄζειν ἐκ τοῦ στόματος μελικήρας.

« Ita Schweigh. pro μελιχῆραι, recte statuens, μελιχήρα idem esse quod μελιχηρὶς, quod edulii genus commemorat Hesychius, Μελιχαρίς : σκεύασμά τι βρωτὸν διὰ τυροῦ, ex emendatione Casauboni, quam confirmat fere totam codex Venetus. Philoxenus Athen. 4, p. 147, B : ξανθὰς μελιχηρίδας ». M. De verbis τῶν αἰγ. ὄζειν recte Dobr. ad Aristoph. Plut. 1021 : « Dicitur alicui non minus suavem animam esse quam capellis, quas bene olentibus herbis vesci notum est. » Aristoteles H. A. 5, 13 (vulgo 15) : αἱ μὲν οὖν πορφύραι τοῦ ἔαρος συναθροιζόμεναι εἰς ταὐτὸ ποιοῦσι τὴν καλουμένην μελικήραν· τοῦτο δ' ἐστὶν οἷον κηρίον, πλὴν οὐχ οὕτω γλαφυρὸν, etc.

8.

Harpocratio p. 106 init. : ὅταν ὁ σῖτος ῥιζωθῇ κατὰ τῆς γῆς, κεχαρκινῶσθαί φασι· Φ. Αὐτ.

Ὁπόταν σχολάζῃς, νῖψον, ἵνα τὰ λήϊα συγκαρκινωθῇ.

Eadem omisso indice fabulæ Photius Lex. p. 132, et Suidas v. Καρκίνος. Postrema servavit etiam Pollux 7, 150 : τὸ μὲν ῥιζοῦσθαι τὸν σῖτον, συγκαρκινοῦσθαι ἔλεγον· ὅθεν καὶ Φ. ἐν τοῖς Αὐτ. ἔφη Ἵνα τὰ λήϊα συγκαρκινωθῇ. Libri Harpocrationis νῆψον, Photii νηψον sine accentu. Valesius νίψον. Λήϊα, vox homerica, non dedecet hunc nostrum, siquidem ionismi et veteris atticismi magna est affinitas. Apollonius Soph. ed. Toll. p. 438, Λήϊον : τὸ σιτοφόρον χωρίον... διὰ τὴν ἐπιφαινομένην κατ' ἴσον (quasi dicas *jure*, i. e. justo tempore, κατὰ καιρὸν, ut Hesych.) λειότητα τῶν σταχύων.

9.

Gramm. Bekkeri Anecd. p. 330, 19, Ἀγορᾶ, ὥρα : οὐ τῶν πωλουμένων, ἀλλὰ τῶν ἄλλων πράξεων τῶν κατ' ἀγορὰν ἕωθεν, ἢ καὶ πρὶν ἀγορὰν πεπληθέναι. Φ. καὶ ἐν Αὐτ.

Πίνειν ἀεὶ καὶ μεθύειν, πρὶν ἀγορὰν πεπληθέναι.

6.

Non igitur lactentem porcum sacrificabis?

7.

Sicut capellæ, meliceras olere ex ore.

8.

Si otium tibi est, irriga frumenta, ut radices capiant.

9.

Potare semper et inebriari, priusquam forum compleatur.

Sic etiam Suidas v. Ἀγορᾶς ὥραν, nisi quod omisit verba καὶ ἐν Αὐτ. « Versus eupolideus, fortasse ex parabasi petitus. » *M.*

10.

Idem ib. p. 460, 27, Ἀτραπίζειν: βαδίζειν ἢ ὁδοποιεῖν. οὕτω Φ. Αὐτ.

Ἀτραπίζοντες τὰς ἁρμονίας διὰ πασῶν.

« Diapason (διὰ πασῶν, intell. χορδῶν), musicæ artis symphonia, constans ex 5 tonis et duobus semitonis, i. e. (ex) Diapente et Diatessaron. Octavam hodie vocant. Plinius H. N. 2, 22 : *quam Diapason harmoniam vocant, h. e. universitatem concentus.* » E Gesneri Thes. « Locus ex eadem fabulæ scena petitus videtur, ex qua fragm. 2 ductum est. » *M.*

11.

Photius Lex. p. 401, 14, Πασσυδί: παντελῶς. ὁ Θουκυδίδης η' (c. 1): μὴ οὕτως τε (leg. γε) πασσυδὶ διεφθάρθαι, ὅπερ ἀγνοήσαντές τινες γράφουσι πασσυδεί (sic scribo pro πασσυδί). Eadem Suidas, nisi quod habet πασσυδεί. « De re disseruit Lobeck. ad Phryn. p. 515 et Soph. Aj. p. 369. Pherecrates fortasse usus est antiquiore forma πανσυδὶ, de qua cf. Spitzner. ad Iliad. B, 12. » *M.*

12.

Idem ib. p. 541, 5, Στραγγαλίδες: τὰ δύσλυτα ἅμματα. Φ. Αὐτ.

Ὑμεῖς γὰρ ἀεὶ στραγγαλίδας ἐσφίγγετε.

Eadem Suidas et Zonaras.

13.

Pollux 2, 23 : Φερεκράτης δὲ « ἐν χρῷ κουριῶντας », ἢ ὅστις τοὺς Αὐτομόλους αὐτοῦ διεσκεύασε. Ex fragmento 3 intelligitur scriptam esse hanc fabulam brevi post ruptum celebre illud decennale fœdus inter Argivos et Athenienses, id est olympiadis XC anno fere quarto.

IV. ΓΡΑΕΣ.

De argumento quædam dicta in fr. 4.

1.

Athen. 6, p. 246, F : κοινῇ δὲ περὶ παρασίτων εἰρήκασι Τιμοκλῆς μὲν ἐν Πύκτῃ, ἐπισιτίους καλῶν αὐτούς,... Φ. δὲ Γραυσὶ

α. Σὺ δ' ὧδε θᾶσσον, Σμικυθίων! ἐπισιτιεῖ.
β. Τίς δ' οὗτος ὑμῖν ἐστι; α. Τοῦτον πανταχοῦ
ἄγω λαρυγγικόν τιν' ἐπὶ μισθῷ ξένον.

V. 1 ὧδε, *huc*, intell. ἴθι. Aristoph. Av. 231 : ἴτω τις ὧδε τῶν ἐμῶν ὁμοπτέρων. Libri οὐδέ, in quo etiam Mein. offendit. Σμικυθίων Atheniensis quidam vocatur Vesp. 401, Eccles. 46, qui parasitatur apud Nostrum. V. 3 τιν' a Porsono est; cod. A omittit, B præbet τήν.

2.

Idem 9, p. 395, A, B : Ἀττικοὶ δὲ ἀρσενικῶς περιστερὸν καλοῦσιν. Ἄλεξις Συντρέχουσιν (fragm. 2.)... Φ. ἐν Γραφεῦσί (sic) φησιν

Ἀπόπεμψον ἀγγέλλοντα τὸν περιστερόν.

Sensit Mein. ponendum esse Γραυσί : nam Γραφεῖς inscriptam comœdiam alius nemo commemorat. Photius Lex. p. 422, Περιστερόν : ἀρσενικῶς. Φ. Eodem respicit schol. Aristidis p. 273 ed. Fr. « De columbis internuntiis Casaub. laudat Plin. H. N. 10, 37, 59, et Ælian. V. H. 9, 2. » *E M.*

3.

Gramm. Bekker. Anecd. p. 326, 24, Ἄγραι : χωρίον ἔξω τῆς πόλεως Ἀθηνῶν, οὗ τὰ μικρὰ τῆς Δήμητρος ἄγεται μυστήρια, ἃ λέγεται τὰ ἐν Ἄγρας, ὡς ἐν Ἀσκληπιοῦ. Φ. Γραυσίν·

Εὐθὺς γὰρ ὡς ἐκαθιζόμην ἐν Ἄγρας.

Bekkerus edidit ἐβαδίζομεν ἐν Ἄγρας, sed codex ἐξ Ἄγρας, ex quo ante Bekkerum Montefalconius Bibl. Coisl. p. 603 produxerat ἐκαθίζομεν, ita ut dedimus a Meinekio correctum. Pausan. Att. 19, 6 : διαβᾶσι δὲ Εἰλισσὸν (Ἰλισσὸν Herodot. 7, 189, aliique) χωρίον Ἄγρας καλούμενον, καὶ ναὸς Ἀγροτέρας ἐστὶν Ἀρτέμιδος. — Vetulæ hæc verba fuerint narrantis quid in templo sibi acciderit, ut Mein. annotavit.

4. 5.

Suidas v. Ἀθηναίας : ὁ Μεγακλείδης ἐν τοῖς περὶ Ὁμήρου οὔ φησι καλεῖσθαι τὰς γυναῖκας Ἀθηναίας, ἀλλ' Ἀττικάς.... ἀλλὰ ἰδοὺ Φ. ἐν Γρ. φησιν

10.
Ingredientes harmoniam diapason.

12.
Vos enim semper nodos connectitis.

ANUS.
a. Tu huc, Smicythion! satiaberis.
b. Quis autem hic vobis est? a. Hunc ubique mecum duco gulosum quendam, mercede, peregrinum.

2.
Mitte, qui nuntiet, columbum.

3.
Statim enim ut consedi in Agræ (templo).

Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς ξυμμάχοις.

In libris verba ἐν τοῖς περὶ Ὁμ. leguntur post Ἀττικάς, manifesta culpa librarii alicujus, qui primus ea suo loco posita neglexisset. Nihil attinet, ejusmodi menda in dies propagari. Steph. Byz. p. 41 : Φρύνιχος ἀναττικόν φησιν εἶναι τὴν φωνὴν (Ἀθηναία pro Ἀττικὴ vel ἀστὴ) καὶ θαυμάζει πῶς ὁ Φ. ἀττικώτατος ὢν χρῆται. « Præceptum hoc de usu nominis Ἀθηναία etiam ab aliis inculcatur : v. schol. Aristoph. Av. 829, et Augustinum De civ. Dei lib. 18, cap. 9. Ph. autem consulto hac forma usus esse videtur : aperte enim hæc dicta sunt ad imitationem notissimæ formulæ Ἀθηναῖοι αὐτοί τε καὶ οἱ ξύμμαχοι, cujus est in fœderibus apud Thucydidem memoria. — Suspicor autem, poetam rem ita instituisse, ut anus illas posita senecta repuerascentes et juveniliter lascivientes in scenam produceret; quod indicare videtur versus, omisso fabulæ titulo a Suida servatus v. Ἀναθυᾶν : τὸ ἀναλαμβάνειν τὸ πρᾶγμα διὰ χρόνον. Φερεκράτης·

Πάλιν αὖθις ἀναθυῶσιν αἱ γεραίτεραι.

Quem versum, etiam Zonaræ laudatum v. Ἀναθυᾶν, ex hac fabula petitum esse, vix dubites. Diogen. Proverb. 4, 10, Γραῦς ἀναθυᾷ : ἀντὶ τοῦ καπρᾷ, ἐπὶ τῶν παρ' ἡλικίαν γυναικιζομένων. Phrynichus Bekkeri p. 33, 20, Γραῦς ἀναθυᾷ : ἐπὶ τῶν ἀνανεάζειν καὶ ἀνηβᾶν πειρωμένων. Cui simile Γραῦς ἀνασκυζᾷ ibidem p. 12, 17. His cognatum est proverbium (Proverb. Bodl. 269) Γραῦς βακχεύει : ἐπὶ τῶν παρ' ὥραν τι διαπραττομένων. Itaque simillimum hujus dramatis argumentum fuisse videtur ei, quod Aristophanem in Γήρᾳ tractasse demonstravit Süvernius. » *E. M.*

6. 7.

Gramm. Bekkeri Anecd. 447, 29, Ἀρτήρ : * ὑποδήματος γένος. Φ. Γρ. Eadem Suidas h. v. Abhorret autem vox ὑπόδημα, vixque dubito quin reponendum sit ἐπιδέσματος. Ceterum Pollux 10, 162 : ἀορτῆρα δὲ τὸν ζωστῆρα Φ. ἐν Γρ. κέκληκεν. Incertum igitur utrum ἀορτῆρα, Homero frequentatum, an ἀρτῆρα dixerit Ph.; videtur tamen hæc vox esse recentior.

V. ΔΟΥΛΟΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ.

« Argumentum fabulæ tum titulus satis indicat, tum vero etiam ex Athen. 6, p. 262, B, perspicitur, ubi se mirari ait servorum in summa cupediarum abundantia continentiam; has enim aspernari illos, nec ob metum tantum, sed etiam κατὰ διδασκαλίαν οὐ τὴν ἐν Δουλοδιδασκάλῳ Φερεκράτους, ἀλλὰ ἐθισθέντες. » Meinek. Hist. p. 82.

1.

Athen. 3, p. 96, B : τῶν ἑφθῶν ποδῶν μνημονεύει Φ. ἐν Δουλοδιδασκάλῳ·

α. Ὅπως παρασκευάζεται τὸ δεῖπνον, εἴπαθ' ἡμῖν.

β. Καὶ δῆθ' ὑπάρχει τέμαχος ἐγ-
χέλειον ὑμῖν; τευθίς, ἄρ-
νειον κρέας, φύσκης τόμος,
πούς ἑφθός, ἧπαρ, πλευρόν, ὀρ-
νίθεια πλήθει πολλά, τυ-
ρὸς ἐν μέλιτι, μερὶς κρεῶν.

Versu 1 sic Meinek. et Elmsleius. Codd. mire ὡ. παρ. δεῖπνον πῶς ἂν εἴπ. ἡμ. Sed malim εἶπας : nam esse videntur hæc verba servorum quærentium e magistro (δουλοδιδασκάλῳ), quomodo convivium apparandum esse dicat. Quibus ille respondeat καὶ δῆθ', etc., digito monstrans singula, ut nominat, in mensis culinariis disposita. V. 4 libri ἀρνεῖον, 6 ὀρνίθια. V. 7 μερὶς κρεῶν nonnihil suspectum est, quum ἄρνειον κρέας legatur in superioribus. Suspicor Nostrum dixisse περιστέριον, quo lepide finiatur hic catalogus. « Melius fortasse versus 2-7 in duos iambicos hexametros distinguas. » *M.*

2.

Idem 7, p. 305, F : Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Περὶ ζῴων ἢ Περὶ ἰχθύων « ὁ κίθαρος », φησί, « καρχαρόδους, μονήρης, φυκοφάγος, τὴν γλῶσσαν ἀπολελυμένος, καρδίαν λευκὴν ἔχων καὶ πλατεῖαν. Φ. Δ.

α. — Κίθαρος γεγενῆσθαι κἀγοράζειν κίθαρος ὤν...

β. Ἀγαθόν γ' ὁ κίθαρος. α. Καί, πρὸς Ἀπόλλωνος, πάνυ

4.

Atticorum ipsorum feminis et sociabus.

5.

Denuo subant vetulæ.

SERVORUM MAGISTER.

a. Convivii apparandi modum quomodo nos doceas?

Ita Porsonus; codex 'Α. μιᾶς κόνυζα κ. θύμων δ.

52.

Idem p. 528, 19, Σόφισμα : μάθημα καὶ ἐπινόημα, καὶ εὕρημα πᾶν. οὕτως Φ.

53.

Idem p. 541, 15, Στρατηγίς : ἡ γυνή. οὕτως Φ.

54.

Idem p. 560, 12, Σφῆκες καὶ σφηκίαι : τὰ μικρὰ καὶ εἰς ὀξὺ συνηγμένα ξύλα. οὕτως Φ. « De hoc tignorum genere Bœckhius disputavit in libro menstruo *Jahrb. d. wissensch. Krit.* 1835, p. 610 seqq. Σφηκίαι autem Ph. dixisse videtur a σφηκίας, h. e. σφηκώδης. Ejusdem generis substantiva sunt σχιζίας, στημονίας, πωγωνίας, et, quod præ ceteris huc referas, γερανίας, h. e. ὁ ἔχων μακρὸν καὶ γερανώδη τράχηλον, Phryn. Bekker. p. 13, 15. Porsonus edidit σφηκιαὶ a σφηκιά. » *E M.*

55.

Idem p. 583, 24, et Suidas, Τευτάζειν : πραγματεύεσθαι ἢ σκευωρεῖσθαι. ... Φ.

Ὁ δὲ παῖδα καλεῖ, καὶ τευτάζει τούτῳ δεῖ-
πνον παραθεῖναι.

56.

Idem p. 598, 11, Τραπέμπαλιν : ἐπ' ἀριστερᾷ, ὑπεναντίως. οὕτως Φ.

57.

Idem ib. 21, et Suidas, Τραύξανα : τὰ ἀκανθώδη καὶ ξηρὰ ξύλα. οὕτως Φ.

58.

Idem p. 635, 6, Ὑφόλμιον : ἐπὶ (male liber ἀπὸ) τῶν αὐλῶν. Φ. V. Schneideri Lex. h. v.

59.

Idem ib. 9, Ὕφος, ὕφευς (perperam legitur ὑφεύς. Meinekius requirit ὑφή). Φ.

60.

Idem p. 650, 9, Φιτῦ : φυτὸν, φύτευμα. Φ.

61.

Idem p. 651, 19, Φοβερός : ὁ φοβούμενος παρὰ Θουκυδίδῃ καὶ Φερεκράτει.

62.

Phrynichus Præp. soph. p. 13, 30, Ἀρχαῖος : ὁ εὐήθης. οὕτω Φερεκράτης. Maximus ad Dionys. Areopag. p. 335, D : παλαιὸν καὶ ἀρχαῖον ἠλίθιον ἔλεγον, ὡς ἐν τῇ κωμῳδίᾳ εἴρηται. Ita Mein.; mendose libri ἥλιον pro ἠλίθ.

63.

Idem ib. p. 42, 25, Θυμέλη : Φ. τὰ θυλήματα, ἅπερ ἐστὶν ἄλφιτα οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ μεμαγμένα, οὕτω καλεῖ [θυμέλη]. Hesych. Θυμέλαι : οἱ βωμοί. καὶ τὰ ἄλφιτα τὰ ἐπιθυόμενα.

64.

Idem Epit. p. 377, Σαπράν : οἱ πολλοὶ ἀντὶ τοῦ αἰσχράν. Θέων φησὶν ὁ γραμματικὸς εὑρηκέναι παρὰ Φερεκράτει, λήρων· ἅπαντα γὰρ, ἃ φέρει, μαρτύρια ἐπὶ τοῦ παλαιοῦ καὶ σεσηπότος κείμενά ἐστιν. Cf. Hermippus Ἀρτοπ. fr. 2.

65.

Pollux 2, 17 : Φρύνιχος δὲ τὰς νέας μὲν ἀφήλικας λέγει, « Ἦσαν δὲ καὶ γυναικῶν ἀφήλικες. » (Suspicor cum Mein., poetam scripsisse integro senario Ἦσαν δὲ καὶ γυναικαρίων ἀφ.) Φ. δὲ τὴν γεραιτέραν ἀφηλικεστέραν, ὡς καὶ Κρατῖνος « ἀφήλικα γέροντα. » Codex A Bekkeri superlativum præbet τὴν γεραιτάτην ἀφηλικεστάτην.

66.

Idem ib. 23 : Ἀττικοὶ δὲ οὔλας λέγουσι τὰς τρίχας· οὐλοκόμος μέντοι εἴρηται παρ' Ἀλέξιδι καὶ Φερεκράτῃ (sic) οὐλοκέφαλος. οὐλοκίκιννα δὲ Τελέσιλλα εἴρηκε. Vere, opinor, Meinek. παρ' Ἀλέξιδι. καὶ Φερεκράτης οὐλοκέφαλος.

67.

Idem ib. 27 : καὶ εὐβόστρυχος, ἀνὴρ ἅμα καὶ γυνή. Φ. δέ·

Ὦ ξανθοτάτοις βοτρύχοισι κομῶν!

Libri βοστρύχοισι corrupto versu. « Correxit Bergk. ad Anacr. p. 255, cujus exemplis formæ βότρυχος pro βόστρυχος adde Theognostum Crameri Anecd. Ox. 2, p. 76, 29, ubi vitiose legitur βόρυχος. » *M.*

68.

Idem ib. 28 : Φ. δὲ τοὺς γυναικείους πλοκάμους πλοκάδας (codex Falck. πλοκάμας) καλεῖ. τὰς δὲ συνεστραμμένας τρίχας μετὰ ῥύπου στόρθυγγας ἡ κωμῳδία καλεῖ.

69.

Idem ib. 33 : παρακόμους δὲ τοὺς κομῶντας ἔλεγον οἱ κωμικοὶ, Φ. δὲ ἐν χρῷ κουριῶντας. Ex Automolis, cujus v. fr. 13.

55.

Ille vero puerum vocat, satagitque de cœna huic apponenda.

67.

O flavissimis elate cincinnis!

70.

Idem ib. 35 : παραλελέχθαι τὰς τρίχας τὸ τὰς περιττὰς ἀφαιρεῖσθαι, ὅθεν καὶ παρὰ Φερεκράτει,

Ἄσμηκτος, ἀπαράλεκτος.

71.

Idem ib. 101 : * στομοδόχον δὲ τὸ στωμύλον καὶ λάλον Φ. Vocabulum vix græcum : ferrem utcunque στομωδικὸν a στομώδης.

72.

Idem ib. 130 : ὀνομάζονται δὲ οἱ σφόνδυλοι καὶ στροφεῖς παρὰ τὴν ἐπ' αὐτοῖς τοῦ τραχήλου στροφήν. καὶ στρόφιγγες παρὰ Φ.

73.

Idem ib. 176 : ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τύλος τὸ αἰδοῖον· ὅθεν καὶ Φ. τὸ γυμνοῦν αὐτὸ τῇ χειρὶ ἀποτυλοῦν εἶπεν. Etym. M. p. 125, 23, Ἀπετύλουν : ἀπέσυρον τὸ αἰδοῖον.

74.

Idem 3, 80 : καὶ εὔδουλος ὁ εὖ τοῖς δούλοις χρώμενος παρὰ Φ.

75.

Idem 4, 121 : πρῶτον δὲ ξύλον (in theatro) ἡ προεδρία, μάλιστα μὲν δικαστῶν, ἐφ' ὧν καὶ τὸν πρῶτον καθίζοντα πρωτόβαθρον Φ. φησὶν ὁ κωμῳδιοδιδάσκαλος. « Ita codex Falck. pro Ἐπικράτης. Male Antiatt. p. 112, πρωτοβάθρους dici putat chorentas primum locum in scena obtinentes. » *E M.*

76.

Idem 5, 26 : πάντα μὲν οὖν τὰ θηρευτικὰ πλέγματα δίκτυα καλοῖτ' ἄν, Φ. δ' αὐτὰ καὶ ἕρκη εἶπεν. Phot. p. 14, 14 : Ἕρκη πλεκτά τινα ἐκ τριχῶν οἱ κωμικοὶ οἱ παλαιοὶ καλοῦσιν. Eadem fere Eustath. ad Od. p. 1572, 21.

77.

Idem 7, 90 : τῶν καρκίνων (μνημονεύει) Φ.

Καττύομαι τοὺς καρκίνους.

« Cod. Kuhnii κατύομεν. De καρκίνοις, solearum genere nominato a multiplici nexu corrigiarum, cf. Hesych. et Phot. v. Καρκίνος. » *E M.*

78.

Idem ib. 94 : Ῥάδια δὲ ποικίλον καὶ πολυέλικτον ὑπόδημα, μνημονεύει δ' αὐτοῦ Πλάτων τε καὶ Φ. Codd. ῥαίδια. Hesych. apud Jungermann., Ῥάδιαι : ὑπόδημα ποιόν. οἱ δὲ σανδάλιον· ubi recte scribunt ῥᾴδια.

79.

Idem ib. 179 : δακτυλιουργὸν εἴρηκε Φ.

80.

Idem ib. 194 : τὸ κοτυλίζειν εἴρηται μὲν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων κατὰ μέρος πιπρασκομένων, ἀλλ' οὐχ ἀθρόως, ... ἴδιον δ' ἂν εἴη τῶν τὸν οἶνον πιπρασκόντων, καὶ Φ. μὲν εἴρηκε

Μηδὲν κοτυλίζειν, ἀλλὰ καταπάττειν χύδην.

Vulgo καταπλάττειν, correctum ex cod. Falckenburgi.

81.

Idem 8, 34 : τὸν δὲ κλέπτην εἴποις ἂν καὶ κλεπτίστατον, ὡς Εὔπολις· Φ. δ' εἴρηκε καὶ κλεπτίδης. Lobeck. ad Soph. Ajacem p. 390 citat Mein.

82.

Schol. Aristoph. Acharn. 86 : οὐδετέρως τὸ κρίβανον, ὡς μαρτυρεῖ Φ.

Τουτὶ τί ἐστιν; ὡς ἀνεκὰς τὸ κρίβανον.

Libri ὡς ἂν ἑκάστῳ τὸ κρ., quæ correxit Valck. Diatr. p. 285. « Atticos dixisse ἄνεκας, non ἀνεκὰς, tradit Apollonius De conj. p. 570, 26; cf. Joann. Alex. De accent. p. 38, 12. » *M.* Oratio fortasse ejus, qui mirabatur ignem flagrantem in inferiore parte domus, quum supra esset furnus.

83.

Idem Vesp. 289, ἐγχυτριεῖς : ἐπὶ (perperam libri ἀπὸ, mendo frequentiore) ἐκτιθεμένων παιδίων ἐν χύτραις (alius schol. : ἀντὶ τοῦ φονεύσεις, ἐκ τοῦ παρεπομένου), διὸ καὶ Σοφ. ἀποκτείνειν χυτρίζειν ἔλεγεν ἐν Πριάμῳ, καὶ Αἰσχύλος Λαΐῳ, καὶ Φ. « Exempla infantium in ollis expositorum habent Herodot. 1, 113, Aristoph. Thesm. 505, alii; cf. Lobeck. Aglaoph. p. 632. » *M.*

84.

Schol. Soph. El. 86, ὦ (?) γῆς ἰσόμοιρος ἀήρ : καὶ ταῦτα δὲ (malim δὴ, scilicet) Φ. παρῴδηκεν. « Itaque etiam alios Electræ (et aliarum Sophoclis tragœdiarum. *Both.*) versus parodia lusit Ph. » *M.*

85.

Schol. Iliad. 18, 26, μεγαλωστί : Ἀνακρέων ἱρωστί. Φ. ταχεωστὶ ἀντὶ τοῦ ταχέως. Omissum

70.

Non defricatus, neque lectis crinibus.

77.

Suo mihi soleas.

80.

Nihil singulatim divende, sed fuse sparge.

82.

Quid hoc rei est? nam supra est furnus.

in codice ταχεωστὶ addendum esse vidit Bergk. ad Anacr. p. 255. V. Schneider. Lex. v. Ἱερωστί.

86.

Suidas : Ἀδώνια συνεσταλμένως.

Ἀδώνι' ἄγομεν, καὶ τὸν Ἄδωνιν κλάομεν.

Φ. Similiter Draco Straton. p. 11. Utrobique libri Ἀδωνίαν ἄγομεν. Correxit jam Küsterus. Gramm. Bekker. Anecd. p. 345, 29, Ἀδώνια : βραχεῖαν ἔχει τὴν παραλήγουσαν, ὡς Ἀριστοφάνης (Pac. 408) καὶ Φ. διὰ τῶν μέτρων * μαρτυρεῖ, immo μάρτυρες, intellecto εἰσίν : alioqui dicendum fuit μαρτυροῦσι. In verbis καὶ κλάομεν conjunctionem καὶ vertas *et quidem* (v. Matth. Gr. § 607, ann. 6), quia his definitur tempus Adoniorum, quæ per octo dies continuos celebrabantur et duabus partibus constabant, quarum prior, quæ hic dicitur, vocabatur ἀφανισμὸς, h. e. tempus quod ablato ab hominibus adolescenti apud Proserpinam transigendum erat; posterior autem εὕρεσις, quo superis redditum amasium denuo in hortis vel templis suis inveniebat, ut fabulantur, Venus. Apollodorus Bibl. 3, 14, 4 : ὃν (Ἄδωνιν) Ἀφροδίτη διὰ κάλλος, ἔτι νήπιον, κρύφα θεῶν [εἰς λάρνακα κρύψασα] Περσεφόνῃ παρίστατο, ἐκείνη δὲ, ὡς ἐθεάσατο, οὐκ ἀπεδίδου· κρίσεως δὲ ἐπὶ Διὸς γενομένης εἰς μοίρας διῃρέθη ὁ ἐνιαυτὸς, καὶ μίαν μὲν παρ' ἑαυτῷ μένειν τὸν Ἄδωνιν, μίαν δὲ παρὰ Περσεφόνῃ, προσέταξε, τὴν δὲ ἑτέραν παρ' Ἀφροδίτῃ. ὁ δὲ Ἄδωνις ταύτῃ προσένειμε καὶ τὴν δίαν μοῖραν. Libri vitiose τὴν ἰδίαν μ. Δίαν, i. e. τοῦ Διός. Iliad. 9, 538, δῖον γένος, ubi schol. Διὸς θυγάτηρ. Sapiunt hæc carmen aliquod excerptum ab Apollodoro.

87.

Idem, Ἀμυστί [πιεῖν] : ἐπίρρημα. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν ἀπνευστὶ καὶ ἄνευ τοῦ ἀναπαύεσθαι (solœce libri ἄνευ ἀναπ.) πινόντων, οἱονεὶ μυσάντων. καὶ αὐτοῦ ἔχεται καὶ τὸ ἐξαμυστίσαι. λέγεται δὲ καὶ « ἀμυστίζειν », καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ. καὶ ἄμυστιν (ita Mein.; libri mendose ἀμυστί.) Φ. εἶπεν.

88.

Idem, Ἀνασπᾶν : τὸ ἀντλεῖν ὕδωρ.

Κάδους ἀνασπῶν

φησὶ Φ.

89.

Idem, Δήμαρχοι : οἱ κατὰ δῆμον ἄρχοντες· οὗτοι δὲ διεκόσμουν τὴν ἑορτὴν τῶν Παναθηναίων. (De demarchis v. Bœckh. Œcon. Att. 2, p. 47.) Φ.

Ὑπέδυσε δήμαρχός τις ἐλθὼν εἰς χορόν.

Libri vitiose et ordine verborum perverso Δήμαρχος : Φ. Ὑπέλυσε — χορόν. οἱ κατὰ — Παναθ. Alienum Ὑπέλυσε, merumque videtur ἁμάρτημα librarii Δ et Λ literas confundentis. Irriserit poeta demarchum, qui quum venisset in theatrum, non cepit sedem suam legitimam, sed choreutis se immiscuit ad nugandum cum aliquo eorum.

90.

Stobæus Flor. 116, 12, cum lemmate Φερεκράτους.

Ὦ γῆρας, ὡς ἐπαχθὲς ἀνθρώποισιν εἶ
καὶ πανταχῇ λυπηρὸν, οὐ καθ' ἓν μόνον·
ἐν ᾧ γὰρ οὐδὲν δυνάμεθ' οὐδ' ἰσχύομεν,
σὺ τηνικαῦθ' ἡμᾶς προδιδάσκεις εὖ φρονεῖν.

Latine Grotius :

O quam, senectus, tristis es mortalibus
et tædiosa, vel hac re præter cetera,
quod, quum deficiunt vires et valentia,
sapientiam tunc primum nos doctum venis!

Grot. versu 2, *vel ob hoc pr. c.*, occultato *hoc* pronomine. Ceterum recte Grotius, observante Meinekio, hæc separavit ab aliis sex versibus vulgo conjunctis, quos vide Chir. fr. 4.

91.

Zenobius 5, 3, Λυδῶν καρύκας : παροιμία,

Μήτε μοι Λυδῶν καρύκας, μήτε μαστίγων ψόφους.

ἔστι δὲ ἡ καρύκη βρῶμα Λύδιον ἐκ πολλῶν ἡδυσμάτων συνεστὸς καὶ αἵματος, ὡς Φ.

Ἀβυρτάκην τρίψαντα καὶ Λυδίαν καρύκην.

Vulgo Ἀμυρτάκην, quod Gaisford. correxit secundum B codicem. Gramm. Bekkeri An. p. 323, 26, Ἀβυρτάκη : ὑπότριμμα βαρβαρικὸν ἐκ δριμέων σκευαζόμενον, φημὶ ἐκ καρδάμων, καὶ σκορόδων, καὶ σινάπεως, καὶ σταφίδων, ᾧ πρὸς κοιλιολυσίαν ἐχρῶντο. Θεόπομπος Θησεῖ·

Ἥξει δὲ Μήδων γαῖαν, ἔνθα καρδάμων
πλείστων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκη.

ἔστι καὶ ἐν Κεκρυφάλῳ Μενάνδρου τοὔνομα. His Bergkius Comm. p. 306 addidit Antiphanem Leucade Polluc. 6, 66, Athen. 2, p. 68, et Alexidem Athen. 3, p. 12. « Metrum esse videtur Euripideum quod vocat Hephæstio 15, p. 94. » *Mein.*

92.

Zonaras Lex. p. 1030 : Θέρμη καὶ θέρμα. Φ.

86.
Adonia celebramus, et quidem Adonidem deflemus.

91.
Abyrtacen terentem et Lydiam carycam.

— Σκέψαι δέ μου
τὸ μέτωπον, εἰ θέρμην ἔχουσα τυγχάνω.

Θέρμη, non θέρμα, genuinos Atticos dixisse auctor est Phrynichus Epit. p. 331, ubi v. Lobeck.

93. 94.

Idem p. 1170 : λέγουσι δὲ καὶ καθίζανε. Φ.

Δεῖπνον παρασκεύαζε· σὺ δὲ καθίζανε.

Et p. 1171, ex eodem affert verbale καθεστέον.

95.

Idem p. 1745 : καὶ τρίτον ἔτος λέγουσιν (intell. οἱ Ἀττικοί), οὐχὶ τρίτῳ ἔτει. Φ.

— α. Πότε (τε) σὺ
ἤκουσας αὐτοῦ; β. Πρωπέρυσιν ἢ ʼτος τρίτον.

Immisimus τὲ et ἤ, quorum illo, quod hauserit τε syllaba, indiget versus, hoc ἢ ʼτος, pro ἔτος, sententia. Libri προπέρυσιν, sed Phrynichus Bekkeri p. 60, 32 : πρωπέρυσι διὰ τοῦ ω λέγουσιν οἱ Ἀθηναῖοι. Rectius videtur Meinekio πρωπέρυσιν.

IX.

TELECLIDES.

« Iisdem ferme temporibus, quibus Cratinus et Crates floruerunt, vixit *Teleclides* Atheniensis, acerbus Periclis adversarius, ut narrat Plutarchus Pericle c. 3 et 16, ubi qui afferuntur anapæsti (v. fragm. incert. 4) brevi post expulsum Thucydidem, Milesiæ filium, scripti videntur, h. e. post olymp. 83, 4 (a. 444 ante Chr. nat.). Idem Pericles ridetur propter κεφαλὴν ἑνδεκάκλινον fragmento inc. 6, qui locus, quemadmodum alter ille, fortasse ex *Hesiodis* petitus est, in qua fabula Periclis Olympii et Chrysillæ amores attigisse Teleclidem docet Athenæus 10, p. 436, F. Contra eximie favebat Niciæ : v. fragm. incert. 31. Fabulas docuit, si Anonymo De comœdia p. XIV fides, numero sex, in quibus fortasse fuit etiam ea quam spuriam veteres critici judicaverunt (v. fr. incert. 16). Tituli ipsi fabularum commemorantur quinque, Ἀμφικτύονες, Ἀψευδεῖς, Ἡσίοδοι, Πρυτάνεις, Στερροί, quarum Suidas v. Τηλεκλείδης exsignavit tres nonnisi ex Athenæo sibi cognitas, Ἀμφ., Πρυτ., et Στερρούς. » Ex Mein. Hist. crit. Com. p. 86, 87, cujus viri de singulis quæstionem criticam habes p. 87-90. Argumenta omnium harum fabularum ob paucitatem servatorum versuum obscura.

I. ΑΜΦΙΚΤΥΟΝΕΣ.

1.

Athen. 6, p. 268, B, appositis Cratini et Cratetis eclogis περὶ τοῦ ἀρχαίου βίου, ita pergit : βέλτιον δὲ τούτων (?) Τηλεκλείδης Ἀμφικτύοσι (sub persona Naturæ, nisi fallor) ·

Λέξω τοίνυν βίον, ἐξ ἀρχῆς ὃν ἐγὼ θνητοῖσι παρεῖχον.
Εἰρήνη μὲν πρῶτον ἁπάντων ἦν ὥσπερ ὕδωρ κατὰ χειρός·
ἡ γῆ δ' ἔφερ' οὐ δέος, οὐδὲ νόσους, ἀλλ' αὐτόματ' ἦν τὰ δέοντα·
οἴνῳ γὰρ ἅπασ' ἔρρει χαράδρα, μᾶζαι δ' ἄρτοις ἐμάχοντο
περὶ τοῖς στόμασιν τῶν ἀνθρώπων, ἱκετεύουσαι * καταπίνειν,
εἴ τι φιλοῖεν τὰς λευκοτάτας· οἱ δ' ἰχθύες οἴκαδ' * ἰόντες
ἐξοπτῶντες σφᾶς αὐτοὺς ἂν παρέκειντ' ἐπὶ ταῖσι τραπέζαις.
Ζωμοῦ δ' ἔρρει παρὰ τὰς κλίνας ποταμὸς κρέα θερμὰ κυλίνδων·
ὑποτριμματίων δ' ὀχετοὶ τούτων τοῖς βουλομένοισι παρῆσαν,

92.

— Tenta vero mihi frontem, an caleam.

93.

Cœnam appara; tu vero conside.

94.

Considendum.

95.

— a. Et quando tu
id ex eo audisti? b. Intra biennium vel triennium.

AMPHICTYONES.

1.

Dicam igitur de vita, quam initio paravi mortalibus.
Pax quidem primum omnium fuit velut aqua manui (lavandæ);
terra autem nihil metuendum gignebat, nec morbos, sed sponte aderant necessaria.
Vino enim fluebat torrens, mazæque cum panibus pugnabant
de oribus virorum, rogantes ut se inderent,
si forte candidissima amarent; piscesque domum euntium
se ipsi assantes adjacebant in mensis.
Jusculi autem cubilia circumstrepebat flumen carnes calidas volvens,
et intritorum rivi cupientibus occurrebant,

ὥστ' ἀφθονίᾳ τὴν ἔνθεσιν ἦν ἄρδονθ' ἁπαλὴν καταπίνειν.
Λεκανίσκαισιν δ'* ἀνάπαιστα παρῆν ἡδυσματίοις κατάπαστα·
ὀπταὶ δὲ κίχλαι μετ' ἀμητίσκων εἰς τὸν φάρυγ' εἰσεπέτοντο,
τῶν δὲ πλακούντων ὠστιζομένων περὶ τὴν γνάθον ἦν ἀλαλητὸς,
μήτρας δὲ τόμοις καὶ χναυματίοις οἱ παῖδες ἂν ἠστραγάλιζον·
οἱ δ' ἄνθρωποι πίονες ἦσαν τότε καὶ μέγα χρῆμα γιγάντων.

« Versum 1 cum Aristoph. Nub. 960 permiscuit Sextus Empir. 6, p. 359, qui scriptor etiam alias hoc modo errat : v. Porson. ad Phœniss. 367, Hermann. ad Viger. p 919. V. 2 Photius Lex. p. 144, 20, et Suidas : τὸ ῥᾷστον πάντων καὶ εὐχερέστατον κατὰ χειρὸς ὕδωρ καλοῦσιν. οὕτως Τηλεκλείδης ἐν Ἀμφικτύοσιν « Εἰρήνη — κατὰ χειρῶν, » sive potius κατὰ χειρὸς, ut constanter dixerunt veteres illi et genuini Attici. Neque id ipsum fugit Photium, qui alio loco sic : κατὰ χειρὸς ὕδωρ λέγουσιν, οὐ κατὰ χειρῶν, οὐδὲ ἐπὶ χεῖρας, οὐδὲ ἄλλως πως. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 327. » *Ex Mein.* V. 3 δέος, *metum*, *terrorem*, i. e. herbam venenosam aut animal noxium, etc. V. 5. Infans esset Tel., si bis intra spatium paucorum versum idem vocabulum usurpasset. Scribamus καταπέμπειν. V. 6 ἰόντες, quasi pisces dicerentur : ponendum οἴκαδ' ἰόντων, domum euntium (vesperi) hominum; ω et ες confusis, ut apud Apollodorum 1, 8, 2, ubi libri Μελέαγρος δὲ, ἀνὴρ ἄτρωτος καὶ γενναῖος γενόμενος, Heyneo rem aliunde incognitam mirante, quum vix dubium sit quin Apollodorus dixerit ἄτρεστος, perperamque Zenobius omiserit verba, jam tunc corrupta, ἄτρωτος καὶ, quæ emendata in suspicionem glossematis inducunt addita καὶ γενναῖος. V. 11 vulgo λεκανίσι, καὶ σίδ'. Probabiliter Mein. λεκ. δ' ἂν ψαιστὰ, « in quo, inquit, ἂν eodem modo positum est, ut v. 7 et 14. » V. 12. Athen. 2, p. 64, F : Κίχλαι. καὶ τούτων ἦσαν καὶ ἄλλων ὀρνίθων ἀγέλαι ἐν τοῖς προπόμασι. Τηλ. « Ὀπταὶ.... εἰσεπ. » Idem 14, p. 644, F : Ἴωνες δὲ ἄμην αὐτὸν (τὸν ἄμητα) καλοῦσι, καὶ τοὺς μικροὺς ἀμητίσκους, Τηλ. « Αὐτόμαται (sic) — εἰσεπ. » Omnibus his locis libri φάρυγγ', et v. 14 ἀνεστραγάλιζον, quod correxit Schweigh.

2.

Idem 3, p. 82, B : φαυλίων δὲ μήλων μνημονεύει Τηλ. ἐν Ἀμφ. οὕτως·

Ὦ τὰ μὲν κομψοὶ, τὰ δὲ φαυλότεροι
φαυλίων μήλων!

« Locus fortasse ex parabasi sumptus. Quod phauliis malis φαυλοτέρους chorus dicit spectatores, quos alloquitur, id non ad vilitatem, sed ad morum simplicitatem spectare intellexit Schweigh., comparato nobilissimo fragmento Euripidis,

Φαῦλον ἄκομψον τὰ μέγιστ' ἀγαθόν.

(Malim ambiguo vitato τὸ μέγ., h. e. τὸ βέλτιστον. *Both.*) Dio Chrysostomus Orat. 67, p. 360 : φαύλως τε καὶ ἀκόμψως ἀποφήνασθαι. Julianus Orat. 2, p. 54, A : φαῦλος καὶ ἄκομψος θεατής. » *Ex M.* V. Schneideri Lex. v. Φαύλιος. De φαυλίαις, olivarum genere grandissimo, sed minimi succi, Plinius H. N. 15, 3.

3.

Idem ib. p. 75, B : τῶν δὲ καλουμένων φιβαλέων σύκων πολλοὶ μὲν μέμνηνται τῶν κωμῳδιοποιῶν,.... Τηλ. δ' ἐν Ἀμφ.

Ὡς καλοὶ καὶ φιβαλέοι!

« Attica forma fuerit φιβαλέῳ. Annotavit Schweigh., id etiam recte observans, Teleclidis verba non de ficubus, sed de hominibus intelligenda esse; quam in rem laudat schol. Ar. Acharn. 802 : καὶ τοὺς ἰσχνοὺς τῶν ἀνθρώπων φιβάλεις (sic) καλοῦσι. Pro ὡς fortasse legendum (?) ὦ, ut fr. 2. » *Mein.*

4.

Photius p. 504, 25, Σεῖσαι : τὸ συκοφαντῆσαι, ἀπὸ τῶν τὰ ἀκρόδρυα σειόντων. Τηλ. Ἀμφ. « Ἀλλ' ὡς πάντων* δὲ τῶν λῷστοι σεῖσαι καὶ προσκαλέσαντες

---

quibus rigantes buccam teneram deglutirent.
Tum in patellis jacebant placentæ dulcibus conspersæ,
assatique turdi cum panibus ex lacte subactis in guttur involabant,
et liberorum se trudentium circa maxillas erat ululatus;
matricumque frustis ac secamentis, ceu talis, ludebant pueri;
homines vero pingues erant tunc et magni gigantes.

2.

O partim elegantes, partim viliores
phauliis malis!

3.

O venusti et ficulnei!

παύσασθαι δικῶν ἀλληλοφάγων. » Meinek.: « Non minus corrupte Suidas v. Σεῖσαι. Correxit Porsonus Miscell. p. 287 :

Ἀλλ' ὦ πάντων ἀστῶν λῷστοι σεῖσαι καὶ
προσκαλέσασθαι,
παύσασθε δικῶν ἀλληλοφάγων. »

Quæ probo præter istud ἀστῶν, quod abhorret a scriptura codicis, vixque dubites quin Tel. dixerit πάντων δὴ ἐτῶν, vel δὴ 'τῶν, i. e. πολιτῶν : v. Aristoph. Plut. 1079, Schneider. Lex. v. Ἔτης, etc. Iliad. 7, 295 : ἔτας καὶ ἑταίρους.

5.

Pollux 10, 164 : Τηλεκλείδου ἐν Ἀμφ. εἰπόντος

Δουλοπόνηρον ῥυπαρὸν σκόλυθρον,

κάτοπτρον ἔνιοι ἀκούουσιν. « Vulgo κόλυθρον, codex Falckenb. σκέλυθρον. Idem pro κάτοπτρον habet κάτυστρον. Hemsterh. conjecit καθιστήριον, sed verisimilius est κάναστρον, sive κάνυστρον, quam formam e catalogo τῶν δημιοπράτων exsignavit Pollux 10, 86. » *E M.*

6.

Schol. Aristoph. Av. 988 : Σύμμαχος δὲ καὶ μανιώδη φησὶ τὸν Διοπείθη, τὸν ῥήτορα, ὡς καὶ Τηλ. ἐν Ἀμφ. δῆλον ποιεῖ. « De Diopithe v. Lobeck. Aglaoph. p. 981. » *Mein.*

7.

Athen. 8, p. 335, A. Ἰχθύων, ὄνομα κύριον, οὗ μνημονεύει Τηλ. ἐν Ἀμφ. Similia nomina Mein. commemoravit *Ichthyam* Diog. Laert. 2, 10, 8, et *Ichthyn* Athen. 8, p. 346, E.

8.

Idem 14, p. 619, A : καὶ τῶν μισθωτῶν δέ τις ἦν ᾠδὴ τῶν ἐς τοὺς ἀγροὺς φοιτώντων, ὡς Τηλ. φησὶν ἐν Ἀμφ.

9.

Gramm. Bekkeri Anecd. p. 464, 30, et Suidas, Αὐτίτην : τὸν αὐθιγενῆ (Suid. αὐτογενῆ) οἶνον. Ἀμφ. Τηλ. « V. Casaub. ad Athen. 1, p. 31, E. » *Mein.* Idem Hist. crit. Com. p. 87 : « De tempore quo acta est hæc comœdia, id certe tenemus, factum esse ante acta Θηρία Cratetis, qui olymp. 88, 4 (424 ante Chr.) jam obierat. »

II. ΑΨΕΥΔΕΙΣ.

1.

Pollux 10, 68 : τὸ δὲ σύστομον ὄνομα φιλήματός ἐστιν, ἐν τοῖς Τηλεκλείδου Ἀψευδέσι μετ' ἄλλων πολλῶν εἰρημένον.

2.

Idem ib. 98 : ἀλλὰ μὴν καὶ τήγανον ἔχοις ἂν εὑρεῖν .... ἐν Τηλεκλείδου Ἀψ.

Τὰ δὲ τήγανα ζέοντά σοι μολύνεται.

Cod. Falck. τὰ δὲ τηγανασίζοντα, unde facile exsculpas Τὰ δὲ τηγάνοις (Bentl. τηγάνῳ) σίζοντά σ. μ. Glossema est ζέοντα.

3.

Hesych. Δρεπτόν : εἶδος φιλήματος, ὡς Τηλ. Scriptor incertus Etym. M. p. 287, 28 : καὶ τὸ δρεπτὸν ἐσκευώρηται παρὰ σοῦ φίλημα. Scripserim restitutis partibus senariorum, facilique emendatione,

Καὶ τὸ δρεπτὸν ἦν σκευωρία
παρὰ σοῦ φίλημα.

Insidiosum fuisse ait ille, quisquis fuit, in fabula meretricis vel amasii alicujus osculum δρεπτόν, quo plus solito ab se auferret. Fuit igitur τὸ δρεπτὸν exquisitum lasciviusque aliquod genus osculi, de quo inquirere, si vacat, jubeo amatores. « Eustath. ad Odyss. p. 1880 : χύτραν ἔλεγον εἶδός τι φιλήματος, καθὰ καὶ δράπετον (leg. δρεπτόν) καὶ παιδάριον. Ad Ἀψευδεῖς retuli propter Pollucis locum fr. 1. » *Mein.*

4.

Eandem fabulam respicit schol. Aristoph. Vesp. 506, emendatus a Meinekio : ζῆν βίον γενναῖον ὥσπερ Μόρυχος : πρὸς τὸν τοὺς Ἀψευδεῖς ποιήσαντα, ὅτι τὸν Μόρυχον τῶν πολιτικῶν πεποίηκε μετέχοντα πραγμάτων, ἀγνοήσας ὅτι τρυφερὸς καὶ ἡδύβιος κωμῳδεῖται. Hinc (addit Meinek.) suspicor ad Ἀψευδεῖς referendum esse fragm. inc. 16.

III. ΗΣΙΟΔΟΙ.

« Minus recte Ἡσίοδος Antiatt. p. 91, 4; 110, 25, Suidas v. Οὐδαμῇ, et schol. Aristoph. Av. 1182, ubi Proxenidem sugillatum esse hac in fabula discimus. Ibidem Tel. graviter notavit Androclem, testante schol. Veneto ad Vesp. 1182, Nothip-

---

4.

At vos, omnium popularium optimi ad turbandum [et accusandum,
finite lites, quibus alter alterum devorat!

VERACES.

1.

Et in catinis stridentia fœdantur tibi.

3.

— (Carptumque dolus fuit tuum osculum.)

pum Tragicum, gulositate infamem, ut narrat Athen. 8, p. 344, D, et Philoclem, Æschyli ex sorore nepotem secundum Aristophanis schol. Thesm. 168. » *E Mein.* Hist. crit. Com. p. 88.

1.

Schol. Ar. Thesm. 168, de Philocle : μικρὸς καὶ αἰσχρός. καὶ Τηλ. Ἡσιόδοις « Ἀλλ' ἡ τάλαινα Φιλοκλέα. β δεν (in codice λελύθημαι δθεν literis prope evanidis cerni videtur) οὖν, εἰ δ' ἐστὶν Αἰσχύλου φρόνημ' ἔχων. » Scriptura codicis manca, et corrupta, quam fuit quum restituere mihi viderer sic scribendo :

α. Ἀλλ' ἡ τάλαινα Φιλοκλέος. β. Τίς ὅδ'; α. Οὐδὲν οὖν·
εἰ δέ τις ἄν, εἶεν Αἰσχύλου φρόνημ' ἔχων.

Soror Æschyli beatam se dixerit propter fratrem celeberrimum, sed miseram matrem filii ignavi.

2.

Athen. 3, p. 87, A : Τηλ. δ' ἐν Ἡσ. κόγχη φησὶ διελεῖν. » Ita optimi libri; deteriores κόγχην, ut Photius (patriarcha Constantinop., qui obiit 891 post Chr. nat. *Both.*) Κόγχην διελεῖν : ἐπὶ τῶν ῥᾳδίων. Sed Tel. videtur tale quid dixisse : τὸ πρᾶγμά ἐστι κόγχη διελεῖν. » *E M.* Durior hæc ratio, potestque ut forte κόγχῃ (i. e.—ην) in κόγχη abierit apud Athenæum.

3.

Idem 8, p. 344, D : ὅτι δὲ οὗτος ἦν ὁ ποιητὴς (Nothippus), σαφῶς παρίστησι Τηλ. ἐν Ἡσ.

4.

Idem 10, p. 436, F : ἧς καὶ Περικλέα τὸν Ὀλύμπιον ἐρᾶν φησι Τηλ. ἐν Ἡσ. « Chrysillam dicit Corinthiam, Teleæ filiam, Ionis Chii amicam. Ad Periclem spectant etiam incertarum fabularum fragmenta 4, 5 et 6, quæ et ipsa fortasse ad Hesiodos revocanda sunt. Cognominis Ὀλύμπιος alii aliam causam afferunt, sapientiam Plutarchus Cons. Apoll. p. 118, E, eloquentiæ vim Diodorus Sic. 11, 40, animi robur Valerius Max. 5, 10. Rectius hæc omnia conjuncta valuisse dicas. » *Mein.* Immo potentia inprimis significatur eo cognomine Periclis, sicut Jovis apud Homerum Il. 15, 131, et alias; de quo v. cum illa tum Iliad. 8 initio, etc. Eadem de causa Æschylus non modo Jovem, sed generatim deos vocat Ὀλυμπίους, et parodia ridicula Aristoph. Av. 130, Thesm. 914.

5.

Schol. Aristoph. Av. 1126 : Προξενίδης ὁ Κομπασεὺς [καὶ Θεαγένης] ἔπαιξε παρὰ τὸν κόμπον· προείρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἀμφοτέρων, ὅτι κομπασταί. Τηλ. δ' ἐν Ἡσιόδῳ (sic) ὡς* παρειμένον τῷ σώματι κωμῳδεῖ * αὐτόν. Meinek. : « Non apparet utrum Proxenidem dicat, an Theogenem. » Utrumque, puto, siquidem verisimile est, scholiasten scripsisse παρειμένων αὐτῶν, et absolute usurpasse τὸ κωμῳδεῖ. V. ipse Mein. Hist. crit. Com. p. 527.

6.

Photius p. 356, 7, item Antiatt. p. 110, 25, et Suidas, Οὐδαμῇ : ἀντὶ τοῦ οὐδαμόθι. Τηλ. Ἡσιόδῳ (sic).

7.

Antiatt. p. 91, 4 : Διενεγκεῖν ἀντὶ τοῦ προσπαλαίειν. Τηλ. Ἡσιόδῳ (sic).

8.

Schol. Venet. Ar. Vesp. 1182 : Ἀνδροκλέα δὲ Κρατῖνος Σεριφίοις φησὶ δοῦλον καὶ πτωχὸν, ... Τηλ. δὲ ἐν Ἡσιόδοις (codex ἐν τοῖς δυσ, quod correxit Dindorf. Fragm. Aristoph. p. 4) καὶ Ἐκφαντίδης βαλλαντιοτόμον.

IV. ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ.

1.

Schol. Ar. Vesp. 836 : ἀλλ' ἔοικεν ὁ Λάβης ὠνοματοπεποιῆσθαι ἁπλῶς, καθάπερ ὁ Δάκης ὁ παρὰ Τηλεκλείδῃ ἐν Πρυτάνεσι

Δάκης τίς ἐστιν, ὅντιν' ἀνθρώπων ὁρᾷ.

Perperam libri ὁρᾷς.

2. 3.

Athen. 11, p. 485, F, de λεπαστῇ dicens : Νίκανδρος δ' ὁ Θυατειρηνὸς « Κύλιξ, φησὶ, μείζων, » παρατιθέμενος Τηλεκλείδου ἐκ Πρυτάνεων

Καὶ μελιχρὸν οἶνον ἕλκειν ἐξ ἡδυπνόου λεπαστῆς,
τυρὸν ἐπεσθίοντα.

Versum 2 cum primo conjungi jussit perquam

HESIODI.

1.

a. Sed misera fui propter Philoclem. b. Quis ille? a. Nullus scilicet;
sin quisquam, fuerit Æschylo similis superbia.

PRYTANES.

1.

Δάκης est, quemcunque hominum videt.

2. 3.

Et mellitum vinum potare ex suaveolente calice,
caseo simul comeso.

verosimili conjectura Bergk. Commentt. p. 327, laudatum illum Athenæo 4, p. 170, D : ἐπεσθίειν εἴρηκε Τηλ. Πρ. οὕτως « Τύριον (immo τυρὸν) ἐπεσθίοντα. » Ἡδυπνόου libri, nec mutandum est in carmine. Soph. El. 452, in stropha ἀδυπνόων — ὀνειράτων.

4.

Idem 9, p. 370, B : καὶ Τηλ. Πρ. « Ναὶ μὰ τὰς κράμβας » ἔφη. De juramento per cramben Ananii, Hipponactis, Eupolidis testimonia cum illo profert Athenæus.

5.

Idem 12, p. 553, E : καὶ τὸν ἐπὶ Θεμιστοκλέους δὲ βίον Τηλ. ἐν Πρ. ἁβρὸν ὄντα παραδίδωσι. Consentaneum fuit, facilius vivere Athenienses sub Themistocle, Persarum victore duabus naumachiis, qui navale et muros Athenarum exstruxit, commercioque ditabat populum ; v. Pausan. 1, 1, 36 ; 8, 52.

6.

Hesych. * Δορυφόνον : τὸν δολοφονοῦντα. Ἀριστοφ. Δαιδάλῳ. ὅτι δὲ * Φιλόκτητος (v. Mein. Hist. crit. Com. p. 88, 89, qui Φιλοκλῆς restituit) τῇ λέξει ἐχρήσατο πρῶτος, δηλοῖ Τηλ. ἐν Πρυτανεῦσι (sic).

7.

Photius Lex. p. 480, 25, et Suidas, Ῥαγδαίους : κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τῶν ὄμβρων τοὺς κεκινημένους, καὶ σφοδρούς, καὶ βιαίους..... ἔστι καὶ ἐν Πρ. Τηλεκλείδου τὸ ὄνομα.

8.

Pollux 7, 135 : ὀρνιθοθηρᾶν Τηλ. εἴρηκεν ἐν Πρ.

Εὐχροεῖν, ὀρνιθοθηρᾶν, σωφρονεῖν.

9.

Harpocr. p. 61, 9 : Τηλ. δ' ἐν τοῖς Πρυτάνεσι (sic Maussacus ; libri ἐν τῷ Πρυτανείῳ) δι' ἡμέρας εἶπεν ἀντὶ τοῦ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας.

V. ΣΤΕΡΡΟΙ.

1.

Athen. 9, p. 399, C : Οὖθαρ. Τηλ. Στερροῖς·

Ὡς οὖσα θῆλυς εἰκότως οὖθαρ φορῶ.

« Idem versus rursum apponitur ab Athenæo 14, p. 656, E, ubi legitur φέρω. Videtur Tel. in hoc dramate virum induxisse mulieris habitu, quod imitatus fuerit Aristophanes in Thesmophoriazusis. » *E M.*

2.

Idem ib. p. 639, A : Τηλ. δ' ἐν τοῖς Στ. καὶ περὶ μοιχείας ἀναστρέφεσθαί φησιν αὐτόν. Gnesippum poetam dicit ; de quo ad Cratini fr. Βουκόλων 2.

3.

Idem 14, p. 648, E : τοῦ δὲ ἀμύλου μνημονεύει Τηλ. ἐν Στ., οὑτωσὶ λέγων·

Φιλῶ πλακοῦντα θερμόν, ἀχράδας (δ') οὐ φιλῶ,
χαίρω λαγῴοις ἐν ἀμύλῳ καθημένοις.

Fortasse ponendum est vitato asyndeto inutili χαίρω τε λαγ. In priore versu addidi δ'. Cf. Pherecr. fr. Metall. 1, 16.

4.

Schol. Aristoph. Pac. 1040 : θυλήματα τὰ τοῖς θεοῖς ἐπιθυόμενα ἄλφιτα· ἐπιρραίνεται δὲ οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ. Τηλ. Στ.

Ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, κάπτε τῶν θυλημάτων!

TELECLIDIS INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

1.

Plutarchus Nicia c. 4, de hoc ipso : ἐδίδου γὰρ οὐχ ἧττον τοῖς κακῶς ποιεῖν δυναμένοις ἢ τοῖς εὖ πάσχειν ἀξίοις. ... Τηλ. μὲν γὰρ εἴς τινα τῶν συκοφαντῶν ταυτὶ πεποίηκε·

Χαρικλέης μὲν οὖν ἔδωκε μνᾶν, ἵν' αὐτὸν μὴ λέγῃ
ὡς ἔφυ τῇ μητρὶ παίδων πρῶτος ἐκ βαλλαντίου·
τέτταρας δὲ μνᾶς ἔδωκε Νικίας Νικηράτου·

8.

Bono colore esse, aves venari, frugi vivere.

STERILES (vel DURI).

1.

Quum sim mulier, convenienter uber fero.

3. [non amo,

Amo placentam calidam, piros (autem) silvestres
gaudeoque leporibus, qui amylo insident.

3.

O rex Mercuri, devora victimas!

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Charicles quidem dedit minam, ne diceret
eum primum matri genitum esse ex sacco ;
quattuor autem minas dedit Nicias, Nicerati filius ;

ὧν δ' ἕκατι τοῦτ' ἔδωκε καίπερ εὖ εἰδὼς ἐγὼ
οὐκ ἐρῶ· φίλος γὰρ ἀνήρ, σωφρονεῖν δέ μοι δοκεῖ.

Versu 1 libri Χαρικλῆς. Recte Reisig. Conjectt. p. 63, et Bergk. Commentt. p. 328, Χαρικλέης, quod ipse versus monstrabat. « De Chariele, primum popularis libertatis propugnatore fortissimo, postea vero optimatium imperii studioso, scriptorum locos apposuerunt Droysen. Comment. de Aristoph. Av. p. 27, et Bergk. l. l. » *M.* V. 2 libri βαλαντίου.

2.

Vita Euripidis apud Elmslejum ed. Baccharum p. 172 Lips. : δοκεῖ αὐτῷ καὶ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος καὶ Μνησίλοχος συμπεποιηκέναι τινά, ὥς φησι Τηλ. « Μνησίλοχος δὲ ἐκεῖνος Φρυγικόν τι δρᾶμα καινὸν Εὐριπίδῃ καὶ Σωκράτης ὑποτίθησι. » Diog. Laert. 2, 18 : ἐδόκει δὲ (Socrates) συμποιεῖν Εὐριπίδῃ. ὅθεν Μνησίλοχος οὕτω φησὶ « Φρύγες ἐστὶ καινὸν δρᾶμα τοῦτ' Εὐριπίδου, ᾧ καὶ Σωκράτης τὰ φρύγαν' ὑποτίθησιν ». His utriusque grammatici conjunctis atque emendatis, quum Dindorfius Fragm. p. 23, assentiente Meinekio, scripsisset Μνησίλοχός ἐστ' ἐκεῖνος, ὃς φρύγει τι δρᾶμα καινὸν etc., probabiliore ratione nos :

Ὁ Μνησίλοχος δ' ἐκεινοσὶ φρύγει τι δρᾶμα καινὸν
Εὐριπίδῃ, καὶ Σωκράτης τὰ φρύγαν' ὑποτίθησιν.

« Intellexit Dind., de fabula Euripidis agi, quæ nunc ipsum, fortasse in ædibus Euripidis conspectis, præpararetur. De Mnesilocho, Euripidis socero, satis constat e Thesmophoriazusis. » *E M.*

3.

Porro Diogenes l. l. : καὶ πάλιν « Εὐριπίδης σωκρατογόμφους » καὶ Καλλίας Πεδήταις·

α. Τί δὴ σὺ σεμνὴ καὶ φρονεῖς οὕτω μέγα;
β. Ἔξεστι γάρ μοι· Σωκράτης γὰρ αἴτιος.

Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Εὐριπίδης δ', ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν
τὰς περιλαλούσας, οὗτός ἐστι, τὰς σοφάς,
τὰς σωκρατογόμφους.

Huc enim illud σωκρατογόμφους referendum esse vidit Dindorf., ceterum audaciore conjectura omnia hæc Aristophanea Teleclidæ attribuens, sic scripta :

Εὐριπίδης δ' ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν
τὰς σωκρατογόμφους οὗτός ἐστι τὰς σοφάς.

« Cf. Hermann. præf. Nub. p. 19. Utrumque fragmentum fortasse ad Hesiodos revocandum est. » *Mein.*

4.

Plutarchus Pericle c. 16, de Periclis potentia : κακοηθῶς (αὐτὸν) παρεμφαίνουσιν οἱ κωμικοί, Πεισιστρατίδας μὲν νέους τοὺς περὶ αὐτὸν ἑταίρους καλοῦντες, αὐτὸν δ' ἀπομόσαι μὴ τυραννήσειν κελεύοντες, ὡς ἀσυμμέτρου πρὸς δημοκρατίαν καὶ βαρυτέρας περὶ αὐτὸν οὔσης ὑπεροχῆς· ὁ δὲ Τηλ. παραδεδωκέναι φησὶν αὐτῷ τοὺς Ἀθηναίους

Πόλεών τε φόρους, αὐτάς τε πόλεις, τὰς μὲν δεῖν, τὰς δ' ἀναλύειν,
λάϊνα τείχη τὰ μὲν οἰκοδομεῖν, τὰ δ' ἂν αὖτε πάλιν καταβάλλειν,
σπονδάς, δύναμιν, κράτος, εἰρήνην, πλοῦτόν τ', εὐδαιμονίαν τε.

Versu 2 codd. hiantes τὰ δὲ αὐτά. Nihil verisimilius quam elegans illud ἂν forte neglectum esse ante αὖ- simile, quod sequitur. Cf. Pherecr. Κορ. 1. Meinek. posuit τάχα δ' αὐτὰ π.

5.

Herodianus Περὶ μονήρους λέξεως p. 17, 10, de vocabulo δοθιήν : Τηλ.

Ὅδ' ἀπ' Αἰγίνης νήσου χωρεῖ δοθιῆνος ἔχων τὸ πρόσωπον.

Codex ὅδ' ἀπ' Αἰγιύνης οὐ χ. δοθειῆνος ἐχ. τὸ πρ. Correxit L. Dindorf. Fortasse ὁ δ' ἀπ' scribendum. Periclem intelligendum videri annotavit Bergk. Commentt. p. 331.

6.

Plut. Pericle c. 3 : Τηλ. δὲ ποτὲ μὲν ὑπὸ τῶν πρα-

---

sed, hoc cur dederit, quamvis sciens ego
non dicam : amicus enim vir est, et sapere mihi videtur.

1 2.

Mnesilochus autem ille frigit novum aliquod drama
Euripidi, et sarmenta Socrates supponit.

3.

Hic est ille Euripides qui tragœdias facit
a Socrate compactas, philosophas.

4.

Urbium reditus, ipsasque urbes, alias vinciendas, alias solvendas,
lapideos muros modo ædificare, modo rursus diruere,
pacta, potentiam, victoriam, pacem, opulentiamque et felicitatem.

5.

Ille ab Ægina insula venit, furunculi habens faciem.

γμάτων ἠπορημένον καθῆσθαί φησιν αὐτὸν (Periclem) ἐν τῇ πόλει χαρηβαροῦντα, ποτὲ δὲ μόνον ἐκ κεφαλῆς ἐνδεκακλίνου θόρυβον πολὺν ἐξανατέλλειν. Pollux 2, 41 : χαρηβαρικὸν τὸ πάθος Τηλ., τὸ δὲ ὑπὸ μέθης καρηβαρεῖν « χαρηβαριᾶν » Ἀριστοφάνης. Versus illi sic habuerint :

Αὐτὸν δ' ἀποροῦντα χαρηβαρικὸν φημί ποθ'
ἧσθαι, ποτὲ δὴ δὲ
μόνον ἐκ κεφαλῆς ἐνδεκακλίνου θόρυβον πολὺν
ἐξανατέλλειν.

V. 1 δὴ δὲ, ut Ar. Eccles. 195, 314; cf. fr. 8. Ἐνδεκ., h. e. tam grandis, ut undecim stratis indigeat Pericles, in quibus accumbat.

7.

Athen. 2 p. p. 56, D, de δρυπεπέσιν ἐλάαις disserens : καὶ χωρὶς δὲ τοῦ φάσκειν ἐλάας αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἔλεγον δρυπεπεῖς. Τηλ.

Ξυγγενέσθαι διὰ χρόνου μ' ἐλιπάρει
δρυπεπέσι καὶ μάζαισι διασκανδικίσαι.

Versu 1 Toupius Emend. 2, p. 563, supplebat Καί. Tum libri vulgo λιπαρείτω μου vel λιπαρεῖτό με, corrigente Porsono Append. ad Toupii Emend. p. 491. V. 2 vulgo δρυπ. μάζαις καὶ διασκ., quasi δρυπεπεῖς μᾶζαι dicerentur h. l., ut apud Cratinum Plut. 2, contra mentem Athenæi. Non male igitur Mein. δρυπ., καὶ μάζαις διασκ. Nos lenioribus numeris μάζαισι. Nuper Meinekius ζωμίοις, δρυπεπέσι, μάζαις, καὶ δ. « Διασκανδικίζειν, quo etiam Aristoph. Eq. 19 usus est, proprie quidem significat διευριπιδίζειν, h. e. *more euripideo garrire;* sed potuit id Tel. simpliciter dicere pro διαλέγεσθαι et μάζαις διασκ. pro *mazis vesci*, ut Aristoph. Eq. 803, στεμφύλῳ εἰς λόγον ἐλθεῖν, *olivis vesci*. Ceterum δρυπ. per se olivas maturas dixit etiam Callias Athen. 2, p. 57, A :

Γογγυλίδες, ῥάφανοι, δρυπεπεῖς, ἐλατῆρες. » *M.*

8.

Gramm. Bekkeri Anecd. p. 418, 15 : Ἀπαρτὶ παρ' Ἡροδότῳ σημαίνει τὸ ἀπαρτισμένως καὶ ἀκριβῶς. .... τάχα δὲ ὁ Τηλ. ὁμοίως τῷ Ἡροδότῳ κέχρηται·

— Σὺ δὴ δὲ, φρόνιμος αὐτὸς ὢν
ἀπαρτὶ ταύτης τῆς τέχνης.

Δὴ immisso metrum sarcivimus. Cf. fragm. 6. Meinek. : « Possis σὺ δέ γε, sed videtur alia corruptela latere. »

9.

Phrynichus Epit. p. 376, et Thomas Mag. p. 291 : οἱ δ' ἀρχαῖοι περίστασιν λέγουσι τὴν διά τινα τάραχον παρουσίαν πλήθους.... μάθοις δ' ἂν Τηλεκλείδου λέγοντος ὧδε·

Τίς ἥδε κραυγὴ καὶ δόμων περίστασις;

10.

Etym. M. p. 755, 46 : Τηλ.

Πάντες δὲ τευτάζουσιν οἱ διάκονοι·

ἀντὶ τοῦ πραγματεύονται καὶ σκευωροῦνται. Eadem habent Suidas et Photius v. Τευτάζειν.

11.

Suidas : Τάδ' οὐ παρὰ Κενταύροισι λεγόμενόν τι ἦν. Τηλ. * « τισι τῶν δυνατῶν τι κέλευ'· οὐ γὰρ παρὰ Κενταύροισιν. » Similiter Photius p. 565, 7, et 613, 1, quo postremo loco Τηλεκλείδης τισι omissum est. Porsonus Advers. p. 266 :

Τί σύ; τῶν δυνατῶν τι κέλευ'· οὐ γὰρ παρὰ
Κενταύροισι τάδ' ἐστίν·

quorum admodum placet τί σύ; adjectis autem τάδ' ἔστιν facile carebimus, ἀκεφάλῳ relicto versu.

12, a, b.

Antiatt. p. 107, Μόμφιν : ἀντὶ τοῦ μέμψιν. Τηλ. « Lege μόμφον (?) vel μομφήν. Phot. p. 257, 26, * μέμφειραν : τὴν μέμψιν. Τηλ. Fortasse μέμπτειραν, τὴν μεμφομένην » *Mein.* Utraque vox inusitata est, satis autem frequentia ει et ω, λ et ρ confusa : quare malim equidem μεμφωλὰν dorice, vel μεμφωλήν, quod exstat apud Hesychium.

13.

Gramm. Bekkeri An. p. 371, 32 : Ἀχροκώλια δίεφθα. Τηλ. Male codd. Ἀχροχώλια : δίεφθα. Sensit Mein. Pherecrates Μεταλλ. fr. 1, 13, δίεφθ' ἀχροκώλια.

6.

Illum, inopem consilii, gravi capite modo sedere
arbitror, modo autem sane
solum ex capite undecim stratorum magnum tumul-
[tum excitare.

7.

Orabat me, ut tandem convenire posset
maturis olivis et garrire cum mazis ad modum Eu-
[ripidis.

8.

Tu vero scilicet, quum ipse inprimis
gnarus sis hujus artis.

9.

Quisnam hic clamor et cur domum circumstant?

10.

Omnes autem insidiose agunt ministri.

11. [tauros (aguntur).

Quid tu? efficacium aliquid jube. Hæc non inter Cen-

14.

Idem p. 403, 4, Suidas et Zonaras, Ἀνηρώτιζεν : ἀντὶ τοῦ ἀνηρώτα. Τηλ.

15.

Idem p. 412, 25, et Suidas, Ἀπατήσει : ἀντὶ τοῦ παραλογιεῖται. Τηλ.

16.

Phrynichus Epit. p. 291, Βρέχειν : ἀντὶ τοῦ ὕειν ἔν τινι κωμῳδίᾳ ἀρχαίᾳ, προστιθεμένη Τηλεκλείδῃ τῷ κωμῳδῷ. Conf. Ἀψευδῶν fr. 4.

17.

Schol. Aristoph. Av. 17 : τὸν μὲν Θαρρελείδου] Σύμμαχος Ἀσωπόδωρον· καὶ γὰρ οὗτος ἐπὶ μικρότητι ὑπὸ Τηλεκλείδου κεκωμῴδηται, καὶ ὁ κολοιὸς, μικρὸς ὢν, (ὡς) ἐκ τῶν πτερῶν τὴν σύστασιν ἔχει. Postremorum καὶ — ἔχει, immisso ὡς, quod hauserit ὢν vicinum, sensus apertus est, graculum ob parvitatem velut ex plumis (sine corpore) videri constare. Intelligendus autem κολοιὸς ὁ μικρὸς, ὁ βωμολόχος, ut ait Aristoteles H. A. 9, 19, 3. Ibi Scaliger (vol. 3, p. 492 ed. Schneider.) : « Tertium (graculorum) genus minimum (neque enim æquat columbam), valde elegans et concinnum, *tenui corporatura,* etc. Irridetur hoc avium genus propter ἀμουσίαν. » Gesnerus Thes. l. l. v. *graculus :* » Varro De R. R. 3, 16 : Vetus est adagium *Nihil cum fidibus graculo,* i. e. nihil imperitis cum bonis litteris.... Sic *graculus inter Musas* dicitur de hominibus inter eruditos stolide et impudenter obstrepentibus. » Cf. Aristophanis Eq. 936, 938.

18.

Idem schol. Acharn. 860 : καὶ Τηλ. τραχήλου τύλαν εἶπεν. Ita etiam Suidas v. Τύλα (leg. τύλος vel τύλη).

19.

Photius p. 100, 18, Ἰϐὺ μέγα : ἀντὶ τοῦ ἀναφθεγξάμενοι μέγα. οὕτως Τηλεκλῆς. « Corrigunt Τηλεκλείδης, præterea sic distingue, Ἰϐύ : μέγα, quibus quæ inferuntur verba, spectant ad participium, quod excidit. Docet id Hesych. Ἰϐυκινήσαντες : ἀπὸ γὰρ τοῦ ἴϐυ (ἰϐὺ) παρῆκται ἡ λέξις, καὶ ἔστιν ἰωνικὸν ἐπίρρημα. καὶ δηλοῖ τὸ πολὺ καὶ μέγα. » *M.*

20.

Idem p. 238, 11, λυχνοκῶσα : Λυχνοκαυτοῦσα. Hesych. h. v. λυχνοκαυστοῦσα. « Fortasse Doricum est pro λυχνοκοοῦσα, ut νῶσα pro νοοῦσα. Lobeck. ad Phryn. p. 523 ipsum illud λυχνοκοοῦσα reponendum putat. » *E M.*

21.

Idem p. 495, 1, Σαϐαρίχιν (sic) : τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Τηλ. Idem Σάραϐον : τὸ γυν. αἰδ. οἱ κωμικοὶ λέγουσι. Et Σαϐαρίχη : γυν. αἰδ. Theognostus apud Cramerum Anecd. Ox. 2, p. 118, hoc nomen scribit σαμαρίχη. « Verum videtur σαϐαρίχη. Cf. interpp. Hesychii v. Σαϐαρίχειν. » *Mein.*

22.

Idem p. 496, 5, Σάθων : ὑποκόρισμα παιδίων ἀρρένων. οὕτως Τηλ. « Hujusmodi nutricum ὑποκορίσματα attigit Scaliger ad Virg. Catal. p. 244 ed. Lindenbr., et Casaub. ad Theophr. Char. 5, p. 68 ed. Lips. » *Mein.*

23.

Idem p. 579, 8, Τερποτράμις : ἡ τῶν ἀφροδισίων τέρψις. οὕτως Τηλ. « Rectius, puto, interpreteris τοῖς ἀφροδισίοις τερπόμενος. » *Mein.*

24.

Hesych. Βρόμιος : παρὰ Τηλεκλείδῃ ὁ Σάτυρος, ἢ ὁ Διόνυσος. « Prius falsum. » *Mein.*

25.

Idem Εὐτρηίους : τοὺς ἀπὸ Εὔτρης, πόλεως τῆς Ἀρκαδίας. δωρικῶς δὲ εἶπε Τηλ. θέλει γὰρ εἰπεῖν Εὐτρησίους. « Pro Εὔτρης legendum videtur Εὐτρησίων, ut Xenoph. Hell. 7, 1, 29, et Pausan. 8, 27. Ejus igitur oppidi incolas Εὐτρηίους dixerat nescio quis δωρίζων apud Tel., extrita littera σ inter vocales, ut in Μῶα pro Μῶσα. Cf. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 252 ed. Schæf. Doricas formas habemus etiam fr. 18 et 20. Ceterum cf. Eupolidis Autol. 17. » *E M.*

26. a, b.

Pollux 3, 76 : παιδοφιλής, ὡς Τηλ., καὶ παιδοφιλεῖσθαι Πλάτων εἴρηκεν ὁ κωμικός. ὁ μέντοι παιδέρως Ζεὺς παρὰ τῷ Τηλεκλείδῃ πέπαικται (pro παιδεραστὴς secundum H. Stephanum).

27.

Idem 3, 127 : Πλάτων δὲ τῆς ἀγοράσεως εἴρηκεν, ὡς τῆς ἀγορασίας (ita codex Falck. pro vulgato ἀγοράσεως) Τηλ.

28.

Idem 7, 182 : τοὺς δὲ ἐργολάϐους καὶ ἐργολήπτας Τηλ. ὁ κωμικός.

29.

Zonaras Lex. p. 1170 : καὶ Τηλ. (φησὶ) καθεδοῦμαι.

30.

Idem p. 1334, et Favorinus, Μανόν : ἀραιόν. βραχέως λέγουσι. Τηλ. ἀντὶ τοῦ ἀκριϐές, ἢ ὀρθὸν, ἢ ἀσφαλές, ἢ πυκνόν. « De mensura primæ syllabæ contraria sententia Phrynichus Bekker. p. 51, 31,

Μανόν : τὸ ἀραιὸν οὕτω λέγουσιν Ἀθηναῖοι· τὴν (δὲ) πρώτην συλλαβὴν ἐκτείνουσιν. Sed corripuisse videtur Æschylus : v. Bergk. ad Anacr. p. 270. » *Mein.* Cf. annotata nobis ad Æschyli fr. incert. 40.

31.

Καρηβαρικὸν τὸ πάθος ex Polluce v. in fragm. 6.

X.

HERMIPPUS.

« Teleclide paulo junior, sed Eupolide et Aristophane prior, fuit *Hermippus* Atheniensis, Lysidis filius et Myrtili, poetæ comici, frater. Suidas : Ἕρμιππος... ἑτερόφθαλμος, ἀδελφὸς Μυρτίλου, δράματα διδάξας μ'. Similiter Eudocia p. 167. Hunc quoque acrem Periclis obtrectatorem fuisse, vel eo argumento intelligitur, quod Aspasiæ impietatis litem intendit. Plutarchus Pericle c. 32 : Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον (olymp. 86, 4, ut videtur, sive ante Chr. nat. 432) Ἀσπασία δίκην ἔφευγεν ἀσεβείας, Ἑρμίππου τοῦ κωμῳδιοποιοῦ διώκοντος, καὶ προσκατηγοροῦντος, ὡς Περικλεῖ γυναῖκας ἐλευθέρας εἰς τὸ αὐτὸ φοιτώσας ὑποδέχοιτο. Ipsum Periclem contumeliosissimis versibus perstringit apud Plut. c. 33,

Βασιλεῦ Σατύρων, τί ποτ' οὐκ ἐθέλεις
δόρυ βαστάζειν, ἀλλὰ λόγους μὲν
περὶ τοῦ πολέμου δεινοὺς παρέχει,
ψυχὴν δὲ Τέλητος ὑπέστης;

Quæ scripta sunt eo tempore quo Lacedæmonii primum Atticam invaserant, Pericles autem, quamvis præcipuus belli suasor et auctor, aciem tamen contra hostes instruere non sine magna civium offensione (v. Thuc. 2, 21) cunctabatur. Ex quo intelligitur, fabulam, ex qua hæc attulit Plut., quam fuisse Μοίρας ex Athenæo 8, p. 344, C, et 15, p. 668, A, probabiliter efficias, actam esse olymp. 87, 1 (ante Chr. nat. 431). — Fabulas, Suida teste, scripsit quadraginta, actore Simermone, de quo schol. Nub. 526. Tituli dramatum servati sunt novem : Ἀθηνᾶς γοναὶ, Ἀρτοπώλιδες, Δημόται, Εὐρώπη, Θεοὶ, Κέρκωπες, Μοῖραι, Στρατιῶται, Φορμοφόροι. » Ex Meinek. Hist. crit. Com. p. 90, 91, qui ibidem p. 92-96 de singulis titulis critice disserit, denique Hermippi ἰάμβων, i. e. carminum probrosorum, fragmenta subjicit.

I. ΑΘΗΝΑΣ ΓΟΝΑΙ.

Rara hujusmodi argumenta in comœdia antiqua, propria quodammodo mediæ comœdiæ. Quare Hermippi fabulam temporibus comicæ libertatis lege Morychidis accisæ assignandum esse suspicatur Meinek. Hist. p. 279.

1.

Stobæus Eclog. phys. 1, p. 239.

Ἐκεῖνός ἐστι στρογγύλος τὴν ὄψιν, ὦ πονηρὲ,
ἐντὸς δ' * ἔχων περιέρχεται κύκλῳ τὰ παρόντ' ἐν αὐτῷ,
ἡμᾶς δὲ τίκτει, περιτρέχων τὴν γῆν ἁπαξάπασαν,
ὀνομάζεται δ' ἐνιαυτός· ὢν δὲ περιφερὴς τελευτὴν
οὐδεμίαν οὐδ' ἀρχὴν ἔχει, κυκλῶν τ' ἀεὶ τὸ σῶμα
οὐ παύσεται δι' ἡμέρας ὁσημέραι τροχάζων.

« Hi versus quum apud Canterum incerto poetæ tribuantur, Heerenius ex lemmate duorum codicum marginibus adscripto ἀναγενέως Ἑρμίππου et poetæ et fabulæ nomen restituit ». *E M.* Versu 1 codd. τὴν ὄψιν στρογγύλος. Correxit Meinek. V. 2 conciliari nequeunt verba ἐντὸς ἔχων et περιέρχεται, vixque dubium videtur quin ponendum sit ἐντὸς δ' ἑκὼν περιέρχεται. Tum codex Vat. τὰ παρ' ἑαυτῷ. Mein. τὰ πάντ' ἐν αὐτῷ, quod et per se parum verisimile est, et minus etiam placet sequente ἁπαξάπασαν. Ἑκών, libens, ex industria. V. 5 opportune Bergk. Commentt. p. 308 admonuit Heracliti, corpus tempori tribuentis, apud Sextum Empir. Adv. math. 10, 231. Libri δ' ἀεὶ, frequentius repetita δὲ particula. V. 6 Bergkius οὐ παύεται.

2.

Etym. M. p. 146, 25 : ἄμνιος (?) σημαίνει τὸν ἀμνὸν, καὶ διὰ τοῦ ι γράφεται, καὶ προπαροξύνεται, ὡς παρὰ Ἑρμίππῳ ἐν Ἀθ. γον.

Τὴν μὲν διάλεκτον καὶ τὸ πρόσωπον ἀμνίου

MINERVÆ NATALES.

1.

Ille, o miser, est rotundus adspectu,
intusque libens complectitur in se circum quæ sunt,
nos autem gignit, circumcursans omnem terram,
annus vocatus; et circumvolutus neque finem
neque initium habet, semperque rotare corpus
non cessabit quotidie ac totum per diem.

2.

Vocem ac vultum agni

ἔχειν δοκεῖς, τὰ δ' ἔνδον οὐδὲν διαφέρεις δράκοντος.

Vereor ne hallucinatus sit Etymologus, quum ἀμνίου a recto ἄμνιον duci usitate possit; neque huic rationi obstat ambiguitas τοῦ ἄμνιον, quod significat etiam secundum Apollonium sophistam ἀγγεῖόν τι, εἰς ὃ δέχονται τοῦ σφαττομένου ἱερείου τὸ αἷμα. Formæ ἄμνιος certius exemplum desidero.

3. 4.

Gramm. Bekkeri Anecd. p. 404, 27, et Suidas, Ἀνθέων : τὴν γενικὴν ὁμοίως τοῖς Ἴωσιν οἱ Ἀττικοί. Ἕρμιππος Ἀθ. γ.

* Κηροσπάθητον ἀνθέων ὕφασμα καινὸν ὡρῶν.

καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς

Λεπτοὺς διαψαίρουσα πέπλους ἀνθέων γέμοντας.

Versu 1 Piersonus ad Herodianum p. 456 conjicit Καίρῳ σπαθητὸν, Toup. Emend. 2, p. 482, Καιροσπάθητον, quod merito recepit Mein., compositum e καῖρος et σπαθητός (scholl. Odyss. 7, 107 : καῖρος λέγεται ὁ μίτος, h. e. filum, stamen). Sed idem inconsiderate Suidam secutus pro vulgato ὀρῶν edidit Ὡρῶν, novam nescio quam vestem Horarum intelligens, quibus hic nihil negotii est, sed scribendum

Καιροσπαθήτων ἀνθέων ὕφασμα καινὸν ὥρων,

ut præsentes dii conspexisse dicantur (cum admiratione) primam modo natæ Palladis texturam, ipsis adhuc incognitam (καινὸν ὕφασμα), quippe inventam a dea. Ὥρων communi dialecto dixit Hermippus, quemadmodum antiquiores illi genuinum Atticismum minus observare solent.

5.

Idem p. 461, 26, Ἄττεσθαι : ὃ ἡμεῖς διάζεσθαι. Ἕρμ. Ἀθ. γ.

Ἀπὸ τῆς τραπέζης τουτονὶ τὸν στήμονα ἄττεσθ' ἐπινοῶ.

V. 2 ἐπινοῶ, ut Minerva ipsa loquatur, textoriæ artis specimina edens, Valckenarius ad Theocr. Adon. p. 206, C, pro ἐπινοῶν.

6.

Photius Lex. p. 61, 26 : καὶ ἦν δ' ἐγὼ ἀντὶ τοῦ ἔφην δ' ἐγώ· παρ' ὃ δὴ καὶ Ἕρμ. ἐν Ἀθ. γον. ἠσὶν ἀντὶ τοῦ φησὶν, « Ὁ Ζεὺς * διδωνω πολλάς φησι τοὔνομα. » Ita codex. Suidas v. Ἦ δ' ὅς Hermippi versum ita scriptum exhibet « ὁ Ζεὺς διδόναι πολύ φησι τοὔνομα » · quod Porsonus sic emendat :

Ὁ Ζεὺς (δὲ) « Δίδωμι Παλλὰς, » ἠσὶ, « τοὔνομα. »

Quibus immisi δὲ, quo vix careat oratio, haustum illud, nisi fallor, a δι — syllaba vicina. Similiter Lexicon de spirit. apud Valck. ad Ammon. p. 225. « Gramm. Crameri Anecd. Ox. 1, p. 190, 19, ἠσί. « Δώσομεν, ἠσὶ πατὴρ, » φησὶν ἡ Σαπφώ· ἠτὶ δὲ λέγει Ἀλκμὰν ἀντὶ τοῦ ἠσίν. Eundem locum Hermippi respicere videtur Etym. M. p. 416, 54, e Photio corrigendum. » *Mein.*

7.

Schol. Plat. p. 353 Bekker., de Accone, fatua muliere : τὸ ἀκκίζεσθαι ἐκ γυναικὸς εἰρῆσθαί φησιν Ἀκκοῦς καλουμένης, ἣν οὕτως εὐήθη λέγουσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἱστοῦ θοιμάτιον καθελομένην ἡμίεργον ἀμφιέσασθαι, εἴς τε κάτοπτρον βλέπουσαν πρὸς τὴν παρ' αὐτῆς ἔμφασιν εἰς αὐτὸ γενομένην ὡς ἑτέρᾳ προσλαλεῖν γυναικί· μέμνηται ταύτης Ἕρμ. ἐν Ἀθ. γ., καὶ Ἄμφις ἐν τῷ ὁμωνύμῳ αὐτῆς δράματι. « Aliorum grammaticorum testimonia de ista muliere collegerunt interpp. Hesychii vol. 1, p. 194, 12, et Ruhnken. ad Tim. Lex. p. 19. Acconem patria Samiam dicit Etymologus p. 49, 4. Mire Chrysippus apud Plut. De rep. Stoic. p. 1040, B : οὐδὲν διαφέρει τῆς Ἀκκοῦς καὶ τῆς Ἀλφιτοῦς, δι' ὧν τὰ παιδάρια τοῦ κακοσχολεῖν αἱ γυναῖκες ἀνείργουσιν, ut Lamiæ potius vel Gorgyræ, aliisque puerorum terriculis (de quibus Casaub. ad Strab. 1, p. 36, et Ruhnken. ad Tim. p. 181, quorum notatis addas Hesychii Καρκώ : Λαμία) similis fuisse videatur » *E Mein.* Hist. crit. Com. p. 404, 405.

II. ΑΡΤΟΠΩΛΙΔΕΣ.

In hac fabula Hyperbolum demagogum acriter fuisse irrisum constat ex Aristophane et antiqui scholiastæ testimonio.

1.

Gramm. Bekkeri An. p. 328, 25, et Suidas, Ἀγῆλαι : τιμῆσαι θεὸν, ἀγλαΐσαι..: Ἕρμ. Ἀρτοπώλισι·

---

habere videris, intus autem nihil differs a dracone.

3.

Staminariorum florum texturam novam videbant.

4.

Tenuia perscrutata pepla floribus plena.

5.

A mensa hoc stamen nectere cogito.

6.

Juppiter (autem) « Do, » inquit, « nomen illi Pallas. »

Φέρε νυν ἀγήλω τοὺς θεοὺς ἰοῦσ' ἔσω,
καὶ θυμιάσω, τοῦ τέκνου σεσωσμένου.

Hesych., fortasse ex hoc l., Ἀγήλω : κοσμήσω. Codd. νῦν. Suidas οἴους ἐγώ, cod. gramm. οἴους ἐγώ, schol. Eurip. Med. 1016 (995), qui priorem versum citat, ἰοῦσ' ἔσω. « Hyperboli matrem hæc locutam esse, propter filium judicio absolutum gratias acturam diis, non inepte conjecerunt Bergk. et Fritzsch. Act. societ. gr. vol. 1, p. 138. Hyperbolum vapulasse a poeta, testatur schol. Nub. 557 : Ἕρμιππος δρᾶμα οὐκ ἐποίησεν εἰς Ὑπέρβολον· ἔοικε δὲ (Aristophanes) τὸ εἰς τὰς Ἀρτοπώλιδας λεχθὲν κατ' αὐτοῦ σημαίνειν. » *Mein.*

2.

Pollux 7, 202 : Ἕρμιππος δὲ ἐν τοῖς Κοθόρνοις πορνοτελῶναι. ὁ αὐτὸς ἐν Ἀρτ. φησὶν « ὡς σαπρά, πόρνη, καὶ κάπραινα. » Quæ Bergkius Commentt. p. 314. ex Palatino et Falckenburgii codice, in quibus legitur Φιλωνίδης (ita F.) δὲ ἐν τοῖς Κοθ. πορν.· Ἕρμιππος δὲ (ita F. et P.) ἐν Ἀρτ. καὶ πασιπόρνη φησὶ καὶ κάπραινα, assumpto etiam τῷ σαπρὰ ex editis libris, ita restituit

Καὶ πασιπόρνη, καὶ κάπραινα, καὶ σαπρά·

magisque etiam se probare ait Ὦ πασ. etc., cui equidem prætulerim hoc Ὡς πασ., propter confusionem vocabulorum καὶ et ὡς, hic et illic observatam in libris. Bekkerus edidit καὶ πᾶσι πόρνη. « Ita nescio quis Hyperboli matrem increpat, ut eodem Pollucis loco Euripidis poesin Phrynichus in Musis (Ἀλλ', ὦ κάπραινα, καὶ περίπολι, καὶ δρομάς). Σαπρὰ est *vetula.* » *Mein.* De hoc cf. Pherecratis Incert. 64.

3. 4.

Athen. 3, p. 119, C : ἰδίως δ' ἐσχημάτισται (τὸ τάριχος) παρ' Ἑρμίππῳ ἐν Ἀρτ. « Καὶ τάριχος πίονα. » Simili barbarismo Scytha Thesm. 1187, τὸ πυγή. « Hæc dixerit mater Hyperboli, quam barbare loquentem induxerat Herm. Eodem pertinent hæc Hesychii : Δοχιχῶ : ἀντὶ τοῦ δοχῶ. ἔπαιξε δὲ Ἕρμ. ἐν Ἀρτ. Pro δοχιχῶ codex δοχηχῶ : illud litterarum series requirere videtur. » *E M.*

5.

Schol. Aristoph. Av. 1556, de Pisandro : ἦν δὲ τὸ σῶμα εὐεκτής, ὡς Ἕρμ. ἐν Ἀρτ. « Ἐνέβαινε σιγῇ Πείσανδρος μέγας αὐτός, ὥσπερ Διονυσίοισιν οὐπὶ τῶν ξύλων, ἐλαίας ἔρεισιν ὄνον κανθήλιον. » Scribam

Ἔμβαινε Πεισάνδρῳ σύ γε σῖγ', αὐτὸς μέγας,
χὤσπερ Διονυσίοισιν οὐπὶ τῷ ξύλῳ,
ἐλάσας ἔρεισον ὄντ' ὄνον κανθήλιον!

In his Mein. χὤσπερ et ἐλάσας ἔρεισον, nos et sententiæ et metri causa Πεισάνδρῳ σύ γε σῖγ' et τῷ ξύλῳ, et ὄντ' ὄνον, quæ me facile probaturum esse spero palæographiæ et librariorum negligentiæ peritis. Τὸ ξύλον intelligebam arborem, quam festo illo die aliquis conscenderit ex more; cujus quidem rei alia exempla non habeo in promptu. Potest quoque, ut dicatur et proprie et figurate, ξυλοκόπος. Primo versu Meinck. Ἔμβαινε δή· Πείσανδρος ὁ μέγας οὑτοσί.

6.

Pollux 7, 198 : εἴρηται γὰρ ἡ γελγόπωλις ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ Κρατίνου, ὥσπερ ἐν Ἀρτ. Ἑρμίππου τὸ γελγοπωλεῖν.

III. ΔΗΜΟΤΑΙ.

1.

Pollux 9, 71 : εἴη δ' ἂν καὶ σύμβολον βραχὺ νομισμάτιον, ἡμίτομόν τι νομίσματος. ὁ γοῦν Ἕρμ. ἐν Φορμοφόροις λέγει, ... ἐν δὲ τοῖς Δημόταις

Οἴμοι τι δράσω, σύμβολον κεχαρμένος;

κεχάρθαι ἔοικε τὸ ἥμισυ, ὥστε ἢ ἐκ θατέρου μόνον τετυπῶσθαι τοῦτο δεῖ τὸ νομισμάτιον νοεῖσθαι, ἢ διῃρῆσθαι, ὥστε ἔχειν τὸ μέρος ἑκάτερον, τόν τε πιπράσκοντα καὶ τὸν ὠνούμενον, ἐπὶ συμβόλῳ τοῦτον μέν τι προειληφέναι, τὸν δὲ ἐνοφείλεσθαι. Prima Pollucis verba haud dubie affecta sunt, siquidem tautologiam debuisset Herm., inferciens βραχύ, ubi sufficiebat νομισμάτιον, quod est βραχὺ νόμισμα. Sane scribendum puto βραχὺ νόμισμά τι, ὃν ἡμίτομόν τινος νομίσματος.

MULIERES PANEM VENDENTES.

1.

Age igitur, venerabor deos, domum ingressa,
suffiamque, propter servatum filium.

2.

Quoniam (es) omnium meretrix, et sus fera, et putida.

3.

Et salsamentum pinguis.

5.

Aggredere tu quidem silens Pisandrum, ipse grandis,
et velut Bacchanalibus ille arborem,
pulsatum allide, quum sit cantherius!

POPULARES.

1.

Næ mihi, quid agam symbolo comminuto?

2.

Idem 10, 165 : τὸ δὲ ὄγχιον σκεῦος πλεκτὸν εἰς ἀπόθεσιν σιδήρου ἢ ἄλλων τινῶν, παρὰ δὲ Ὁμήρῳ (Odyss. 21, 61) τῶν Ὀδυσσέως πελέκεων. Ἕρμ. δὲ ἐν Δ. ἔφη « Ἔχοντες ἴσον (sic) ἀσπίδιον ὀγχίῳ » Scribamus

Ἔχοντες ἂν ἴσον ἀσπίδιον ἐν ὀγχίῳ.

Cod. Falck. ὄγχῳ. Dicuntur omnes δημόται pariter scutati, i. e. armati, synecdochice.

3.

Athen. 7, p. 285, E, de voce ἀφύη : ἐπὶ τοῦ ἑνικοῦ Ἕρμ. Δ.

Νῦν δ' οὐδ' ἀφύην * κινεῖν δοκεῖς.

Immo κιχεῖν. Significatur homo pauperrimus, qui ne apuam quidem emat. De ν et χ litteris nonnunquam inter se permutatis Xenoph. Anab. 4, 1, 3. Spectat Athenæus ad tritum veterum grammaticorum præceptum, ἀφύαι plerumque dici numero plurali.

4.

Photius p. 215, 15, et Antiatt. p. 106, 26 : Λεπτολογίαν. Ἕρμ. Δ. Phrynichus Appar. Soph. p. 49, 28 : λεπτολογία σημαίνει τὸ περὶ τῶν μικρῶν φροντίζειν καὶ ἀδολεσχεῖν. Memorat et Suidas, per errorem Aristophanis versum tribuens Hermippo.

5.

Pollux 7, 89 : Αὐτοσχεδὶς (sic libri) ὑπόδημα τὸ ἁπλῶς εἰργασμένον Ἕρμ. εἴρηκεν ἐν Δ. Hesych. recte Αὐτοσχεδὲς, ὑποδήματος εἶδος γυναικείου. Ἰσοδύναμον poetæ αὐτοσχεδὴς usitato αὐτοσχέδιος, cui convenit explicatio Pollucis. Meinek., qui contendit legendum esse αὐτοσχιδὲς, ut λεπτοσχιδῆ σανδάλια apud Cephisodorum Trophon. 2, vellem ostendisset quomodo ὑπόδημα dici possit αὐτοσχιδές.

6.

Hesych., Phot. p. 363, 6, et Suidas, Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ : παροιμία, ἧς μέμνηται Ἕρμ. Δ. V. Bæhr. ad Herodot. 6, 129.

7.

Antiatt. p. 104, 33, κακκάβη : Ἕρμ. Δ. « Quum non κακκάβη, optimis scriptoribus usitatum, sed κάκκαβος ab Atticistis rejiciatur, hoc Antiatticistæ restitui voluit Bergk. Commentt. p. 316 : fortasse recte; quanquam non omnes hujus grammatici glossæ impugnandis Atticistarum decretis scriptæ sunt. » *E M.*

8.

Idem p. 105, 7 : κατόχους τινὰς λέγουσιν οἱ παιδοτρίβαι. καὶ κατόχως εἴρηται ἀντὶ τοῦ μνημονικῶς. Ἕρμ. Δ. « Κάτοχοι dicebantur pueri, qui fideli memoria tenebant quæ a magistris didicerant; hinc κατόχως, *memoriter*. Plutarchus : κατόχως καὶ μνημονικῶς. » *E M.*

9.

Idem p. 85, 31, (Βᾶ) : πρὸς τοὺς * κατάρνη ἀναφωνήσαντας εἰώθασιν οἱ ἀντιτιθέντες ἀντεμβοᾶν, καί ἐστιν οἱονεὶ σκῶμμα. Ἕρμ. Δ. « Βᾶ addidi ductu et indicio Eustathii ad Il. Λ, 438 : καὶ βᾶ ἐπίρρημα παρὰ Ἑρμίππῳ, ὅπερ εἰώθαμεν ἀντεμβοῶντες λέγειν, ὡς καὶ τοῦτό φασιν οἱ παλαιοί. » *Mein.* Vellem vir doctissimus simul exposuisset de isto κατάρνη, verbo nihili, cujus in locum καταρνῆ substituendum est : πρὸς τοὺς « Καταρνῆ (vel Καταρνεῖ); » ἀναφωνήσαντας, » contra illos, qui clamant *Negas?* Sophocles Ant. 412 :

Φῄς, ἢ καταρνῇ μὴ δεδρακέναι τάδε;

Inde grammaticum petiisse arbitror τὸ καταρνῇ.

10.

Photius p. 398, 9, Πάρισθι : παραγίνου, παρατύγχανε. Ἕρμ. Δ.

IV. ΕΥΡΩΠΗ.

Suidas, Ῥαζεῖν καὶ ῥυζεῖν : τὸ ὑλακτεῖν. Ἕρμ. Εὐρώπῃ·

Ῥυζῶν ἅπαντας* ἀπέδομαι τοὺς δακτύλους.

Photius p. 481, 13, ῥάζειν καὶ ῥύζειν, et in Hermippi versiculo mendose ῥυζὸν, corrigente Porsono. Item alio loco Photius Ῥύζειν : ὑλακτεῖν, et Ῥυζῶν : πενθῶν. Hesych. Ῥάζειν : * τρώγειν, κυρίως ἐπὶ τῶν κυνῶν. Lexicon rhetor. apud Eustath. ad Odyss. p. 1792, 22, Ῥάζειν καὶ ῥοίζειν (ῥύζειν Mein.) : κυρίως μὲν τὸ ὑλακτεῖν, μετήνεγκται δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς πικραινομένους καὶ σκαιολογοῦντας. Probabiliter Mein. et ῥύζειν et ῥυζεῖν usitata fuisse censet, ut exempli gratia ῥόφειν et ῥοφεῖν secundum Æl. Dionysium Eustath. ad Odyss. p. 1430, 40. Ceterum apud Suidam legerim Ἅπαντάς σ' ἀπέδομαι τ. δ.! σὲ pro σοὶ (cf. Aristoph. Av. 28);

2.
Habere soliti pariter scutulum in corbe.

3.
Nunc autem ne apuam quidem nancisci videris.

6.
Non curat Hippoclides.

EUROPA.
Latrans : « Omnes tibi abrodam digitos! »

apud Hesychium autem τρύζειν, quod de porco dictùm habet Athen. 14, p. 656, F. Πενθῶν firmes Quinti Calabri versibus 10, 326, et 14, 36.

V. ΘΕΟΙ.

1.

Athen. 10, p. 426, F : οἱ δ' ἐπιτεταμένως χρώμενοι τῷ ποτῷ δύο οἴνου ἔπινον πρὸς πέντε ὕδατος.... Ἑρμ. Θεοῖς· « ἐπειθ' * ὅταν πινώμεθ' ἢ διψώμεθα, εὐχόμεθα πρὸς τοῦτο* ὁ οἶνος οἰκέρας γενοῦ· οὐκ ἀστοῦ καὶ πηλοῦ 'γὼ φέρω παίζων ἅμα, * καῦθις γεγένηται, τοῦτο πέντε καὶ δύο. » Suspiceris hæc ita scribenda esse :

« Ἔπειθ', ὅ τι ἂν πίνωμεν ἔται δίψης μέτα,
εὐχόμεθα πρὸς τοῦτ' « Οἶνος, ὦ κέρας, γενοῦ! »
κὰς τοῦ καπήλου, 'γὼ φέρω παίζων ἐμὰ,
κεὐθὺς γεγένηται τοῦτο πέντε καὶ δύο.

In quibus Bergkio Commentt. p. 317 debetur τοῦτ' Οἶνος... γενοῦ κὰς τοῦ καπήλου, et κεὐθύς. « Existimat enim, Mercurium aliumve ministrum hic loqui de beatissima vita deorum ; ad cujus felicitatem hoc maxime illum referre, quod utantur Amaltheæ cornu, quæcunque collibuerit, affatim effundente. Δύο pro δύω Dind. » *Mein.* V. 3 ἐμὰ, *mea*, meum argentum. In primo versu passiva servat Hermannus,

Ἔπειθ' ὅταν πινώμεθ' ἢ διψώμεθα,

dicta hæc opinatus ab aliquo qui se fluviatilem deum esse simularet.

2.

Schol. Aristoph. Av. 1551 : ταῖς κανηφόροις σκιάδειον καὶ δίφρον ἀκολουθεῖ τις ἔχουσα. Ἑρμ. Θεῶν (Küster. Θεοῖς) « Ὥσπερ αἱ κανηφόροι, λευκαῖσιν ἀλφίτοισιν* ἐντετριμμένοις· ἐγὼ δ' * ἕνεκα ψαλάθων τὴν διφροφόρον. » Mein. versu 2 legendum putat ἐντετριμμένος : « videtur enim describi aliquis canephoræ habitum imitatus, quas capillis farina conspersis in publica pompa incessisse constat ex Ar. Eccles. 732. » Κωμικώτερον me judice est ἐντετριμμένοι, ut omnes dii sic incessisse dicantur. V. 3 Valck. ad Herodot. 2, 93, et Porsonus Append. ad Toup. Emend. p. 445, ἐνέκαψα λανθάνων, nec sane λαθὼν sufficit versui, sed apparet, aliud scripsisse Nostrum, idque arbitror fuisse ψηλαφῶν : cave enim cogites, ut Mein., de nescio qua pecunia, quam iste, quisquis fuit qui hæc recitavit, furatus fuerit canephoræ, sed ridicule homo deglutiisse dicitur puellam, i. e. deosculatum esse et contrectasse, ut solet fieri ; cf. Pac. 1057. Scribo igitur.

Ὥσπερ αἱ κανηφόροι
λευκοῖσιν ἀλφίτοισιν ἐντετριμμένοι·
ἐγὼ δ' ἐνέκαψα ψηλαφῶν τὴν διφροφόρον.

3.

Herodianus Περὶ μονήρους λέξ. p. 17, 10 : δῆλον ὅτι σημειώδης (?) ὁ δοθιὴν παρ' Ἀττικοῖς λεγόμενος, καὶ μὴ ἔχων πρὸ τοῦ η σύμφωνον (?)... Ἑρμ. ἐν Θεοῖς·

Φήμης ἱερᾶς ἐξοιγνυμένης, ὥσπερ πέπονος δοθιῆνος.

Depravatum videtur σημειώδης, et fortasse reponendum συνῳδῶς, *consensu.* Verba καὶ — σύμφωνον quid sibi velint, scio cum ignarissimis, nisi forte Herod., formam communem δοθειὴν significans, quam tamen aliunde haud novi, dixit λέγόμενός ἐστι καὶ μὴ ἔχων ει πρὸ τοῦ ι σύμφωνον, quanquam sic præter usum ει σύμφωνον indicaret diphthongum. In Hermippi versu codex ὥσπερ πέπονθε δοθειῆνος, quod correxit L. Dindorfius.

4.

Athen. 11, p. 478, C : τὰ μόνωτα ποτήρια κότυλοι.... Ἑρμ. δ' ἐν Θεοῖς·

Τόν τε κότυλον πρῶτον ἤνεγκ', ἐνέχυρον τῶν γειτόνων.

Libri ἤνεγκεν ἐχυρὸν, quæ Porsonus et Jacobsius Additt. p. 259 emendaverunt. Dindorf. malit πρῶτος.

5.

Idem 14, p. 636, D, de κρεμβάλοις : Ἑρμ. δ' ἐν Θ. τὸ τούτοις κρούειν κρεμβαλίζειν (immo κρεμβαλιάζειν) εἴρηκεν ἐν τούτοις·

Λεπάδας δὲ πετρῶν ἀποκόπτοντες κρεμβαλιάζουσι.

DII.

1.

Tum, quidquid bibimus amici sitientes,
ad id precamur : « Vinum fias, cornu! »
egoque ad cauponem ludens fero mea ;
statimque id factum est quinque et duo.

2.

Velut canephoræ,
albis farinis intriti capillos ;
ego vero devoravi contrectans selliferam.

3.

Vox sacra quum aperta esset, velut concoctus furunculus.

4.

Cotulamque primam attulit, pignus vicinorum.

5.

Et patellis rupium abscissis crepitant.

Libri κρεμβαλίζουσι. « Metrum poscit κρεμβαλιάζουσι, quam formam agnoscunt Hesych. et Phot. » *Dindorf.* Meinekius : « Notare videtur Euripidis aliorumque hujus similium poetarum Musam κροταλίστριαν. V. Aristoph. Ran. 1305 seqq. Hesych. Κρεμβαλιάζειν: κογχύλια καὶ ὀστράκια συγκροτοῦντες ἐρισμὸν (leg. ἐρρυθμόν) τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις. Hujus moris auctor perhibetur Diocles, de quo dixi Hist. crit. Com. p. 252, et Bergk. Commentt. p. 429. »

6.

Schol. Aristoph. Vesp. 674 : καὶ πρὸς τὴν τῶν κύβων παιδιὰν ὁμοίως ἐχρῶντό τινι (scil. κηθίῳ), βάλλοντες ἐξ αὐτοῦ. καὶ γὰρ Ἕρμ. ἐν Θ.

Καὶ πρὸς κύβους ἕστηκ' (ἐγὼ) ᾽χων κήθιον.

Porsonus versum explebat scribendo ἔχων τὸ κήθιον, sed præstat ἐγὼ ᾽χων κ. Verbum ἔχων simili ἐγὼ offecerit.

7.

Stephanus Byzant. p. 631 : λέγεται καὶ ταιναρίζειν (καὶ παραταιναρίζειν), ὡς Ἕρμ. Θ.

Καὶ σὲ τί χρὴ παραταιναρίζειν;

Apparet, verba καὶ παρατ., quæ immisimus per parenthesin, neglecta esse propter similia καὶ ταιν. : alioqui huc non pertineret Hermippi versus. Hesych.* Ταιναρίας : παρὰ Λακεδαιμονίοις ἑορτὴ Ποσειδῶνος. Vix dubites quin legendum sit Ταιναρίοις : nam Ταινάρια id festum vocabatur, et passim confusa α et οι. Παρὰ in compositis cum alia significat, tum perverse facta seu modum excedentia. Juvenis Plautinus Pseud. 2, 4, 17 : *Ut paratragœdat carnufex!* « Numeri sunt logaœdici, nisi forte παραταιναριάζειν scribendum, ut sit tetrameter dactylicus. » *M.*

8.

Photius p. 538, 21, Στίλβη : λύχνῳ τι ἐοικός. Ἕρμ. Θ.

Ἐξ ἀγορᾶς δ' ἐγὼ
ὠνήσομαι λύχνον τιν' ἢ στίλβην.

Simillime Plato ap. Polluc. 6, 103 :

Ἐξ ἀγορᾶς δ' ἐγὼ
ὠνήσομαι στίλβην τιν', ἥτις μὴ πότις.

Στίλβην, ellychnium parcendo, german. *einen Spardocht.*

9.

Pollux 9, 126 : τὸ δὲ ῥῆμα τὸ* πενταλιθίζειν ἐστὶν ἐν τοῖς Ἑρμίππου Θεοῖς. Scribamus πεντελιθίζειν, ut πεντέπηχυ, πεντέκλινον, πεντέχαλκον, πεντέμηνον apud Photium p. 410, 20. Idem de hoc ipso verbo p. 411, 3 : πεντελιθίζειν διὰ τοῦ ε γράφουσι. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 413.

10.

Hesych. Μίλαξ : * ἡλικία. ἔνιοι δὲ* μέλλα, καὶ παρ' Ἑρμίππῳ ἐν Θ. * ἀγνοήσας Ἀρτεμίδωρος· ἐκεῖ γὰρ μίλαξ ἐστί. δηλοῖ δὲ τὸν δημοτικόν. Pro ἡλικία recte corrigunt ἧλιξ, et μέλλαξ pro μέλλα, idemque reponendum est pro μίλαξ, et μέλλακες alibi apud Hesychium, ubi hæc leguntur, Μέλακες : οἱ νεώτεροι. Glossarium vetus : μέλλαξ, *adultus.* Tum pro ἀγνοήσας Ἀρτ. dicendum erat ὁ ἠγνόησεν Ἀρτ. Ἐκεῖ, scil. apud Hermippum, qui μέλλακα dixerat τὸν δημοτικόν. « Ita *popularis* dicitur pro *sodalis*, quod comparat Lobeck. Paralip. gramm. p. 128. » *E M.* Mendosa etiam ista apud Hesychium, Κέλλικας : δημότας. Imo μέλλακας.

VI. ΚΕΡΚΩΠΕΣ.

De Cercopibus v. Heyn. ad Apollod. 2, 6, 3. « In *Cercopibus* dubitari potest, utrum H. ipsos illos Herculis comites et scurras in scenam produxerit, an sub nomine Cercopum callidos impostores et fraudatores perstrinxerit : tales enim fuerunt fabulosi illi Cercopes, de quibus perdocta est dissertatio Lobeckii in Aglaophamo p. 1296 seqq. Eodem titulo fabulas docuerunt Plato et Eubulus, fortasse etiam Menippus. Hermippeæ fabulæ titulum ut figurato sensu accipiam, movent me quæ leguntur fr. 2 et 6. Dionysi quasdam in hac fabula partes fuisse apparet ex fr. 1. » *E Mein.* Hist. crit. Com. p. 94.

1.

Athen. 12, p. 551, B : πόσῳ οὖν κάλλιον, πενόμενον εἶναι λεπτότερον ὧν καταλέγει Ἕρμ. ἐν Κέρκωψιν ἢ* ὑπερπλουτοῦντας τῷ Ταναγραίῳ κήτει ἐοικέναι!... φησὶ δ' οὕτως ὁ Ἕρμ. πρὸς τὸν Διόνυσον τὸν λόγον ποιούμενος,

Οἱ γὰρ πενόμενοι
ἀνάπηρά σοι θύουσιν ἤδη βοίδια,

6.
Egoque apud talos steti, phimum tenens.

7.
Et te quid opus est paratænarissare?

8.
Ex foro emptum ego
afferam lumen aliquod vel ellychnium.

CERCOPES.

1.
Nam pauperes
jam mutilatos tibi buculos immolant,

Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ Θουμάντιδος.

Eadem ex Athenæo Eustath. Il. p. 1288; Suidas v. Λεωτροφίδης, inde ab Ἀνάπηρα, ex schol. Aristoph. Av. 1406, qui : ἐπειδὴ καὶ οὗτος (Leotr.) τῶν σφόδρα λεπτῶν. V. 1 νῦν οἱ γὰρ tres libri Athen., unde Mein. conjicit Νυνὶ γὰρ οἶδ᾽ πενόμ. V. 2 θύσουσιν Eust. et unus cod. Ath. Ibid. βούδια posuit Meinek. pro βοίδια, testimonio ductus Antiatticistæ p. 85, Βούδια, οὐ μόνον βοίδια. Ἑρμ. Κ. Leotrophidæ macilentiam ridet etiam Theopompus Καπηλ. fr. 1; Thumantin Aristophanes Eq. 1265, ubi schol. : οὗτοι πένητες διεβάλλοντο· καὶ ὁ μὲν Λυσίστρατος ὡς κόλαξ, ὁ δὲ Θούμαντις ὡς πένης (hoc deleo) μάντις.

2.

Idem 11, p. 502, B, de chryside, poculo : καὶ Ἑρμ. ἐν Κ.

Χρυσίδ᾽ οἴνου πανσέληνον ἐκπιὼν ὑφείλετο.

Πανσ. χρυσίδα Schweigh. cum Toupio Emend. 3, p. 572, intelligit plenum poculum. Interpres gallicus : *ronde comme la pleine lune*, quod verum putabat Meinek., postea tamen improbans, « Vide igitur, inquit, an πανσελήνοις scribendum idque de sacris plenilunii tempore celebratis (intt. ad Soph. OEd. R. 1090) intelligendum sit. »

3.

Idem 14, p. 650, E : καὶ ἐν Ἀναγύρῳ « πλὴν ἀλεύρου καὶ ῥοᾶς. » Ἑρμ. δ᾽ ἐν Κέρκωψί φησιν

Ἤδη τεθέασαι κόκκον ἐν χιόνι ῥοᾶς;

4.

Idem 3, p. 123, F : ὀνομάζει δὲ καὶ Ἑρμ. Κ. φρεατιαῖον ὕδωρ οὕτως.....

5.

Antiatt. p. 88, 29, Διαλέγειν : ἀντὶ τοῦ διαλέγεσθαι. Ἑρμ. Κ.

6.

Hesych. Κολακοφοροκλείδης : Ἱεροκλείδης, ὃν ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδοῦσιν Ἑρμ. μὲν ἐν Κ., Φρύνιχος δ᾽ ἐν Κωμασταῖς. ὁ δὲ Ἀσκληπιάδης Κλεώνυμον εἶναι ὑπέλαβεν, οὐδὲ τὸ τέλειον τοῦ ὀνόματος ἐπιστήσας (h. e. non toto nomine considerato, sed comparata tantummodo priore parte, Κολ. et Κλ.). Sane τῷ Κλεώνυμος similius Κολακώνυμος Vesp. 599. Alio loco Hesychius Κορακοφοροκλείδης : ἔστι γὰρ (malim δὲ) Ἱεροκλείδης. « Id præfert Dobr. ad Nub. 352, Hieroclem innui conjiciens, de quo v. Aristoph. et schol. ejus Pace 1125 et 1146. Esset igitur, qui κόραχος instar sociorum φόρους invertit et prædatur. Ita Cratinus Thress. 3 :

τοὺς γὰρ κόρακας τὰξ Αἰγύπτου χρυσία κλέπτοντας ἔπαυσεν,

et Aristophanes Pace 1125 : ὁ κόραξ ἐξ Ὠρεοῦ. Quibus vulgata placuit, ii fortasse scribebant Κολακοφωροκλείδην, quo nomine hominis adulatio et furta significarentur. » *E M.*

VII. ΜΟΙΡΑΙ.

De consilio hujus dramatis vide prolegomena. Μοίρας intelligo Parcas, ut apud Tragicos : nam Homerus nonnisi unam Μοῖραν memorat.

1.

Plut. Pericle c. 33 : καίτοι πολλοὶ μὲν αὐτοῦ τῶν φίλων δεόμενοι προσέκειντο, πολλοὶ δὲ τῶν ἐχθρῶν ἀπειλοῦντες καὶ κατηγοροῦντες, πολλοὶ δ᾽ ᾖδον ᾄσματα καὶ σκώμματα πρὸς αἰσχύνην ἐφυβρίζοντες αὐτοῦ τὴν στρατηγίαν ὡς ἄνανδρον καὶ προϊεμένην τὰ πράγματα τοῖς πολεμίοις· ἐπεφύετο δὲ καὶ Κλέων, ἤδη διὰ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ὀργῆς τῶν πολιτῶν πορευόμενος ἐπὶ τὴν δημαγωγίαν, ὡς τὰ ἀνάπαιστα ταῦτα δηλοποιεῖ τὰ Ἑρμίππου,

Βασιλεῦ σατύρων, τί ποτ᾽ οὐκ ἐθέλεις
δόρυ βαστάζειν, ἀλλὰ λόγους μὲν
περὶ τοῦ πολέμου δεινοὺς παρέχει,
ψυχὴν δὲ Τέλητος ὑπέστης;
*κἀγχειριδίου δ᾽ ἀκόνῃ σκληρᾷ
*παραθηγομένης βρύχεις κοπίδος,
δηχθεὶς αἴθωνι Κλέωνι.

« Versu 1 Βασ. σατύρων, ad Periclis libidines traxit Sintenis, ad ignaviam Hermannus. Nisi forte satyrorum nomine Periclis amicos notari dicas ad obsequium atque adulationem pronos, (quemad-

Leotrophide macilentiores et Thumantide.

2.

Chrysidem vini plenilunarem*, quam ebiberat, furabatur.

3.

Jamne vidisti nucleum in nive granati?

* Finxi vocabula *plenilunaris*, *sellifera* (Θεῶν fr. 2.), et alia quædam, ne latina mea nimis abhorrerent a græcis.

PARCÆ.

1.

Rex satyrorum, cur recusas
hastam ferre, sed orationes quidem
de bello vehementes habes,
et Teletis animum pollicitus es,
pugione quidem in dura cote
acuto? fredens incurre in gladios,
morsus ab acri Cleone!

modum satyri mythologici Bacchum comitari credebantur. *Both.*). Quæ nescio an Timocleæ fabulæ titulo Δημοσάτυροι Athen. 4, p. 165, F, significentur. Δημοπιθήκους demagogos turpiter obsequiosos dixit Aristophanes Ran. 1085; πιθήκους simpliciter Phrynichus apud schol. Avium 11. V. 3 δεινοὺς λόγους περὶ τοῦ πολ. dicit Periclis orationes, quibus ad bellum fortiter capessendum hortabatur populum. » *E M.* Ψυχὴν Τ. ὑπ., *et Teletis animum pollicitus es*, h. e. animum strenui, qualem fuisse consentaneum est Teletem, unum ex Heraclidis, quos fortissimos (v. Thuc. 1, 12, etc.) recenset Apollodorus 2, 7, 8. Versus 5 et 6 ita scribam — ὑπέστης, κἀγχειριδίου γ' ἀκονῇ σκληρᾷ παραθηγομένου; βρύχ' εἰς κοπίδας, δ. α. Κλ.! Meineck. κἀγχ. δ' ἀκόνη σκληρᾷ παραθηγομένου βρύχεις κοπίδας, qui « κοπίδας βρύχειν, inquit, *gladios devorare*, proverbialis fuisse videtur locutio, qua vani fortitudinis jactatores (germ. *Eisenfresser*) significarentur. Ita Timocles Athen. 6, p. 224, A, ὁ Βριάρεως

ὁ τοὺς καταπέλτας τάς τε λόγχας ἐσθίων,

quibus verbis Demosthenes notatur militiæ detrectator idemque belli instigator acerrimus. Itaque hoc dicit H., Periclem, quum audiat ensium strepitum, se fortissimum fore inani jactantia polliceri. » Hæc dure eruta ex græcis longiusque repetita mihi videbantur. Ironice non ensem, sed pugionem tantummodo, ἐγχειρίδιον, velut dicis causa, acuisse ait Periclem in cote dura.

2.

Athen. 15, p. 668, A, de cottabi ludo : Ἕρμ. Μοίραις·

Χλανίδες δ' οὖλαι καταβέβληνται,
θώρακα δ' ἅπας ἐμπερονᾶται,
κνημῖδε περὶ σφυρὸν ἀρθροῦνται,
βλαύτης δ' οὐδεὶς ἔτ' ἔρως λευκῆς·
ῥάβδον δ' ὄψει τὴν κοτταβικὴν
ἐν τοῖς ἀχύροισι κυλινδομένην·
μάνης δ' οὐδὲν λατάγων ἀΐει,
τὴν δὲ τάλαιναν πλάστιγγ' ἂν ἴδοις
παρὰ τὸν στροφέα τῆς κηπαίας
ἐν τοῖσι κορήμασιν οὖσαν.

Describuntur bellicæ turbæ, quum lænis soleisque exutis convivæ subito armantur, cottabique ludus interrumpitur. Versu 3 recte Bergk. κνημῖδε pro inconcinno κνημῖδες. Meinek. cum Erfurdtio et Porsono Misc. p. 248, singulari κνημὶς δὲ π. σφ. ἀρθροῦται. V. 4 libri ἑτέρως, menda dudum animadversa ab Jacobsio Mus. Att. 3, 3, p. 494, qui v. 7 cum aliis scripsit ἀΐει pro αἰεί. V. 5 et reliquos iterum habet Athen. 11, p. 487, E, v. 5 et 6 schol. Aristoph. Pac. 1242, ex Ἑρμίππου Στρατιώταις, quos v. fr. 2. V. 8 « κηπαίας, scil. θύρας, quam Demosthenes C. Euerg. p. 1155 dicit τὴν θύραν τὴν εἰς κῆπον φέρουσαν. » *M.*

3.

Idem 8, p. 344, C : Νόθιππον δὲ τὸν τραγῳδιοποιὸν Ἕρμ. ἐν ταῖς Μ. φησίν,

Εἰ δ' ἦν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων τῶν νῦν τοιόνδε μάχεσθαι,
καὶ βατὶς αὐτῶν ἡγεῖτ' ὀπτὴ μεγάλη καὶ πλευρὸν ὕειον,
τοὺς μὲν ἄρ' ἄλλους οἰκουρεῖν χρῆν, πέμπειν δὲ Νόθιππον ἑκόντα·
εἷς γὰρ μόνος ὢν κατεβρόχθισεν ἂν τὴν Πελοπόννησον ἅπασαν.

Versu 3 ἑκόντα, *libentem*, quippe profundæ gulæ hominem; id quod ex hoc ipso loco intelligas; male editores auctore Porsono ἕν' ὄντα. Cf. Ἀθηνᾶς γον. 1. Versum 4 respexit fort. Photius p. 146, 3, Κατεβρόχθισεν : κατέπιεν.

4.

Idem 10, p. 418, D : ἔλεγον δὲ καὶ Θετταλικὴν ἔνθεσιν τὴν μεγάλην. Ἕρμ. Μ.

Ὁ Ζεὺς δὲ τούτων, οὐδὲν ἐνθυμούμενος
Μοιρῶν, ξυνέπλαττε Θετταλικὴν τὴν ἔνθεσιν.

2.

Lænæ autem villosæ abjiciebantur,
et thoracem quisque infibulabat,
tibialia applicantur pedibus,
sandaliumque album jam nemo cupiebat;
virgam vero videbis cottabicam
in paleis volutam;
nec manes audit latices,
miseramque plastingem conspexeris
ad cardinem portæ hortensis
projectam in purgamentis.

3.

Quodsi hodiernum genus hominum tale (*tam male* [*paratum*) esset ad pugnandum,
illosque (*Lacedæmonios*) raia duceret assa grandis [et latus suillum,
ceteri quidem domi manere debebant, et Nothippum [mittere libentem :
ille enim solus deglutisset totam Peloponnesum.

4.

Juppiter autem horum, immemor
Parcarum, confinxit buccam Thessalicam.

Versu 1 ὁ Ζεὺς τούτων contemptim poeta dixit, ut βασιλεῦ σατύρων fr. 1, eodemque sensu. V. 2 libri vulgati μύων, sed PVL μύρων. Probabiliter Bergk. Commentt. p. 318, Μοιρῶν, confusionem τοῦ οι et υ vocalis vere dicens frequentissimam. Photius p. 88, 11, Θετταλικὴ ἔνθεσις : ὁ μέγας ψωμός.

5.

Idem 11, p. 476, C, de κερατίνοις ποτηρίοις agens : Ἑρμ. M.

Οἶσθα νῦν ὅ μοι ποίησον; τήνδε νυν μή μοι δίδου,
ἐκ δὲ τοῦ κέρατος ἄν μοι δὸς πιεῖν ἅπαξ μόνον.

Versu 1 τήνδε νυν, *hanc igitur*. Minus recte codd. etiam hic τ. νῦν. Intelligas autem λεπαστήν, quæ est interprete schol. ad Pac. 847, εἶδος ποτηρίου μεῖζον ἢ κύλιξ. Huic simile procul dubio τὸ κέρας, i. e. κεράτινον ποτήριον, *cornu* argenteum vel aureum. Κέρατος media producta plures dixerunt, et Æschylus in hoc loco Athenæi (v. Æschyli fragm. p. 83 nostræ ed.)

Ἀργυρηλάτοις
κέρασι χρυσᾶ στόμια προσβεβλημένοις,

quæ vereor ne labe adspersa sint, quum Tragicus dixisset, α littera correpta,

χρυσοῖς τε κέρασι στόμια προσβεβλημένοι.

Certe affectationis crimen non effugeret Æschylus, si argenteis cornibus aurea ora figurate dicta apposuisset. Ceterum v. 2 libri ἐκ δὲ τοῦ κ. αὖ μοι, etc.; sed αὖ non congruit τῷ ἅπαξ μόνον πιεῖν. Sæpius hæc permixta sunt a librariis, neque insolens ἂν imperativo junctum : v. Pherecrates Κορ. fr. 1, Matth. Gr. § 598, c.

6.

Idem ib. p. 486, B, de λεπαστῇ disserens : Ἑρμ. M.

Ἢν ἐγὼ πάθω τι τήνδε τὴν λεπαστὴν ἐκπιών,
*τῷ Διονύσῳ πάντα τἀμαυτοῦ δίδωμι χρήματα.

Eustath. ad Iliad. p. 1246, 35 : ὅτι δὲ μεγάλη ἦν (ἡ λεπαστὴ)... δηλοῖ σὺν ἄλλοις καὶ Ἑρμ. ἐν τῷ Ἂν ἐγὼ, etc. Versu 1 vulgo Ἐὰν ἐγὼ, etc. Porsonus præf. Hecubæ p. 25, aliique, Ἢν ἐγώ. V. 2 frustra quidam ἀπειρόμετροι tuentur dactylum primo loco versus trochaici, quum satis appareat scribendum esse metro salvo

πάντα σοὶ, Διόνυσε, τἀμαυτοῦ δίδωμι χρήματα.

Similia σοι et τωι, semel autem admissum τῷ secum traxit dativum; verba forte transposita, mendo non ita raro. Δίδωμι, *do*, lego, velut testamento.

7.

Schol. Aristoph. Ran. 320, et Suidas v. Ἴακχος : γέγονε δὲ καὶ ἕτερος (Διαγόρας), κωμῳδούμενος ἐπὶ μεγέθει, Ἑρμ. ἐν M.

*Μείζων γὰρ ἦν νῦν δή ᾽στι, καὶ δοκεῖ δέ μοι,
ἐὰν τοσοῦτον ἐπιδιδῷ τῆς ἡμέρας,
μείζων ἔσεσθαι Διαγόρου τοῦ τερθρέως.

V. 1 scribamus Μείων γὰρ ἦν νῦν δή τι. Sic etiam Athen. 18, 782, F, perperam legitur μείζων pro μείων, τ autem et στ sæpius confusa. Pro δέ μοι malim — δοκεῖ, δέμας ἐάν, etc. Νῦν δή (hoc Bergkius pro δέ), *paulo antea*. Suidas, Νῦν δή : ἀρτίως ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν. Cf. Pac. 5. Meinek. Μείζων γὰρ ἦ νῦν δή ᾽στι, καὶ δοκεῖ γέ μοι. V. 2 τοσοῦτον Dindorfius; schol. τι τούτων, Suid. τις. Τοῦ τερθρέως, nugatoris, præstigiatoris : temere editores τοῦ Τερθρέως, quasi hoc sit nomen proprium; nec me movent ista Suidæ, Τερθρεύς : ὄνομα κύριον. Eodem v. 3 Suid. ὅτι μείζων ἔτ᾽ ἔσται. Schol. τοῦ τερθρ. omittit.

8.

Pollux 7, 200 : τὰς δέ γε βελοπώλιδας εἴρηκεν Ἑρμ. ἐν M. « Casaub. ad Athen. p. 344, C, scribebat βελονοπώλιδας. At recte codex Falck. τὰς δέ γε βελόνας βελονίδας εἴρηκεν, idque confirmat ipse Pollux 10, 136 : καὶ βελόνης δὲ τοὔνομα ἐν Εὐπόλιδος Ταξιάρχοις,.... καὶ βελονίδες, ὡς Ἑρμ. ἐν M. » *Mein.*

13.

Idem 10, 136 : δεῖ δὲ (a δεῖν, *ligare*, *constringere*) ἐπὶ ταῖς ἐσθῆσι καὶ ῥάμμασιν (male codd. ῥαμμάτων). εἴρηται δὲ τοὔνομα... καὶ ἐν Ἑρμίππου *M.* « Ῥάμμ᾽ ἐπέκλωσας. » « Vide gram-

5.

Scin' quid nunc mihi facias? hanc quidem noli mihi [dare,
sed e cornu da mihi semel modo bibendum.

6.

Si quid mihi accidit hac lepasta epota,
Baccho bona omnia mea trado.

7.

Minor enim nonnihil fuit nuper, et videtur mihi,
si tantum crescit quotidie,
grandior futura Diagora præstigiatore.

maticorum loca, a Schneidero ind. Script. R. R. p. 375 collecta. » *M.*

Ad hanc fabulam Bergkius Commentt. p. 321 retulit fragm. inc. 2.

VII. ΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙ.

1.

Athen. 12, p. 524, F : καὶ Ἀβυδηνοὶ... ἀνειμένοι τὴν δίαιτάν εἰσι καὶ κατεαγότες, ὡς παρίστησιν Ἕρμ. ἐν Στρατιώταις·

Χαῖρ', ὦ διαπόντιον στράτευμα! — Τί πράττομεν;
τὰ μὲν μαλακῶς ἔχει πρὸς ὦπ' ἀπὸ σώματος,
ῥώμῃ δὲ νεανικῇ σφρίγει τὸ βραχιόνων.
Ἤσθου τὸν Ἄβυδον, ὡς ἀνὴρ γεγένηται;

« Nempe ξεναγὸς quidam milites Asiaticos, specie egregios, re ignavos, contraxerat. » *Dobræus* Advers. 2, p. 339. Sunt hæc strophica, versibus compositis ex duobus anacreonticis polyschematistis catalecticis, et clausula ejusmodi brachycatalectica :

ᴗ–ᴗᴗ–ᴗ–|ᴗ–ᴗᴗ–ᴗ–
ᴗ–ᴗᴗ–ᴗ–|ᴗ–ᴗᴗ–ᴗ

Invenias id genus metri etiam apud Aristophanem et Tragicos. V. 1 libri πραττομένων vel πραττόμενος. Correxit Dobræus. V. 2 et 3 libri mendose et trajectis verbis τὰ μὲν πρὸς ὄψιν μαλ. ἔχειν ἀπὸ σώματος, κόμῃ τε νεανικῇ φρίγει τε βραχ. Posui πρὸς ὦπ', ut apud Homerum, metri gratia. Alio modo transposuit Bergkius Commentt. p. 324 : τὰ μέν γ' ἀπὸ σώματος | πρὸς ὄψιν ἔχει καλῶς. Hermannus : τὰ μέν γε πρὸς ὄψιν εἰ | δοκεῖτε μάλ' οὐ κακῶς | ἔχειν ἀπὸ σώματος. V. 3 σφρίγει Villebrun. Τὸ βραχιόνων, ut τὰ θεῶν pro θεοὶ apud Euripidem; v. Matth. Gr. § 285, nos ad Thuc. 1, 40; de δὲ et τε passim confusis v. Porson. indice Euripidis, Thuc. 4, 78, etc. Frustra versum 4 alteri personæ tribuerunt, decepti, ut videtur, verbis τί πράττομεν; quæ sunt Atheniensis alicujus, in portu advenire videntis arcessitos ad bellum ex ipso Abydo milites, mirantisque et omnia experientes cives, et Abydenos molles adspectu tam robustos, virosque factos Illis ᾔσθου — γεγ. de hac re compellat aliquem adstantem. — Τὸν Ἄβυδον, quemadmodum, observante Mein., etiam nomina Πύλος, Σηστὸς, Κόρινθος, aliaque nonnulla, masculino genere dicuntur. Notum e gramm. Bekkeri Anecd. p. 322, 32, et Proverb. Bodl. p. 78, D, proverbium Μὴ εἰκῇ τὸν Ἄβυδον. Fortasse per errorem Steph. Byzant. v. Ἄβυδος, Μὴ εἰκῇ τὴν Ἄβυδον. « Abydum autem h. l. non urbem dicit, sed ipsos illos milites Asianos, ex Abydo aliisque illius oræ urbibus conscriptos. » *Mein.*

2.

Schol. Aristoph. Pac., 1242 : περὶ μὲν οὖν τῆς ῥάβδου (in cottabi ludo) Ἕρμ. ἐν. Στρ.

Ῥάβδον δ' ὄψει τὴν κοτταβικὴν
ἐν τοῖς ἀχύροισι κυλινδομένην.

Eadem leguntur in Μοίραις, fragm. 2, neque propterea simile utriusque dramatis argumentum fuisse conjiciam, siquidem cottabi ludus facilem ansam præbuit Comicis ad quævis fingenda. Bergk. Commentt. p. 320 : « Juvenes otiosi et divites quantopere hoc ludo delectati fuerint, satis superque multi comicorum poetarum arguunt loci : v. Cratinus in Nemesi, Plato in Laconibus et in Jove injuriis læso, Aristoph. in Dætalensibus et in Pace, Amipsias in Cottabissantibus, Nicochares in Laconibus, Antiphanes in Veneris Natalibus, alii, quos recenset ex magna parte Athen. 15, p. 668, A. » Vereor igitur, ut recte Milites Parcarum διασκευὴν fuisse existimaverit, sic fere disserens ib. p. 323 : « Ego sic statuo, Hermippum bis idem argumentum tractasse et in Mœris et Militibus, ita ut posterior fabula quasi pro recensione vel repetitione alterius habenda sit. Commune autem utriusque consilium hoc videtur fuisse, ut civibus pacis bona commendaret.... Et Mœras quidem docuit H. sub ipsum initium belli, Milites autem aliquot annis post, mortuo, ut consentaneum est, Pericle : itaque illos quidem anapæstos ferventissimos, qui in hujus contumeliam compositi erant (Μοιρ. fr. 1), segregasse videtur, deinceps autem secutos, quibus alacritatem Atheniensium acrimoniamque in Lacedæmonios illustravit, integros vel minima ex parte mutatos repetivisse. » Idem p. 324 memorat, urbem Abydum, antea societate junctam cum Atheniensibus, descivisse (ad Pharnabazum) auctore Dercylida Spartano olymp. 92, 1 (ante Chr. nat. 411); tunc autem, Athenas missis Abydenis, ibi in statione relictos cogitandos esse milites Atticos; v. Thuc. 8, 61 et 62.

MILITES.

1. [agimus?
Salve, o transmarine exercitus! quid (*quæ mira*)
adspectu quidem molli est corpore,
sed fortitudine juvenili vigent brachia
Sensistin', Abydum virum evenisse?

3.

Athen. 11, p. 480, E : ἐπαινοῦνται δὲ καὶ αἱ Χῖαι κύλικες, ὧν μνημονεύει Ἑρμ. ἐν Στρ.

Χία δὲ κύλιξ ὑψοῦ κρέμαται
περὶ πασσαλόφιν.

Bergk. l. l. p. 323 : « Poeta hoc dicit, præ militiæ studio Chium poculum superne pendere, neque amplius usurpari. »

4.

Pollux 10, 181 : οὕτω (ᾠὰν) τὴν μηλωτὴν ἐκάλουν, ἴσως ἀπὸ τῆς οἰός· τοῖς δὲ στρατιώταις καὶ ἀντὶ μάκτρας ὑπουργεῖ, ὅπερ ἐν Στρ. Ἑρμ. ὑποδηλοῖ·

Νικᾷ δ' ᾠὰ λιθίνην μάκτραν.

« Ejusmodi mactris Græci utebantur in vita communi (v. Aristoph. Plut. 541), in militia vero ἡ ᾠὰ in mactræ locum succedebat. » *E M.* De ᾠᾷ cf. ann. ad fr. 6 hujus comœdiæ.

5.

Hesychius, Πάνικτον : Ἑρμ. ἐν Στρ.

α. Ὥρα τοίνυν μετ' ἐμοῦ χωρεῖν ἐπὶ κωπητῆρα, λαβόντα
καὶ προσκεφάλαιον, ἵν' ἐς τὴν ναῦν ἐμπηδήσας ῥοθιάζῃς.
β. Ἀλλ' οὐ δέομ', οὐ πανικτὸν ἔχων τὸν πρωκτὸν, προσκεφαλαίου.

Versu 1 addidi ἐπὶ post χωρεῖν. Frustra Salmas. et alii τὸν κωπ. V. 2 libri ῥοθιάξῃς. V. 3 iidem ἀλλ' οὐ δέομαι παν. etc., quæ emendavit Mein. his annotatis : « πανικτὸν indicio esse videtur, Doriensem hominem hæc loqui. Πῆνος seu πᾶνος, proprie lanæ glomum significans trameæ circumvolutum, ad corporis tumores, pustulas et tubercula, transferri, constat ex Celso 5, 28, 10, aliisque; cf. Salmas. ad Scriptores Hist. Aug. 1, p. 548 : itaque πηνικτὸς seu πανικτὸς πρωκτὸς esse possit *podex tuberculis obsitus*. » In nupera tamen editione vir doctus tacite reduxit ἀλλ' οὐ δέομαι παν. In fine προσκεφαλαίου recte additum videtur a Blomfieldio.

6.

Eustath. ad Iliad. p. 877, 55, ex Aristophane grammatico : μηλωτὴν καλοῦμεν καὶ τὴν αἰγείαν δοράν, τὴν δὲ τῶν προβάτων τινὲς οἰέην, ὅθεν ἡ ᾠὰ συνῄλειπται, οἷον

Ὥρα μάττειν ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τὴν ᾠὰν περιδεῖσθαι
περὶ τὴν ὀσφύν.

Idem similiter ad Odyss. p. 1828, 58, ex eodem grammatico, ubi : τῶν ἀρχαίων Ἀττικῶν τινὲς συναλοιφὴν ποιούμενοι ᾦαν ἐκάλουν. « Sacra dicere videtur ea, quæ milites in bellum profecturi diis offerebant; ἐξιτηρίους εὐχὰς dicit Etymologus p. 348, 43. Cf. Apollodorus Athen. 6, p. 243, E. Ad Milites hæc revocavi propter fr. 5. » *E M.*

7.

Athen. 14, p. 649, C : χρῶνται δὲ τῷ ἀπεσθίειν ἀντὶ τοῦ ἀπό τινος ἐσθίειν, ὡς Ἑρμ. ἐν Στρ.

Οἴμοι τάλας, δάκνει, δάκνει,
ἀπεσθίει μου τὴν ἀκοήν.

Similiter Eustath. ad Odyss. p. 1753, 27.

8.

Gramm. Crameri Anecd. Oxon. 1, p. 363, 20 : παρὰ Ἀττικοῖς δὲ μάλιστα ἐπὶ πρώτου προσώπου ἡ παρὰ (πάρα) ἀντὶ τοῦ πάρειμι. Κρατῖνος Μαλθακοῖς καὶ Ἑρμ. Στρατιώτισιν (sic) « ὁ πωλῶν τ' ἀνδράποδ' (sic), ὅδ' ἐγὼ παρά (sic). » Eustath. ad Il. p. 586, et Etym. M. versum ita scriptum habent, tacito scriptoris et fabulæ nomine, τίς ἐσθ' ὁ πωλῶν τἀνδράποδ'; ἐγὼ πάρα. Hinc recte Meinek. :

α. Τίς ἔσθ' ὁ πωλῶν τἀνδράποδ'; β. Ὅδ' ἐγὼ πάρα.

9.

Zenobius Proverb. 2, 23 : Ἀνερίναστος εἶ. τάττεται ἡ παροιμία παρ' Ἑρμίππῳ ἐν Στρ. φασὶ δὲ ὅτι ἐρινεοῦ τοῦ ὀλυνθηφόρου ἐν τῷ χαρπῷ φύεται θηρία, ἃ προσαγορεύουσι ψῆνας (germ. *Gallwespen*, *Feigenbohrer* : v. Schneideri Lex. v. Ψήν, Stein. *Naturgesch.* 1, p. 310, Plin. H. N. 15, 19, etc.) τούτων οἱ γεωργοὶ λαβόντες ἀφάπτουσι (suspendunt)

3.

Chiaque calix alte suspenditur
e paxillo.

4.

Vincit autem ovilla pellis lapideam mactram.

5.

a. Tempus igitur est mecum eundi ad latus navis, sumpto
etiam pulvinari, ut insiliens perstrepas in undis.
b. At, non habens pustulatas nates, pulvinaris haud indigeo.

6.

Tempus est depsendi propter sacra, et pelle ovilla
coxam induendi.

7.

Væ mihi misero : mordet, mordet,
devorat mihi aurem!

8.

a. Quis est qui mancipia vendit? b. Hic ego adsum.

τῶν κλάδων ταῖς συκαῖς, ὅπως αὐτῶν ὁ καρπὸς μὴ ἀπορρέῃ· ἐνδυόμενον γάρ* εἰς τοὺς σφῆνας (scribam ὡς πρὸς σφῆνος, quasi cuneo adactum,) τὸ θηρίδιον στερεοῖ τούτους (scil. τοὺς κλάδους) καὶ πεπαίνει. (Plinius l. l. : « Caprificus vocatur e silvestrium genere ficus nunquam maturescens, sed, quod ipsa non habet, aliis tribuens.... ergo culices parit : hi fraudati alimento in matre, putri ejus tabe, ad cognatam volant, morsuque ficorum crebro, h. e. avidiore pastu, aperientes ora earum, atque ita penetrantes intus, solem primum secum inducunt, » etc.) διόπερ ἐπὶ τῶν, ἅπερ ἂν λάβωσι, μὴ διακρατούντων εἰρῆσθαι τὴν παροιμίαν.

10.

Athen. 3, p. 77, A : κοράκεων δὲ σύκων εἶδος Ἕρμ. ἐν Στρ. παραδίδωσι διὰ τούτων·

Τῶν φιβάλεων μάλιστ' ἂν ἢ τῶν κοράκεων.

Libri φιβαλέων, κορακέων. Correxit Schweigh. « Genitivi pendere videntur a verbo φάγοιμι (vel simili), quod in sequentibus (vel prægressis) adfuerit. » *M.* Φίβαλις Atticæ vel Megaridis fuit regio, a qua φιβάλεις ficus nomen habuerunt (v. Aristoph. Acharn. 803), κοράκεις autem a nigredine, ut videatur.

11.

Idem 10, p. 423, A : καὶ ἠρίσταμεν (per syncopen) δ' εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς.... καὶ Ἕρμ. ἐν Στρ. « Ἠριστάναι * καὶ παριστάναι τουτί. » Vulgo ἀριστάναι, quod correxit Dindorf. Photius enim p. 75, 9, ἠριστάναι : Ἕρμ., ὡς καὶ δεδειπνάναι φασίν. Eidem καὶ παριστάναι ortum videtur ex ἠριστάναι. Pro quibus Codex C παρεστάναι τουτωί. Scribam καὶ Ἕρμ. ἐν Στρ. « Ἠριστάναι, » ὡς παρεστάναι τουτωί. Potest, ut etiam verba παρ. τουτωί sint Hermippi, sed agitur inprimis hoc l. de ἠριστάναι. Ceterum παρεστάναι δὲ τουτωί esset finis iambici senarii.

IX. ΦΟΡΜΟΦΟΡΟΙ.

De tempore actæ fabulæ deque argumento quædam annotata ad fr. 1.

1.

Athen. 1, p. 27, D, E : Ἀντιφάνης που ὁ χαρίεις τὰ ἐξ ἑκάστης πόλεως ἰδιώματα οὕτω καταλέγει..... Ἕρμιππος δ' οὕτως·

Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
ἐξ οὗ ναυκληρεῖ Διόνυσος ἐπ' οἴνοπα πόντον,
ὅσσ' ἀγάθ' ἄνθρωπος δεῦρ' ἤγαγε νηῒ μελαίνῃ!
Ἐκ μὲν Κυρήνης καυλὸν καὶ δέρμα βόειον·
ἐκ δ' Ἑλλησπόντου σκόμβρους καὶ πάντα ταρίχη·
ἐκ δ' αὖτ' Ἰταλίας χόνδρον καὶ πλευρὰ βόεια·
καὶ παρὰ Σιτάλκου ψώραν Λακεδαιμονίοισι,
καὶ παρὰ Περδίκκου ψεύδη ναυσὶν πάνυ πολλαῖς.
Αἱ δὲ Συράκουσαι *σῦς καὶ τυρὸν παρέχουσι
καὶ Κερκυραίους ὁ Ποσειδῶν ἐξολέσειε
ναυσὶν ἐπὶ γλαφυραῖς, ὁτιὴ δίχα θυμὸν ἔχουσι.
Ταῦτα μὲν ἐντεῦθεν, κἀξ Αἰγύπτου τὰ κρεμαστὰ
ἱστία καὶ βύβλους, ἀπὸ δ' αὖ Συρίας λιβανωτόν.
Ἡ δὲ καλὴ Κρήτη κυπάριττον τοῖσι θεοῖσιν,
ἡ Λιβύη δ' ἐλέφαντα πολὺν παρέχει κατὰ πρᾶσιν,
χἠ Ῥόδος ἀσταφίδας τε καὶ ἰσχάδας ἡδυονείρους.

9.

Caprificatus non es.

10.

Phibalicarum ficuum maxime vel corvinarum.

SPORTIGERULI.

1.

Dicite nunc mihi, Musæ Olympias ædes habitantes,
unde naviget Bacchus vinicolorem pontum,
et quanta bona homo huc advehere soleat in nave nigra!
E Cyrene quidem caulem et tergus bubulum,
Ex Hellesponto autem scombros omniaque salsamenta;
tum ab Italia far triticeum et costas boum,
a Sitalce scabiem Lacedæmoniis,
et a Perdicca mendacia multis navibus.
Syracusæ vero sues (?) et caseum præbent,
et Corcyræos Neptunus perdat
in cavis navibus, quod ambiguam mentem habent.
Hæc quidem inde; et ex Ægypto suspendenda
vela, byblosque; a Syris autem libanotum;
et venusta Creta cupressos diis,
Libyaque eboris magnam copiam ad vendendum,
sicut Rhodus uvas passas et caricas suaviter somniando;

αὐτὰρ ἀπ' Εὐβοίας ἀπίους καὶ ἴφια μῆλα,
ἀνδράποδ' ἐκ Φρυγίας, ἀπὸ δ' Ἀρκαδίας ἐπικούρους.
Χαὶ Παγασαὶ δούλους καὶ στιγματίας παρέχουσι·
τὰς δὲ Διὸς βαλάνους καὶ ἀμύγδαλα σιγαλόεντα
Παφλαγόνες παράγουσι· τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός.
Φοινίκη καρπὸν φοίνικος καὶ σεμίδαλιν·
Καρχηδὼν δάπιδας καὶ ποικίλα προσκεφάλαια.

Versus 1 ex Homero sumptus est Il. 2, 484, aliisque locis. V. 3 libri mendose ὅσσ' ἀγ. ἀνθρώποις, quasi huc pertineret nomen Διόνυσος, quum jam deo, vini datori, opponatur *homo*, alia vitæ necessaria suppeditans. Igitur καὶ addendum fuit. V. 4 « καυλὸν, scil. σιλφίου, cujus mire ferax Cyrenaica; v. Thrige Hist. Cyr. 1, p. 231 seqq. Eckhel Doctr. num. 4, 1, p. 119. A bubulis autem tergoribus qui Cyrenen commendaverit, præter Hermippum scio neminem. V. 6 pro αὖ Jacobs. Anthol. Palat. 3, p. 1027, αὖτ' sine hiatu. V. 7 Σιτάλκου. Aristoph. Acharn. 141 Σιτάλκους, sed Σιτάλκου etiam Thuc. 2, 29, 102. Acerbe ab eo scabiem Lacedæmoniis advectam jocatur, fortasse per legatos, quos misisse videntur, ut Odrysarum dynastam potentissimum in suas partes traherent. (Recte H. Jacobsius observat scabiem imprecari potius poetam Lacedæmoniis, quam a Sitalca ipsis advectam jocari.) De Sitalcæ fœdere cum Atheniensibus cf. Thuc. 2, 29, et Acharn. l. l. De tempore actæ hujus fabulæ conjecturam capere licet ex mentione Sitalcæ; occisus enim ille est olymp. 89, 1 (423 ante Chr. nat.); ad societatem vero Atheniensium sese applicuerat olymp. 87, 3 (429 Chr. nat.). V. 8. De *Perdicca*, neque Lacedæmoniis neque Atheniensibus fideli, v. Poppo ad Thuc. vol. 2, p. 432. Ψεύδη pro vulgato ψευδῆ Schweigh. ex Eustathio Il. 2, p. 261, 8. V. 9. pro σῦς Eustathius ib. σῖτον. Ac sane sues Syracusanos Atheniensibus suppeditasse nullus veterum scriptorum, si bene memini, tradidit: quanquam Athenæus 12, p. 540, D, ὗς ἐκ Σικελίας memorat. » *Ex Mein.* Suspectum σῦς, nec nolim σῖτ' ἂν τυρῷ παρ., intellecto σὺν in τυρῷ, quemadmodum Athen. 3, p. 83, C: εἰ μέν τι τούτων Ἰόβας ἱστορεῖ, χαιρέτω Λιβυκαῖσι βίβλοις, h. e. σὺν Λ. βίβλοις. V. 11 libri versu claudicante ὅτι. Sequor cum Meinekio Dindorfium: Homericum enim est δίχα θυμὸν ἔχειν, *dissentire*. « Minus recte Casaub. secundum Eustathium ad Odyss. p. 1582, 20, his verbis bellum Persicum respici statuit, quo quidem tempore Corcyræi parum sincere erga Græcos egerunt; sed vetera ista sunt et obsoleta: itaque nostrum ad intestina eorum dissidia spectare credo, quum alii Spartanis, alii Atheniensibus faverent, ut Iliad. 20, 32, alii deorum Græcis, alii Trojanis. Ceterum versus 10 et 11 cum reliquis adeo non conveniunt, ut inter 9 et 10 complures excidisse videantur. » *Mein.* Ego id sæpius factum puto in hac ecloga. V. 12 libri hiante versu ἐντεῦθεν· ἐκ δ' Αἰγ. Posui κἀξ. « Xenophon Œcon. 8, 12, navem regi dicit διὰ σκευῶν ξυλίνων καὶ πλεκτῶν καὶ κρεμαστῶν. Cf. Pollux 1, 94; 10, 13. V. 14 κυπ. τοῖσι θ. Cupressina deorum simulacra commemorat, alios ut mittam, Pausan. 6, 18; 8, 17, etc. » *E M.* V. 16 libri asyndeto importuno ἡ Ῥόδος. V. 17 ἴφια, *grandiora*: v. Iliad. 5, 556. V. 19 libri αἱ Παγ. Cf. 16. Παγασαὶ, urbs et portus Thessaliæ: v. Herodot. 7, 193, cum ann. doctissimi Bæhrii. V. 20 Διὸς βαλάνους, *Jovis glandes*, i. e. præstantes, *castaneas*, quemadmodum et apud Euripidem Cyclope 123, Διὸς γάλα pro βοὸς restituendum puto auctore Athenæo. Et Διὸς βαλάνους et ἀμ. σιγ. commemoraverunt Hesych., Antiatt. p. 82, 19 (qui fabulæ nomen servarunt Ἑρμ. Φορμοφόροις), sæpiusque Eustathius, præsertim ad Odyss. p. 1404, ut Mein. annotavit. V. 21 libri παρέχουσι, male repetito eodem verbo intra breve spatium. Ἀναθ. δαιτὸς, ut Odyss. 1, 152, aliisque locis. Mein. Hist. crit. Com. p. 92: « Mihi H. has parodias fabulis suis intexuisse videtur, Epicharmi, Cratini, aliorumque exemplum secutus. » V. 22 ita Jacobs. Anthol. Palat. 3, p. 577. Libri Φοινίκη δ' αὖ καρπὸν καὶ σεμ. Si quid audendum est, quidni scribamus Φ. δ' αὖ καρπὸν ὁμώνυμον, ἢ σεμ.?

2.

Idem ib. p. 29, E: Ἑρμ. δέ που ποιεῖ τὸν Διόνυσον πλειόνων (οἴνων) μεμνημένον·

Μενδαίῳ μὲν ἐπουροῦσιν καὶ οἱ θεοὶ αὐτοὶ

---

at ex Euboea piros et grandia mala;
servos ex Phrygia, et ex Arcadia socios.
Pagasæ quoque mancipia stigmaticosque offerunt;
Jovisque glandes et amygdala tenera
Paphlagones adducunt, additamenta epularum;
Phœnicia rursus fructum *cognominem* ac similaginem;
denique Carthago strata et varia pulvinaria.

2.

Mendæo (vino) potato immejunt etiam ipsi dii

στρώμασιν ἐν μαλακοῖς· * Μάγνητα δὲ μειλιχόδωρον
καὶ Θάσιον, τῷ δὴ μήλων ἐπιδέδρομεν ὀδμή,
τοῦτον ἐγὼ κρίνω πολὺ πάντων εἶναι ἄριστον
τῶν ἄλλων οἴνων μετ' ἀμύμονα Χῖον ἄλυπον.
Ἔστι δέ τις οἶνος, ὃν δὴ σαπρίαν καλέουσιν,
οὗ καὶ ἀπὸ στόματος στάμνων* ὑπανοιγομενάων
ὄζει ἴων, ὄζει δὲ ῥόδων, ὄζει δ' ὑακίνθου
ὀδμὴ θεσπεσίη, κατὰ πᾶν δ' ἔχει ὑψερεφὲς δῶ·
ἀμβροσία καὶ νέκταρ ὁμοῦ τοῦτ' ἐστὶ τὸ νέκταρ·
τούτου χρὴ παρέχειν πίνειν ἐν ταῖσι θαλείαις
τοῖσιν ἐμοῖσι φίλοις, τοῖς δ' ἐχθροῖς ἐκ Πεπαρήθου.

« Ipsum Bacchum hæc dicere apud Herm. testatur Athen.; ad Phormophoros autem retuli, probabilitate rei ductus. Versus 6–10 habet Eustath. ad Odyss. p. 1449, 10. » *E M.* Versu 1 et 2 Μενδαίῳ, vino appellato a Mende, oppido Pallenes: v. Thuc. 7, 123, etc. Codd. inepte ἐνουροῦσιν, quum præsertim sequatur στρώμασιν ἐν μαλ. Iidem hiantes καὶ θεοὶ αὐτοί. Meinek., Hermannum secutus, Μενδαῖον, τοῦ μὲν καὶ ἐνουροῦσιν θεοὶ αὐτοί. V. 2 Μάγνητα, ad Ossam et Pelium: v. item Thuc. 7, 132. Sed legendum — μαλ., Μάγνητι δὲ μειλιχοδώρῳ: alioqui hæc non cohærent. V. 3 τῷ... ὀδμή affert Eustath. ad Odyss. p. 1633, 65, usu Homerico articuli; quo usu fretus Dind., adstipulante Mein., v. 6 posuit τὸν pro ὅν. Sed magna vis est cæsuræ, ut passim observavimus in annotatis ad Homerum, tolliturque ea hoc ipso loco τὶς pronomen. Quare, si quis mallet, vel aliunde proferret, καὶ Θάσιον, ὅν, id ego non repudiarem; potestque adeo, ut τῷ forte conflatum fuerit ex (Θάσιόν) γ', ᾧ. V. 6 σαπρίαν οἶνον Eust. p. 1449 interpretatur ἀνθοσμίαν, quod convenit sequentibus de suavi odore ejus vini. Igitur ridicule H. σαπρίαν dixit, contrarium intelligens. Annotavit Mein. id genus vini ab uno Hermippo commemorari. V. 7 οὗ. Præter necessitatem Bergk. τοῦ. In ὑπανοιγ. inutilis est ὑπὸ præpositio, vereorque ne ponendum sit στάμνων ἐπ' ἀνοιγομενάων, *testis apertis*. Tralaticium est ἐπὶ et ὑπὸ confundi. Bergkius ἐξοιγνυμενάων. V. 9, 10 vulgo prava interpunctione δῶ ἀμβρ.... ὁμοῦ. τοῦτ'.... νέκταρ, τούτου, etc. Libri ὀσμὴ θεσπεσία, correctum a Mein. V. 11 codd. BCD παρέχειν ἀεὶ πίνειν. Itaque scribam, τῷ χρὴ expuncto, tanquam glossemate, τούτου ἀεὶ παρέχειν (i. e. πάρεχε vel παρέχετε, usu noto infinitivi) πίνειν ἐν τ. θ. Libri minus probabiliter ἐν τῇσι θαλείῃς. BCD τῇ θαλείᾳ. Audacter Dindorf. et Mein. ἐν δαιτὶ θαλείῃ. V. 12. Peparethus, Cyclas, memoratur in hymno Homer. 1, 32, item Thuc. 3, 89, et apud Sophoclem Philoct. 545, ubi vocatur εὔβοτρυς. Cf. Plin. 4, 23. Ex hoc loco intelligas fertilem quidem vini fuisse insulam, sed ignobilis, quod tamen mercatores coemere solebant propter vile pretium. Ovidius Met. 7, 470, feracem olivæ dicit Peparethum.

3.

Idem 15, p. 700, D: Ἑρμ. δὲ ὁ κωμῳδιοποιὸς... ἐν Φορμοφόροις δράματι, « Τῇδ' ἐξιόντι* δεξιᾷ, ὦ λυχνίδιον. » Suspicor, scribendum esse

Τῇδ' ἐξιόντι δεξί', οὗ λυχνίδιον.

Δεξιὰ pro δεξιῶς vel δεξιᾷ. Meinek. Τῇδ' ἐξιόντ' ἐπὶ δεξί' ὦ λ., scilicet ἄγου με vel simile.

4.

Pollux 9, 71 · εἴη δ' ἂν καὶ σύμβολον βραχὺ νομισμάτιον, ἡμίτομόν τι νομίσματος· ὁ γοῦν Ἑρμ. ἐν Φορμ. λέγει

Παρὰ τῶν καπήλων λήψομαι τὸ σύμβολον.

Cf. Δημ. fr. 1.

5.

Idem 10, 122. Ἑρμ. ἐν Θεσμοφόροις (recte Casaub. Φορμοφόροις) τὸν κύαθον, καὶ τὴν οἰνοχόην, καὶ τὸ λυχνίον (λυχνίδιον fr. 3), καὶ τὰ

---

mollibus stratis, *haustoque* Magnete dulci;
Thasiumque, quod supervolare solet malorum [odor,
hoc ego longe optimum esse judico aliorum
omnium vinorum post generosum Chium, mœ- [roris expers.
Est autem vini quoddam genus σαπρίας appella- [tum,
cujus testis apertis os olet
violas, olet rosas, olet hyacinthum,
odore divino, qui totam implet domum:
ambrosia simul et nectar est hoc nectar;
hujus præbete festis diebus potum
amicis meis, hostibus autem Peparethium.

3.

Hac exeunti ad dextram, ubi lucernula.

4.

Apud caupones sumam symbolum

τοιαῦτα σκεύη χαλκίδια καὶ χαλκία καλεῖ, ὡς ἐκ χαλκοῦ πεποιημένα. Pro λυχνίον unus codex λυχνεῖον.

6.

Idem 7, 89 : ὕπισχλοι (?) δὲ (ὑπόδημα) πολυτελὲς ἀνδρεῖον, οὗ Ἑρμ. ἐν Φορμ. μνημονεύει. « Ita cod. Falck. pro ὕπιχλοι. Casaub. ad Athen. 15, p. 700, D, καὶ σύχχοι, quod calcei Phrygii genus fuit; aliis placet ὕσκλοι vel ὕσχλοι, quo solearum ansulæ significantur : v. Pollux 7, 80, et Hesych. v. Ὕσκλοι. Sed requiritur calcei nomen, velut ἔπτυσχλοι, ab ansularum numero dicti : vid. Hesych. v. Ἔπτυσκλοι, et Phryn. Bekker. p. 16, 11. Propius etiam accedit πτύσχλοι, ex ipso illo ἔπτυσχλοι mire decurtatum; v. Phot. p. 470, 26. » *E M.*

7.

Schol. Aristoph. Avium 750 : οὗ (Phrynichi comici) μέμνηται Ἑρμ. ἐν Φορμ., ὡς ἀλλότρια ὑποβαλλομένου ποιήματα. V. Mein. in Hist. crit. Com. p. 150.

8.

Gramm. Bekkeri Anecd. p. 419, 26, et ex eo Suidas, Ἀπεδημηκότες : Ἑρμ. Φορμ. « Antiatt. p. 79, Ἀπεδημηκότος : Δημοσθένης κατὰ Λεπτίνου, Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων τρίτῳ. Locos neque ego reperi, neque Lobeckius ad Phryn. p. 598 : itaque suspicor, apud Antiatticistam Hermippi nomen excidisse, Demosthenis autem et Xenophontis memoriam ad aliam glossam spectare, quam exquirant velim, quibus otium est. » *E M.* Apud Xenophontem quidem Comment. 2, 3, 12, legitur εἰ δὲ βούλοιο τῶν φίλων τινὰ προτρέψασθαι, ὁπότε ἀποδημοίης, ἐπιμελεῖσθαι τῶν σῶν, et parum verosimile est, hæc ad formam verborum, quæ sequuntur, δῆλον,... ὁπότε ἀποδημοίη, conficta esse ab aliquo correctore, quum Xen. dixisset προτρ., ποτὲ ἀπεδημηκότος ἐπ. τ. σ.

HERMIPPI INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

1.

Athen. 1, p. 18, C, de ebrietate et usu balneorum calidorum :

Μὰ τὸν Δί', οὐ μέντοι μεθύειν τὸν ἄνδρα χρὴ
τὸν ἀγαθὸν, οὐδὲ θερμολουτεῖν, ἃ σὺ ποιεῖς.

Articulum ante Δία addiderunt metri gratia Erfurdt. Observ. p. 425. et Porsonus. Grotius Excerpt. p. 524, ita reddidit :

Viri boni hercle non est facere, quod facis,
calidis lavari, potare ad temulentiam,

qui male imitatur Prudentium Adv. Symmachum 1, 135, primam vocis *temulentus* corripientem. Scribam potius

Boni hercle viri non est facere id, quod tu facis,
et inebriari, et calidis uti balneis.

2.

Idem 2, p. 56, C, de variis olivarum generibus agens :

Ὥστε, Μαραθῶνος τὸ λοιπὸν ἐπ' ἀγαθῷ μεμνημένοι,
πάντες ἐμβάλλουσιν ἀεὶ μάραθον ἐς τὰς ἁλμάδας,

φησὶν Ἑρμ. Versu 2 Porsonus ἐμβαλοῦσιν. Coraes : « olivas fœniculo condire etiamnum apud Græcos solenne est. Has fœniculo et muria conditas olivas appellant κολυμβητὰς ἐλαίας, vocabulo paulum deflexo a veterum κολυμβάδες. »

3.

Gramm. Bekkeri An. p. 362, 15, * Αἱμορυγχία Δώριόν ἐστι τοὔνομα, πλὴν καὶ ὁ Ἀττικὸς Ἑρμ. ἐχρήσατο τῇ φωνῇ εἰπὼν « Ἐγώ σου σήμερον τύπτων τὸ πρόσωπον αἱμορυγχίαν ποιήσω. » σημαίνει δὲ τὸ καθημάχθαι τὸ ῥύγχος. Φρύνιχος μέντοι οὐκ ἐγκρίνει τὴν φωνήν. Hesych. Αἱμορυγχιᾶν : καθημάχθαι τὸ ῥύγχος. « Recte etiam Hermippo infinitivum restituit Schneider. in Lexico. Tum codex ποιήσω, quod vereor ut recte in ποιῶ mutatum sit (vulgo enim, fabricatis senariis,

— Ἐγώ σου σήμερον
τύπτων τὸ πρόσωπον αἱμορυγχιᾶν ποιῶ. *Both.*).

Futurum, ni fallor, necessarium est; nec in αἱμ. secunda syllaba videtur corripi posse. » *E M.* Restituamus iambicos tr. catal., quorum priorem ἀκέφαλον,

— Τήμερόν σου
τὸ πρόσωπον αἱμορρυγχιᾶν τύπτων ἐγὼ ποιήσω.

Τήμερον Meinekius quoque maluit, etiam ad dimetros revocari posse locum observans.

E FABULIS INCERTIS.

2.

Quare, Marathonis in posterum fausto omine memores,
omnes semper marathrum injiciunt muriaticis olivis.

3.

— Hodie tuam
faciem ego verberans cruentabo.

4.

Phrynichus Appar. sophist. p. 9, 7: Ἀναψαθάλλειν.... Ἑρμ. ἄνευ προθέσεως λέγει ψαθάλλειν ἀντὶ τοῦ κνᾶν·

Σὺ δὲ τὴν κεφαλήν ψάθαλλέ μου,

ἀντὶ τοῦ ψηλάφα. « Fortasse Populi Atheniensis verba sunt, Cleoni vel simili δημοπιθήκῳ caput scalpendum præbentis. » *E M.*

5.

Idem ib. p. 25, 19, Ἀνήδομαι ἐφ' οἷς ἥσθην : ἀντὶ τοῦ οὐκέθ' ἥδομαι. Ἑρμ. « Ἃ τόθ' ἥσθην, ταῦτα νῦν ἀνήδομαι, » ἀντὶ τοῦ καὶ τὴν ἐπ' ἐκείνοις γεγενημένην ἀπορρίπτω καὶ ἀποτίθεμαι ἡδονήν. Valck. ad Eurip. Hipp. p. 259, senarium supplens Ἃ γὰρ τόθ' ἥσθ. Malim

Ἃ 'γὼ τόθ' ἥσθην, ταῦτα νῦν ἀνήδομαι.

Lobeckius ad Phryn. p. 563 suspicatur ἀφήδομαι.

6.

Athen. 2, p. 59, C, de κολοκύντη : Ἀττικοὶ δὲ μόνως (scil. non addito Ἰνδικὴ similive cognomine) καλοῦσιν αὐτὴν κολοκύντην. Ἑρμ. « τὴν κεφαλὴν ὅσην ἔχει. ὅσην κολοκύντην. » Ita Dind. ex cod. C; vulgo ὅση κολοκύντην. Scriptura κολύντηνι ejus est, qui mendosum κολοκύντην mutari voluit in κολοκύντῃ (κολοκύντηι), et recte quidem : ponendum enim procul dubio et sententiæ et metri causa

Ἴσην κολοκύντῃ τὴν κεφαλὴν ὅσην ἔχει!

Quibus verbis Periclis caput magnum et cucurbitæ simile irrideri sensit Meinek.

7.

Pollux 7, 194 · Ἑρμ. δὲ ἐπὶ τοῦ προπιστευθέντος ἄνευ ἀργυρίου πίνειν ἐκ καπηλείου προδόσει πίνειν εἴρηκε. « Attigit hæc Casaub. ad Theophr. Char. 18, p. 196 ed. Lips. Nostri *auf Borg trinken.* Non multum dissimili sensu Demosthenes p. 1208 conjunxit δωρεὰς καὶ προδόσεις (*Vorschüsse*). » *E M.*

8.

Mœris Attic. p. 209, 19, Σωδάριον : Ἑρμ. τὸ ὑφ' ἡμῶν σουδάριον (lat. *sudarium*). « Nisi Epicharmi nomen pro Hermippi reponendum est; suspiceris, Siculum, qui voce illa uteretur, a poeta inductum esse; v. Pierson. h. l. et Huschk. Dissert. de Annio Cimbro p. 49. » *E M.*

9.

Schol. Aristoph. Vesp. 361, Σκοπιωροῦνται : κατοπτεύουσι καὶ παραφυλάττουσιν. Ἑρμ. δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπὸ τῆς σκοπῆς (σκοπιᾶς malebat Florens Christ.) θεωρεῖν.

10.

Suidas, Δειλοκομπήσας : ἐξαπατήσας. Ἑρμ. « Rectius (?) Hesych. δειλοκοπήσας : ἐξαπατήσας, ἐκφοβήσας· ubi v. interpp. » *E M.*

11.

Pollux 2, 125 : Ἑρμ. δὲ ὁ κωμικὸς καὶ περιλέγειν εἴρηκε τὸ περιέρχεσθαι τῷ λόγῳ, οἷον περισσὰ λέγειν. Simile περιλαλεῖν ex Aristoph. Eccles. 231 commemoravit Mein.

12.

Idem 3, 125 : Ὑπερίδης καὶ πράτην (emptorem) εἴρηκε,... πωλητήριον δὲ Ἑρμ. ὁ κωμικός. Hemsterhusius πωλητῆρα, quem secutus est Bekkerus in ed. Poll.

13.

Gramm. Bekkeri An. p. 367, 33, Ἀκολουθοῦντε : ἀντὶ τοῦ ἀκολουθοῦσα δυϊκῶς. οὕτως Ἑρμ., καὶ γὰρ κέχρηνται ταῖς ἀρσενικαῖς μετοχαῖς ἀντὶ θηλυκῶν πολλάκις.

14.

Idem p. 401, 18 : Ἀνεψιαδοῖ Ἀριστοφάνης, καὶ ἀνεψιαδοῦς Φερεκράτης, καὶ Ἑρμ. ἀνεψιαδοῦν.

15.

Idem p. 470, 10, Ἀφεῦσαν : ἀφῆκαν. Πλάτων καὶ Ἑρμ. « Scribendum videtur ἀφεῖσαν. » *Mein.*

16.

Photius p. 9, 23 : ἔφη δὲ καὶ ἀδηφαγοῦσα Σοφοκλῆς, καὶ ἀδηφαγεῖν Ἑρμ.

17.

Idem p. 230, 10, * Λολλοῦν : τὰ παιδία τὸν θεόν (sic). οὕτως Ἑρμ. Hesych. * Λόγχια : τὰ παιδία τῶν θεῶν. κέχρηται τῇ λέξει Ἑρμ. « Non expedio. » *Mein.* Sane hæc sunt corruptissima, in quibus tamen agnoscas ἀολλοῦν et ἀοχνία. Sed eorum vocabulorum explicationes interciderunt, et adscripta apud utrumque grammaticum ad aliam vocem pertinent, quæ non succurrit. De litteris Λ et Α confusis res trita.

18.

Idem p. 285, 15, Ναικισήρεις : καὶ παρὰ Φε-

4.

Tu caput meum tange.

5.

Quantum ego tunc gavisus sum, tantum nunc contristor.

6.

Cucurbitæ simile quantum caput habet!

ρεκράτει, καὶ Ἑρμίππῳ. τοὐναντίον δὲ σημαίνει τῷ ἀληθεύειν. V. Pherecrat. fr. incert. 46.

19.

Idem p. 339, 21, Ὀξίνην : τὸν οἶνον, οὐχ ὀξίναν (fort. ὄξινον. *Mein.*) καὶ Ἕρμ. καὶ Φιλωνίδης καὶ ἄλλοι. Perperam libri καὶ οἱ ἄλλοι. Aristoph. Vesp. 1042 metaphorice dixit θυμὸν ὀξίνην.

20.

Idem p. 508, 3, Σέων : σητῶν. οὕτως Ἕρμ. « Cf. gramm. apud Bekker. p. 1257, et Thom. Mag. p. 328 Ritsch. » M.

21.

Idem p. 656, 22, Ψῦχος : τὸ ῥῖγος. Ἡρόδοτος (4, 28, ψύχεα), ἀλλὰ καὶ Ἕρμ.

XI.

MYRTILUS.

Hermippi frater secundum Suidam v. Ἕρμιππος. « Hujus vitam in cauponis et tabernis transactam tangi putant ab Athen. 13, p. 566, F, ex quo loco, minus integre, ut videtur, scripto, nihil ejusmodi efficias. Fabulas Myrtili Suidas commemorat duas, alteram inscriptam Ἔρωτες, ex qua nihil superest, alteram Τιτανόπανες, passim a grammaticis laudatam, sed fere corrupto titulo : velut apud Aspasium ad Aristotelis Eth. Nicom. 4, 2, legitur Μυρτίλος Τιτανόπαισι, quo decepti sunt Meursius Bibl. Att. p. 1573, et Kuster. ad Suid. 2, p. 590. Ceterum pravo accentu Eudocia Τιτανοπάνες, Suidas Τιτανοπᾶνες. Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 1198 : τὰ εἰς αν λήγοντα εἰ... ὦσι σύνθετα, βαρύνονται, ... οἷον Ἑρμόπαν, Ἀντίπαν (fort Αἰγίπαν), Τιτανόπαν. Steph. Byzant. : Ἀκαρνάν· τὸ ἐθνικόν, ὡς Αἰνιάν, Ἀθαμάν, Αἰζάν : ἁπλᾶ γάρ. τὸ (δὲ) Τιτανόπαν σύνθετον. De argumento hujus comœdiæ ex paucis fragmentis nihil elici potest, nisi forte ex ipso titulo suspiceris, poetam irrisisse increbescentem illis temporibus consuetudinem diversa deorum numina in unum conjungendi, cujus generis fuere Panapollo, Hermopan, Hermathene, Hermerotes, alia. Nomen Titanopan Berkelius ad Steph. Byzant p. 74 ad conjunctum Panos et Solis numen retulit. Sed potius pæderastiam significari putes; dictique sunt Τιτᾶνες ἀπὸ τοῦ τιταίνειν. Hesych. Τιτάν : ὁ παιδεραστής. V. eundem v. Πᾶνες. (Gesnerus Thes. L. L. v. Pan : « Biformes *Panas* plurali dixit Colum. 10, 427, et cum *lascivis Satyris* conjunxit. Nempe Panes a Satyris vix differunt. ») Photius p. 592, 1 : ἐνομίζοντο δὲ (οἱ Τιτᾶνες) τῶν πριαπωδῶν θεῶν. » *Mein.*

ΤΙΤΑΝΟΠΑΝΕΣ.

1.

Aristoteles Eth. Nicom. 4, 2, de ineptis divitiarum ostentatoribus disserens : οἷον ἐρανιστὰς γαμικῶς ἑστιῶν, καὶ, κωμῳδοῖς χορηγῶν, ἐν τῇ παρόδῳ πορφύραν εἰσφέρων, ὥσπερ οἱ Μεγαρεῖς. Ad quæ Aspasius : σύνηθες ἐν κωμῳδίᾳ παραπετάσματα δέρρεις ποιεῖν, οὐ πορφυρίδας. Μυρτίλου ἐν Τιτανόπαισι (sic) τὸ

— Δείν' εἰσακούεις, Ἡράκλεις;
τουτέστι σοι τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς Μεγαρικόν·
καὶ σφόδρα γελᾷς ψυχρ'. Οὐχ ὁρᾷς τὰ παιδία;

διασύρονται γὰρ οἱ Μεγαρεῖς ἐν τῇ κωμῳδίᾳ. Libri vitiose Δεινῆς ἀκούεις... σκῶμμα ἀσ. καὶ Μεγ., καὶ σφ. ψυχρὸν γελᾷς, ὁρᾷς τὰ π. Reliquam loci partem v. in annot. ad Ecphantidis Incert. 1. « In his, quæ Myrtilo tribuuntur, Eupolidis versus esse, ex schol. Aristoph. Vesp. 57 intelligitur. Cf. Fritzsch. Act. soc. gr. 1, p. 130. Myrtilus castigat importunam purpureorum velorum ostentationem, quibus Megarenses aditum scenæ vel orchestræ ornabant, Atheniensibus in ciliciorum usu acquiescentibus. Eodem spectare videtur Hesychii glossa * Δερριδόγομφοι : πύλαι δέρρεις ἔχουσαι παραπετάσματα. » *Mein.* Alieni γόμφοι. Scripserim δερριδιόκομψαι, *pellibus ornatæ* (portæ). V. Eupolidis Prospalt. fr. 2.

2.

Schol. Aristoph. Avium 1490 : οἱ ἥρωες δὲ δυσόργητοι καὶ χαλεποὶ τοῖς ἐμπελάζουσι γίνονται,... διό μοι δοκοῦσι καὶ οἱ τὰ ἡρῷα παριόντες σιγὴν ἔχειν, ὡς Μυρτίλος ἐν Τιτανόπασί φησιν. « Hinc Narcisso heroi Eretriensi σιγηλοῦ cognomen inditum. Strabo 9, p. 404 : καὶ τὸ Ναρκίσσου τοῦ Ἐρετριέως μνῆμα, ὃ καλεῖται Σιγηλοῦ, ἐπειδὴ σιγῶσι παριόντες. Quæ lucem affundunt Alciphronis loco Epist. 3, 58 : τρέμω ἐνδακὼν τὸ χεῖλος, ὡς οἱ τὸν σιγηλὸν ἥρω παριόντες, μή κακόν τι προσλάβωμαι. Ibi rectius scribas Σιγηλὸν seu potius Σίγηλον. Eustath. ad Odyss. p. 1967, 36 : καὶ Σίγηλος μὲν κύριον ὄνομα Ναρκίσσου· σιγηλὸς δὲ ὁ σιωπηλός. » *E M.*

3.

Pollux 2, 110 : τὸ δὲ ἐπιγιγνόμενον τῇ γλώττῃ ἑλκίδιον (minus bene vulgo ἑλκύδριον : codd. Fal-

---

TITANOPANES.

1.

— Fœdane audis, Hercules?
Hic est jocus impudicus Megaricus —
etiam rides frigidissime. Nonne vides puerulos?

ckenb. et Voss. ἐλκίδιον) * φλυκτὶς καλεῖται. Codex Falck. τὸ δὲ ἐπ. τῇ γλ. ἑλκίδιον ὀλοφυτὶς (ὀλοφυκτὶς Mein.) καλεῖται ἐν τοῖς Τιτανασπιᾶσι τοῦ Μυρτίλλου (sic). Cod. Paris. A apud Bekk. Τιτανογίγασι. « Pustulam linguæ probabile est Myrtilum eodem consilio memorasse, quo Theocritus dixit Idyll. 9, 30 :

Μηκέτ' ἐπὶ γλώσσης ἄκρας ὀλοφυγδόνα φύσῃς.

Cf. Casaub. Lectt. Theocr. cap. 10. » *E M.*

EX FABULA INCERTA.

Phrynichus Epit. p. 433, vocis καταφαγᾶς usum damnans : ἴσως δ' ἂν εἴποις, ὅτι ἠκολούθησα Μυρτίλῳ λέγοντι

Ὡς ὁ μὲν κλέπτης, ὁ δ' ἅρπαξ,
ὁ δ' ἀνάπηρος πορνοβοσκὸς
καταφαγᾶς.

ἀλλ' οὐκ ἐχρῆν τὰς ἅπαξ εἰρημένας λέξεις ἁρπάζειν. Pollux 6, 40 : παμπόνηρος δὲ ὁ παρὰ Μυρτίλῳ τῷ κωμικῷ καταφαγᾶς, εἰ καὶ Αἰσχύλος αὐτῷ ἐχρήσατο.

XII.

PHILONIDES.

« Philonides Atheniensis, pater Nicocharis, poetæ comici (v. Suid. vol. 2, p. 526), initio sive fulloniam, sive pictoriam artem factitaverat, prouti vel Suidæ vel Eudociæ fidem habeas; quorum ille vol. 3, p. 614, πρότερον, inquit, ἦν γναφεύς, Eudocia vero p. 428, πρότερον ἦν γραφεύς. Hujus ætatem, expensis iis, quæ disseruit Hanovius Exercit. critt. 1, p. 2 seqq., ita definias, ut eum Aristophane, cujus primam fabulam Daetalenses olymp. 88, 1 (ante Chr. nat. 427) suo nomine docuit, paulo superiorem fuisse, vitamque ultra olymp. 93, 3 (ante Chr. nat. 405), quo anno Aristophanis Ranas docuit, produxisse statuamus : nam quod Hanovius eum vel olymp. 96 (ante Chr. nat. 395 ad 392) superasse existimat propter Φιλέταιρον fabulam a Suida commemoratam, quam ille ad mediæ comœdiæ ingenium attemperatam fuisse colligit ex titulo, id quam incerta conjectura nitatur, facile intelligitur. Sed omnino difficilis est quæstio de Philonidis opera Aristophani præstita in fabulis docendis, maxime propter Vesparum didascaliam; de qua neque Dindorfius ad Aristophanis fragmenta p. 65 seqq., neque Hanovius l. l. p. 24 satis probabiliter disputarunt. (V. Aristophanis editio, a nobis curata, vol. 2, p. 10, ann. 4. *Both.*) Dramata Philonidis præter Φιλέταιρον a Suida et Eudocia commemorantur Ἀπήνη et Κόθορνοι, quorum titulorum priori similes sunt Σφενδόνη Amipsiæ, Ἰπνὸς Pherecratis, Βωμὸς et Λέβης Alexidis, aliique aliorum. *Cothurnorum* argumentum ad Theramenem pertinuit, quem propter inconstantiam in rebus civilibus Κοθόρνου cognomen meruisse constat : v. fabulæ fragm. 6. Pluralis Κόθορνοι ad chorum videtur spectare, qui ex Κοθόρνοις, h. e. mobilibus ac ventosis hominibus, constiterit. » *E M.*

ΚΟΘΟΡΝΟΙ.

1.

Pollux 9, 29 : ἐν Φιλωνίδου Κοθόρνοις ἐστὶν εἰρημένον

Παναγεῖς γενεὰν, πορνοτελῶναι, Μεγαρῆς,
δεινοὶ πατραλοῖαι.

Idem 7, 202, secundum Ms. Falck. : Φιλωνίδης (vulgo Ἕρμιππος) δ' ἐν τοῖς Κοθ. πορνοτελῶναι. « Παναγεῖς hic sunt *exsecrabiles*, *detestandi*. Sensu contrario παναγεῖς apud Athenienses dicebantur sacerdotes feminæ. Pollux 1, 35, ἱέρειαι παναγεῖς. Hesych. Παναιεῖς (Παναγεῖς) : Ἀθήνησιν ἱέρειαι. Idem Παναΐα (Παναγία) : ἱέρεια, ἥτις οὐ μίσγεται ἀνδρί. Lexicon Bekkeri Anecd. p. 212, 31 : ἄγος καὶ τὸ τίμιον καὶ ἄξιον σεβάσματος. Singularem hujus nominis formam servavit Arcadius De accent. p. 105 : Λαλάγη δὲ κύριον, ὥσπερ τὸ ἀλέγη (ἠλύγη), ἡ σκιὰ, καὶ πακάγη (πανάγη), ἡ ἁγνὴ ἱέρεια, quæ forma non videtur aliter explicari posse, nisi ut ex πανάγεια contracta esse existimetur, quemadmodum sacerdos Dianæ Ephesiæ pro vario ætatis statu dicebatur μελλιέρη pro μελλιέρεια, ἱέρη pro ἱέρεια, denique παριέρη pro παριέρεια : v. Plut. Moral. p. 795, E. Etiam mares sacerdotes hoc nomen tenuisse ostendit Theodorus ὁ παναγὴς, commemoratus apud Photium p. 68, 22, et Etym. M. p. 429, 46. Schol. Paris. Æschinis in Tim. p. 723, 9 Reisk : Κηρύκων ἐστὶν ἐν Ἀθήναις γένη τέτταρα, πρῶτον τῶν πανάγνων, οἵ εἰσιν ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Πανδρόσου τῆς Κέκροπος. Ceterum in Philonidis versu recte Hanovius l. l. p. 11, παναγεῖς intelligit eos quorum patres Cylonio scelere inquinati erant, et Megarenses homines callidos atque astutos. » *E. M.* Δεινοὶ cum Μεγαρῆς junxit Bekkerus, δειλοὶ malebat Bergkius Commentt. p. 132.

EX FABULA INC

Quemadmodum alius fur, alius avarus,
mutilatus autem leno
helluo.

COTHURNI.

1.

Exsecrabile genus, portitores meretricii, Megarenses,
[patricidæ.

2.

Athen. 6, p. 228, E: τήγανον εἴρηκεν ἐν μὲν Ἀγρίοις Φερεκράτης... . Φιλωνίδης δ' ἐν Κοθ.

Ὑποδέχεσθαι καὶ βατίσι καὶ τηγάνοις.

I. e. βατ. καὶ ἄλλοις τηγάνοις, ut Mein. interpretatur. Similiter Germani cibos dicunt *Schüsseln*.

3.

Pergit idem ibid.: καὶ πάλιν

Ὀσφρομένην τῶν τηγάνων.

4.

Idem ib. p. 247, E, de usu vocis ἀπόσιτος disserens: Φιλ. τ' ἐν Κοθ. οὕτως·

Ἐγὼ δ' ἀπόσιτος ὢν τοιαῦτ' οὐκ ἀνέχομαι.

Et 2, p. 47: E. ἀπόσιτον δ' εἴρηκε Φιλ. Antiatt. p. 83, 17, Ἀπόσιτος: ἄσιτος. Φιλ. Κοθ.

5.

Pollux 10, 115: λύχνοι δὲ ἐπὶ τούτοις, καὶ λύχνοι δίμυξοι, Φιλωνίδου δὴ ἐν τοῖς Κοθ. εἰπόντος

Ὥσπερ οἱ δίμυξοι τῶν λύχνων.

Μεταγένης δὲ « Δίμυξον, ὡς ἐγὼ δοκῶ. » Libri Φιλ. δὲ, quemadmodum δὲ et δὴ (*certe*) confundi solent. Vulgo etiam Δίμυξον δ', ὡς ἐγὼ δ., turbato exitu manifesto senarii. Athen. 15, p. 700, F: μνημονεύει τοῦ διμύξου... Φιλ. ἐν Κοθ.

6.

Antiatt. p. 100 initio, Θηραμένης: τῇ κλητικῇ (i. e. *vocativo*, vel potius nominativo sensu vocativi: v. Matth. Gr. § 312, 1. Minus recte liber τὴν κλητικήν). Φιλωνίδης Κοθ. « Ita correxi editum Φιλιππίδης. Philonidis locus ex eorum genere fuerit, de quibus egit Hermannus præf. Andromachæ Eurip. p. 16. » *E M.*

PHILONIDIS INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

1.

Helladius Chrestom. apud Photium Bibl. p. 530, 15: ὁ στίχος ὁ καὶ παροιμιαζόμενος

Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω

ἐστὶ μὲν Σοφοκλέους· τοῦτον δὲ παρῳδήσας ὁ Φιλ. ἔφη

Ὅρκους δὲ μοιχῶν εἰς τέφραν ἐγὼ γράφω.

« Etiam hunc versum in proverbium abiisse docet scriptor incertus apud Suidam: εἰς τέφραν γράφειν: ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. Ἐγὼ δὲ τοὺς ὅρκους αὐτοῦ (τὸ τῆς παροιμίας) οἶμαι δεῖν εἰς τέφραν γράφειν. » *M.*

2.

Athen. 1, p. 23, E: Φιλ.

Κατάκειμ', ὡς ὁρᾶτε, δεκάπαλαι.

Libri numeris depravatis κατάκειμαι. Similiter Aristoph. Equit. 1158, τρίπαλαι κάθημαι.

3.

Idem 2, p. 67, D: Φιλ.

Καταχύσματ' αὐτοῖσιν (μὲν) ὄξος οὐκ ἔχει.

Voce μὲν addita versum restituimus. Alii operosius, minusque verosimiliter, siquidem in verbis ὄξος οὐκ ἔχει facile agnoscas clausulam senarii:

Τὰ καταχύσματα
αὐτοῖσιν ὄξος οὐκ ἔχει.

De καταχύσμασι cf. index noster Aristophanis h. v.

4.

Photius p. 339, 21, Ὀξίνην, τὸν οἶνον, οὐκ ὀξίναν, καὶ Ἕρμιππος (v. fr. inc. 19) καὶ Φιλ. καὶ ἄλλοι. Hanov. p. 16: « Ὀξίναν esset ab ὀξίνα, quod est secundum Hesychium ἐργαλεῖόν τι γεωργικόν. » Ad quæ Mein.: « Illud ὀξίνα apud Hesychium videtur esse forma æolica pro ἀξίνη. Ὀξίνην οἶνον dixit etiam Diphilus apud Antiatt. p. 110, 17. »

5.

Pollux 2, 24: Φιλ. δὲ

Ὦ πολυτρίχου πώγωνος!

ἔφη. Ita Mein.; libri versu pessumdato Ὦ πώγ. πολ. « Verba poetæ fortasse in eum sensum accipienda sunt, quo Theocritus Id. 10, 40, dixit

Ὦ μοι τῶ πώγωνος, ὃν ἀλιθίως ἀνέφυσα! » *M.*

6.

Idem ib. 149: χέρνιβα Ὅμηρος (Odyss. 1, 136)

2.

Accipere et batidibus *piscibus* et patinis.

3.

Patinas redolentem.

4.

Ego vero sic impransus non duro.

5.

Ut lucernæ quæ duo ellychnia habent.

EX FABULIS INCERTIS.

1.

Juramenta autem mœchorum in cinerem ego scribo.

2.

Jaceo, ut videtis, perdiu.

3.

Bellaria *quidem* eorum aceto carent.

5.

O prolixam barbam!

τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ, καὶ χερνίψασθαι (Iliad. 1, 449). Φιλ. καὶ χερνίμματα. « Vere, opinor, Jungermannus χερνίψασθαι ex Homero, χερνίμματα autem ex Phil. afferri monuit. Proinde scribendum videtur καὶ χερνίψασθαι. Φιλωνίδης δὲ καὶ χερνίμματα. » *Mein.*

7.

Idem 3, 101 : Φιλ. δὲ τὸν ἐπιχαίροντα ἐπίχαρτον εἴρηκεν· ἀλλὰ καὶ τοῦτο φαῦλον· ὥστε βέλτιον μὴ ὀνόμασι χρῆσθαι, ἀλλὰ μετοχαῖς. In Bekk. edit. ἐπιχάρτην legitur.

8.

Idem 6, 168 : Δείναρχος δὲ καὶ φιλοπόνηρον, ἤ, ὡς Φιλ., φιλομόχθηρον.

« De alio loco, qui Philonidi tribuitur apud Pollucem 3, 18, v. Nicophontis fragm. incert. fab. 1. » *M.* Præterea Stobæus in Eclogis ad eum refert hæc : tit. 9, 14.

Φιλωνίδου.

Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς δειλὸς ὁ δεδοικὼς νόμον,
πρὸς τοὺς πολεμίους δ' ἐστὶν ἀνδρείας κρίσις·
ὑπὸ τοῦ δικαίου δ' ἐστὶν ἡττᾶσθαι καλόν.

33, 7. Φιλωνίδου.

Κρεῖττον σιωπᾶν ἐστὶν ἢ λαλεῖν μάτην.

35, 6. Φιλωνίδου.

Ἅπαντ' ἐρίζεις, καὶ συνιεῖς οὐδὲ ἕν·
γράμματα μαθεῖν δεῖ, καὶ μαθόντα νοῦν ἔχειν.

Et Philonidæ fabulis usum esse Stobæum in excerpendis poetarum sententiis, Photii testimonio Bibl. 167, p. 115, constat. Quare vereor ne audacius quam verius hæc a Nostro abjudicaverit, consentiente Meinekio, Hanovius Exerc. critt. p. 18, ubi ea novæ quam antiquæ comœdiæ poeta digniora esse ait, potiusque Philemoni vel Philippidæ quam Philonidæ attribuenda. Postremus illorum versuum habetur inter Menandri monosticha 96.

XIII.

EUPOLIS.

Eupolis, Sosipolidis filius, Atheniensis, natus est secundum Cyrillum C. Julianum lib. 1, p. 13, B, quosque ille secutus est veteres chronologos, olymp. 88, (ὀγδοηκοστῇ ὀγδόῃ τὸν κωμῳδὸν Ἀριστοφάνην, Εὔπολίν τε καὶ Πλάτωνα γενέσθαι); fallique videtur Anonymus De com. p. xv, qui eum fabulas docere Athenis cœpisse dicit olymp. 87, 4 (428 ante Chr. nat.), archonte Apollodoro. Id eum fecisse (sed fortasse per alium, velut Demostratum, de quo Athen. 5, p. 216, D) decimo septimo ætatis anno, i. e. ex ratione Cyrilli (si annos computamus a 1 anno olympiadis 88) olymp. 92, 2 (ante Ch. nat. 410), tradit Suidas v. Εὔπολις. De anno quo obiit, mortisque genere, nihil constat; de loco si quis quærit, Ælianus H. A. 10, 41, et Tzetzes Hist. 4, 245, in Ægina mortuum et sepultum tradunt. Pausanias autem 2, 7, monumentum ejus vidit in agro Sicyonio. Servum poeta habuit Ephialtem, qui, quum aliquot domini fabulas surripuisset, ab Augea, Eupolidis cane fidelissimo, morsibus necatus est : v. Ælian. et Tzetz. l. l., item Crameri Anecd. Ox. 3, p. 357, 28. « Mortuo Eupolide λύπῃ καὶ λιμῷ ἑαυτὸν ἐκτήξας ἀπέθανεν ἐπὶ τῷ τροφεῖ καὶ δεσπότῃ, λοιπὸν μισήσας τὸν βίον ὁ κύων, καὶ ὅ γε τόπος καλεῖται μνήμῃ τοῦ τότε πάθους Κυνὸς θρῆνος. Ita Ælianus l. c. Similia de Xanthippi cane narravit Plutarchus Themist. c. 10, et locum illum in Ægina insula vocatum fuisse Κυνὸς σῆμα. — De poetica Eupolidis facultate et dramatum quæ scripsit, ingenio Platonius De divers. charact. p. xiv : εὐφάντναστός ἐστιν εἰς ὑπερβολὴν κατὰ τὰς ὑποθέσεις.... (καὶ) ὥσπερ ἐστὶν ὑψηλὸς, οὕτω καὶ ἐπίχαρις καὶ περὶ τὰ σκέμματα λίαν εὔστοχος, qua elegantiæ laude ipsi Aristophani palmam præripuisse deinceps addit grammaticus. (Cf. Horatii Serm. 1, 4, 1—5.) Ab eadem virtute Eupolin commendat Macrobius Saturn. 7, 5. Quod autem περὶ τὰ σκέμματα εὔστοχος fuisse dicitur, id quanquam haud inepte ad concinnam argumentorum dispositionem trahi posse videtur, quemadmodum schol. Nub. 542 dixit κωμῳδίαν εὖ διεσχεμμένην, non dubitamus tamen quin Plat. dixerit περὶ τὰ σκώμματα, ut in dicteriis et conviciis jaciendis ingeniosus fuisse dicatur. (De hoc non consentio cum Mein. *Both.*) In conviciis quidem, Cratini exemplo, immodicus et ineptus dicitur apud Anonymum De com. p. xv (ζηλῶν Κρατῖνον πολύ γε [malim π. τε *Both.*] λοίδορον καὶ σκαιὸν ἐμφαίνει), quorum prius etiam Persius Sat. 1, 124 indicat, *iratum* Eupolin dicens, et Lucianus Jove accus. vol. 2, p. 832, qui Eupolin et Aristophanem vocat δεινοὺς ἄνδρας ἐπικερτομῆσαι τὰ σεμνὰ, καὶ χλευάσαι τὰ καλῶς ἔχοντα. Hæc maxime ad Socratis irrisionem spectare puto, quem paucis quidem, sed tam acerbe, exagitavit, ut ne Aristophanes quidem in Nubibus eum æquasse videretur : v. schol. Nub. 97, 180, Etym. M. p. 18, 10, Lucian. Piscat. 1, p. 595. Ne mortuis quidem eum pepercisse ostendunt versus a Plu-

---

Nemo ignavus est, qui timet leges;
sed adversus hostes fortitudo spectatur;
a justitia vinci decet.

— Præstat silere quam garrire frustra.
— De omnibus contendis, et nihil intelligis : [pere.
litteras discere aliquem oportet, et quum didicit, sa-

tarcho Cim. c. 15 et schol. Aristidis p. 515 servati, quibus Cimonem, quem summis laudibus Cratinus extulerat, crudelissime vexavit. Τὸ σκαιὸν pertinet, ni fallor, ad ea quæ refert schol. Nub. 296, Eupolin et Cratinum γέζοντάς τε καὶ ἕτερα αἰσχρὰ ποιοῦντας induxisse in comœdiis suis. Eupolin tangit Aristophanes Pace 762, ubi schol.: αἰνίττεται δὲ εἰς Εὔπολιν καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν, ὡς παίδων ἐρῶντας καὶ παλαίστρας περιεργομένους. Qui quod Eupolin partem Equitum scripsisse dicit ad Eq. 1263, vix credibile est. — Dictionis genere usus est puro atque eleganti. Novorum, audaciusque compositorum, verborum exempla sunt fere hæc: ἀμφιπτολεμοπηδησίστρατος (hoc versus vix capit: fortasse fuit ἀμφιπτολεμοπηδησότατος. *Both.*) apud schol. Dionysii Thrac. p. 702, 5; ταγηνοκνισοθήρας ap. Suid. vol. 2, p. 126; δαμασικόνδυλος Hesych. vol. 1, p. 882; ἀναγχιππεῖν Suid. vol. 1, p. 162; κιθαραοίδατος schol. Vesp. 1269, nisi forte id ab Aristophane mutuatus est; ἀνδραποδιστικώτατα Pollux 3, 77; μουσοδονήματα Priscian. 18, p. 1186; ἀμβλυστονῆσαι Suid. 1, p. 158; ἀφαδία, ad analogiam vocis αὐθαδία formatum, Etym. M. p. 174, 52; ἀπρασία Antiatt. p. 83, 14; ἥσθημα ibid. p. 98, 27; πλουταξ apud Polluc. 3, 109, aliosque; βδελυρεύομαι, ut videtur, quod etiam alii recentiores usurpaverunt, Suid. 1, p. 193; ἀπλήγιος pro ἁπλοῦς ib. p. 268, μαστιγιᾶν Poll. 3, 79; νεανισκέω Phot. p. 291, 4; σμηκτρὶς Poll. 7, 40. His addas novatarum significationum exempla, cujusmodi est ὤμιλλα, ἡ κυκλώπων (leg. ἡ ἐν κύκλῳ) κατάκλισις, schol. Platonis p. 320; κρὲξ, h. e. ἀλαζὼν, Phot. p. 177, 11; κόρη ἤθεος, *virgo*, Etym. M. p. 422, 44; εἰλίπους dicta mulier crissans Athen. 7, p. 286, B, et apud alios; πρόβατα, *capræ*, Eustath. ad Iliad. p. 1063; ἀσελγὴς fragm. incert. 25; ἀνωφέλητος fragm. incert. 87; ἀποφρὰς ἄνθρωπος fr. incert. 22, etc. Rarioribus annumeranda sunt πίω pro ποτίζω Eustath. ad Odyss. 6, p. 1554, 46 (ὅτῳ δ' ἂν οἶνος ᾖ πολὺς, πίσει), et κατακλιεῖ, quod pro κατακλείσει Eupolin dixisse tradit Chœroboscus Bekkeri p. 1299. Syntaxi insolita dicta essent ista Phot. p. 47, 7: καὶ τῆς λοπάδος ἔνεισιν ἑψητοί τινες, nisi Comicus dixisse videretur καὶ τῇ λοπάδι σοι 'νεισιν ἑψ. τινες. In quantitate verborum hoc unum novavit, quod τορύνη penultima brevi dixit: v. schol. Equit. 980. — Septemdecim eum fabulas reliquisse nidas auctor est, quattuordecim Anonymus. Tituli supersunt *quindecim*, remotis qui fluxa sunt auctoritate. » *E M.* Hist. crit. Com. p. 104 seqq.

I. ΑΙΓΕΣ.

« Fabula notissima, in qua capras chori partes sustinuisse scimus ex Plutarcho Symp. 4, 1, Macrobio Saturn. 7, 5, et Eustathio ad Iliad. p. 1063, 44. De tempore quo acta est, id tantummodo affirmaveris, factum esse ante Hipponici obitum olymp. 89, 1. » *Mein.* Cf. Bergk. Commentt. p. 336.

1.

Plut. Symp. 4, 1, p. 662, E: ἀλλὰ τῷ μὲν αἱ παρ' Εὐπόλιδι αἶγες ἀντικαρτεροῦσιν, ὑμνοῦσαι τὴν τροφὴν, ὡς παμμιγῆ καὶ ποικίλην οὖσαν, οὕτω πως λέγουσαι·

Βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς, ἐλάτης, πρίνου, κομάρου τε,
πτόρθους ἁπαλοὺς ἀποτρώγουσαι, καὶ πρὸς τούτοισί γε θαλλὸν,
κύτισόν τ', ἠδὲ σφάκον εὐώδη, καὶ σμίλακα τὴν πολύφυλλον,
κότινον, σχῖνον, μελίαν, συκῆν, ἁλίαν δρῦν, κιττὸν, ἐρίκην,
πρόμαλον, ῥάμνον, φλόμον, ἀνθέρικον, φηγὸν, κισθὸν, θύμα, θύμβραν.

Macrobius Saturn. 7, 5: *Notus est omnibus Eupolis, inter elegantes habendus veteris comœdiæ poetas. Is in fabula, quæ inscribitur Æges, inducit capras, de cibi sui copia in hæc se* (immo *isthæcce* vel *istæcce*) *verba jactantes*· Βοσκόμεθ', etc. « Sunt igitur chori caprarum verba ex parabasi petita; quem chorum προβατικὸν χορὸν ab Eupolide appellatum esse dicit schol. Iliad. 16, 353: πρόβατα γὰρ πάντα ἐκάλουν τὰ θρέμματα οἱ παλαιοὶ, καὶ Εὔπολις προβατικὸν χορόν φησι τὸν ἐξ αἰγῶν. Quæ leguntur etiam apud Eust. p. 1063, 44. Versum 1 tetigit Scal. ad Varron. De L. L. 4, p. 66 Bip., memoriæ errore exhibens παντ. ἄπο. V. 2 mendose codd. τούτοισιν ἔτ' ἄλλ' οἷον. Macrobii Par. τ. εταλλοην. Quod egregie correxit Meinek., coll. Athen. 13, p. 587, A: θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες. V. 3 vulgo κυτίσου τ' ἠδὲ φάσκον. Correxit Bodæus

CAPRÆ.

Pascimur silva omnigena, abietis, ilicis arbutique,
germina tenera abrodentes, et præter hæc thallum,
cytisumque, et salviam bene olentem, et smilacem [foliosam,
oleastrum, lentiscum, fraxinum, ficum, marinam [quercum, hederam, ericam,
viticem, rhamnum, verbascum, anthericum, fagum, [cistum, thymum, saturejam.

Stapelius ad Theophr. p. 409. De σφάκῳ v. Aristoph. Thesmoph. 486, Cratini fragm. incert. 135, Alexis Athen. p. 170, B, Polluc. 6, 66. V. 4 Plut. κ., σχ., μελ., δρῦν, κιττὸν, μυρίκην. Macrob. κ., σχ., μελ., πεύκην, ἁλ. δρῦν, καὶ ἐρείκην. « Adscivi hoc, nisi quod pro πεύκην scripsi συκῆν, quod, ex antiquis Macrobii exemplaribus prolatum a Leopardo Emend. 8, 10, habet Hervagiana. (Πεύκην friget antecedente simili ἐλάτης. *Both.*) Ἁλίαν omissum est in ea ed., pro quo Bod. Stapel. scripsit ἄπιον, Bergk. φυλίαν, Lobeckius Rhemat. p. 356, ἀρίαν. Satius duxi conjungere ἁλίαν δρῦν, quo nomine significetur arbor ab aliis vocata θαλασσία δρῦς et ἁλίφλοιος. Pseudodemocritus Fabricii Bibl. Gr. 4, 29, p. 337 : δρῦς θαλασσία ἀντιπάσχει πάσῃ μανίας ἀγωγῇ (libri mendose πάσης μ. ἀγωγή). Theophr. H. Pl. 8, 8 : ὡς δ' οἱ περὶ Ἴδην διαιροῦσι, τάδ' ἐστὶ τὰ εἴδη (δρυὸς), ἡμερὶς, αἰγίλωψ, πλατύφυλλος, φηγὸς, ἁλίφλοιος. Schol. Theocr. 9, 19 : εἰσὶ δὲ δρυὸς γένη πέντε, φυγὸς, ἡμερὶς, ἐτυμόδρυς, ἁλίφλοιος (libri ἄλιφλος), καὶ ἄκυλος. Pro ἐρείκην veteres Mss. Macrobii, consentiente Plutarcho, habent μυρίκην. Dedi ex cod. Paris. ἐρίκην, producta ι littera secundum Herodianum; v. Chœroboscus Crameri 2, p. 272. Versum respexit Erotian. Gloss. Hipp. p. 314, v. Πρόμαλον. » *E M.*

2.

Erotianus Gloss. Hippocr. p. 348, Σελαχίοισι : τοῖς μικροῖς ἰχθυδίοις, ἢ τοῖς ὀστρακοδέρμοις, οἷον καράβοις, καρκίνοις, κήρυξι. μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Ἐ. ἐν Αἰξὶ, λέγων

α. Ὡς ἄν ποτ' αὐτῶν ἦν κάμῃ τις, εὐθέως
ἐρεῖ « Πρίω μοι σελάχιον. « β. Τί δ' ἦν λύκον;
α. Κεκράξεται φρίξει τε πρὸς τὸν αἰπόλον.

Libri vitiose Ὡς ἢ ποτ' αὐτὸν... ἐρεῖ πρὸς αὐτὸν.. κεκρ. φρασεῖται... Verba πρὸς αὐτὸν uncinis inclusit Mein., utpote ex superiore ποτ' αὐτὸν natum; cetera ego correxi. Herodianus Philet. p. 453 Piers. : καὶ πρίω τὸ προσταχτικόν. Ε. πρίω μοι σελάχιον, etc. Eodem alii quoque plures grammatici respiciunt. De σελαχίῳ v. Aristot. H. A. 3, 1, 13; Aristoph. Ecclesiaz. 1165. « Λύκον intelligo piscem, σελαχίοις, minutis piscibus, oppositum. « *E M.* Horatius Serm. 2, 2, 39 : *proceros lupos*. Græcis lupus marinus alias vocatur λάβραξ; sed ambiguum quæsivit E., quo inferre posset αἰπόλον et κράζειν atque φρίσσειν, quæ quadrupedi animali conveniunt.

3.

Athen. 3, p. 106, B : συνεσταλμένως (scil. καρίδας, non καρῖδας, ut Ath. p. 293, A; idem καρῖδας ed. Schweigh. vol. 1, p. 410—412. Cf. annot. ad Vesp. 1461, Cratin. fr. incert. 26) δ' εἴρηκε καρίδας Ε. ἐν Αἰξὶν οὕτως·

Πλὴν
ἅπαξ ποτ' ἐν Φαίακος ἔφαγον καρίδας.

De Phæace, Erasistrati filio, oratore celeberrimo, v. Ruhnken. Hist. crit. orat. p. 51, Bergk. Commentt. p. 337 seq.

4.

Idem 10, p. 426, E, F : οἱ δ' ἐπιτεταμένως χρώμενοι τῷ ποτῷ δύο οἴνου ἔπινον πρὸς πέντε ὕδατος... Ε. Αἰξίν·

Διόνυσε, χαῖρε! μή τι πέντε καὶ δύο;

« Versus exstat etiam apud Phot. p. 599, 22, et Eustath. ad Odyss. p. 1624, 44. » *E M.*

5.

Idem 9, p. 409, A : παρὰ μέντοι τοῖς τραγικοῖς καὶ τοῖς κωμικοῖς παροξυτόνως ἀνέγνωσται χέρνιβα, παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἡρακλεῖ (?)

Εἰς χερνίβ' εἰ βάψειεν Ἀλκμήνης γόνος,

ἀλλὰ καὶ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Αἰξὶν

Αὐτοῦ τὴν χερνίβα παύσεις.

(De hoc accentu nominis χέρνιψ v. schol. Arist. Pacis 921, Arcad. p. 94, 19, Hermann. ad Herc. fur. 924 [838]. *M.*) ἔστι δὲ ὕδωρ, εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ' οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν.

6. 7. 8.

Photius p. 47, 6, Ἑψητοί : πληθυντικῶς. τὰ ἰχθύδια, ὡς ἀφυΐαι (ἀφύαι) καὶ μεμβράδες. Ε. Αἰξὶν

* Καὶ τῆς λοπάδος ἔνεισι δ' ἑψητοί τινες.

Scribam Κατὰ τῆς λ., ἔνεισιν ἑψητοί τινες. Κατὰ τῆς λ., *quod ad patinam attinet*, de qua dictum fuerit in superioribus fabulæ. « Photii admonitio spectat ad quorundam grammaticorum præ-

---

2.

a. Nam si quis eorum ægrotat, statim
dicit « Eme mihi cartilagineum pisciculum. » b. Quid, [si lupum?
a. Latrabit et horrescet contra pastorem.

3.

Sed semel aliquando apud Phæacem edi squillas.

4.

Bacche, salve! vin' quinque et duo?

5.

Ejus aquam manibus infundendam cohibebis.

6.

Quod ad patinam attinet, insunt aliquot pisciculi.

ceptum, ἑψητοὺς ἀφύας et μεμβράδας, quæ pisciculorum nomina sunt, nonnisi plurali numero efferri. Cf. Athen. 6, p. 285, E: et 301, B. Μεμβράδας in eadem hac fabula Eupolin commemorasse idem testatur 7, p. 287, E: ἐν δὲ ταῖς Εὐπόλιδος Αἰξὶν ἔστιν εὑρεῖν καὶ διὰ μ γραφόμενον, scil. μεμβράδες pro βεμβράδες. Ex eadem parte dramatis Athen. 7, p. 301, A, hæc profert: E. Αἰξὶν

Ὦ Χάριτες, αἷσι μέλουσιν ἑψητοί!

« Ubi fortasse αἷς scribendum. Casaub. μέλουσιν pro μέλλουσιν. » *E M.*

9, a, b.

Idem p. 290, 20, Νεᾶν: οὐ νεοῦν τὴν γῆν, καὶ νεατὸν Ξενοφῶς, οὐ νέωσιν. E. Αἰξὶν

Ἐπίσταμαι γὰρ αἰπολεῖν, σκάπτειν, νεᾶν, φυτεύειν.

« Is quem hæc dicentem fecit Eupolis, magnas haud dubie in hac fabula partes habuit. Idem compellari videtur in hoc loco, quem sine auctoris et fabulæ nomine servavit gramm. Bekk. Anecd. p. 353, 26, Αἰγιάζειν:

Σὺ δ' αἰγιάζεις ἐνθαδὶ καθήμενος,

ἀντὶ τοῦ περὶ αἰγῶν λαλεῖς. Quæ leguntur etiam apud Suid. v. Αἰγιάζειν. » *M.*

10. 11.

Idem p. 564, 17, Τάγυρι: τὸ βραχύτατον καὶ ἐλάχιστον, οἷαν ψίχα (ita Pierson. ad Mœr. p. 331 pro ψιλά) λέγουσιν. E. A.

Καὶ ζῆν μαθόντι, μηδὲ τάγυρι μουσικῆς.

Eadem plane Suidas v. Τάγυρι. Descriptio hominis ejusdem, vel similis, qui dixit illa ἐπίσταμαι etc.: didicisse se ait modum vitæ sustentandæ, nec quidquam musicæ. — Huc Mein., secundum Theodosium p. 11, coll. Crameri Anecd. Oxon. 4, p. 325, refert Quintiliani verba Inst. orat. 1, 10, 17: *eosdem utriusque* (musicam et litteras dicit) *præceptores fuisse quum Sophron ostendit.... tum Eupolis, apud quem Prodamus et musicam et litteras docet.* Probabiliter Mauritius Horstig. *Pronomus*, quem Alcibiadis in arte musica præceptorem memorat Athen. 4, p. 184, D.

12.

Suidas, Χρῄ: ἤγουν δεῖ· χρῇ δὲ περισπωμένως τὸ ὑποτακτικόν· σημαίνει δὲ τὸ δέῃ. E. A.

Ἐγὼ τελῶ τὸν μισθὸν, ὅντιν' ἂν χρῇ.

Mercedem illi præceptori solvendam probabiliter dici putant viri docti. Versus videtur esse tetrameter iamb. catal. ἀκέφαλος, nisi cum Meinekio ὅντιν' ἄν με χρῇ scribatur.

13.

Pollux 4, 57: τὴν ἁρμονίαν ἁρμογὴν E. εἴρηκε « Ταύτην ἐγὼ πάλαι ζητῶν τὴν ἁρμογήν. » Recte Suidas v. Ἁρμογή, nisi quod habet ἐζήτουν,

Ταύτην ἐγὼ 'ζήτουν πάλαι τὴν ἁρμογήν.

De differentia inter ἁρμονίαν et ἁρμογὴν v. Phrynichus Bekkeri p. 15, 20, a Mein. cit.

14.

Schol. Aristoph. Vesp. 902: ἐκτείνουσι μέντοι καὶ τὸ ὁ ἄρθρον. E. A. « Τὴν πανδοκεύτριαν γὰρ ἀνὴρ ὁ γλήμων ἔχει. » Male cod. Venetus τλήμων. Γλάμων Fritzch. Quæst. Aristoph. 1, p. 90. Voce ἀνὴρ jure expuncta Porsonus ad Vesp. l. c., et Mein. scripserunt

Τὴν πανδοκεύτριαν γὰρ ὁ γλάμων ἔχει.

« *Lippus* (γλάμων) ille cognominatus est Archedemus, de quo Brunck. ad Ran. 558 adscripsit hæc Lysiæ C. Alcib. 1, p. 526: οὗτος γὰρ (Ἀλκιβιάδης), παῖς μὲν ὤν, παρ' Ἀρχεδήμῳ τῷ γλάμωνι, οὐκ ὀλίγα τῶν ἡμετέρων ὑφῃρημένῳ, πολλῶν ὁρώντων, ἔπινεν, ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ κατακείμενος· ἐκώμαζε δὲ μεθ' ἡμέραν, ἀνηβος ἑταίραν ἔχων. Peregrinam hominis originem E. attigit in Baptis. » *E M.*

15.

Priscianus lib. 18, p. 1193, 33 (p. 230 ed. Kr.): ὀσφραίνομαι τοῦδε καὶ τόδε. E. A. « Προσένεγκέ μοι ἐγγὺς τὸ στόμα ὀσφραίνεσθαι τὸ σόν ». Mein. secundum Elmsl ad Acharn. 179:

Προσένεγκέ μοὐγγὺς τὸ στόμ' ὀσφρέσθαι τὸ σόν.

8.

O Gratiæ, quibus curæ sunt pisciculi cocti!

9

Scio enim greges pascere, fodere, agrum novare, [plantare

9. b.

Tu vero de capellis blateras hic sedens.

10.

Et ei, qui vivere didicit, neque hilum musicæ.

12.

Ego solvam mercedem, quæcunque opus fuerit.

13.

Hanc ego compositionem dudum quæsivi.

15.

Admove mihi propius, ut olfaciam, os tuum.

16.

Schol. Aristoph. Pac. 790 : Σφυράδες εἰσὶ τὰ τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων ἀποπατήματα. E. A.

Σφυράδων πολλῶν ἀναμέστη.

Ἀναμέστη, fortasse ὁδὸς, vel στέγη. Dindorfius ἀνάμεστοι.

17. 18.

Athen. 9, p. 380, F : τὸ γεῦσαι ἔχομεν ἐν Εὐπόλιδος Αἰξί·

— Τοῦδέ νυν γεῦσαι λαβών.

Minus probabiliter libri Τοῦδε νῦν γ. λ. « Pertinent hæc ad convivium indicatum fr. 4-8, quo et chordas referas Athen. 3, p. 94, F : χορδῶν μέμνηται... καὶ E. ἐν A.

19.

Hesychius, Ἱερεὺς Διονύσου : E. A., Ἱππόνικον σκώπτων, ὡς ἐρυθρὸν τῇ ὄψει. « Hipponicus (vir nobilis : v. Κόλακας fr. 16 seqq. *Both.*) fortasse ex vini usu rubicundam faciem duxerat : hinc Eupolis per jocum Bacchi sacerdotem appellavit; vid. Fritzsch. ad Ran. p. 167. » *E M.* De hoc et filio Callia cf. prolegomena Adulatorum.

20. 21.

Photius p. 43, 15, Ἔφιππον : E. A. « Utrum equitem an currum dixerit, non liquet. » *M.* — Idem p. 291, 3, Νεανισκεύεται : Ἄμφις Ἐρίθοις, Ποσείδιππος Δημόταις, Εὔπολις Αἰξίν. Male libri Σφιγξὶν, quod emendavit Mein.

22. 23.

Pollux 10, 102 : καὶ νεόκοπον χάρδοπον E. ἐν A. εἴρηκεν, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Σφηξὶ (646) νεόκοπτον μύλην. Idem 7, 22 : νεόκοπον χάρδοπον εἴρηκεν E. τὴν νεωστὶ κεκομμένην. — Idem 10, 151 : βαλαντίδια, ὡς ἐν Εὐπόλιδος A. Temere suadent βαλλαντίδια : Aristoph. Ran. 725 :

τοῖς λωποδύταις καὶ τοῖσι βαλαντιητόμοις.

24—26.

Antiatt. p. 83, 31, Βίος : ἐπὶ οὐσίας (sic Albert. apud Wesseling. Dissert. Herodot. p. 44. Codd. συνουσίας, nato, ut videtur, συ ex ου simili.) Ἡρόδοτος, Μένανδρος Δημιουργῷ, E. A., ὁ ποιητὴς (Homerus : v. nos Homer. vol. 1, p. 4) πολλάκις. — Idem p. 84, 19, Βουκολεῖσθαι αἶγας : E. A. ἱπποβουκολῶ Εὐριπίδης Φοινίσσαις (28, ubi v. Valck.). — Idem p. 91, 29, Ἐλελήθεισαν : μετὰ τῆς θᾶ. E. A. « Pro θᾶ legendum θεῖ, ut voluit Lobeck. ad Phryn. p. 150, qui calami errore videtur scripsisse ἐληλύθεισαν. » *Mein.* Et Hist. crit. Com. p. 113 : « ἐλελήθεισαν qui Eupolin dixisse ait Antiatt., pro Attico ἐλελήθεσαν, fortasse vitioso codice usus est. » — Idem p. 92, 9, Ἐλεινόν · ἀντὶ τοῦ ἐλεεινόν. E. A. De his formis v. Fritzsch. ad Thesmoph. p. 456, a Mein. cit.

27. 28.

Mœris p. 191, 20 ed. Bekker., Ἀνακές : ὀξυτόνως Ἀττικοί, ὡς καὶ E. A. ἀθεράπευτον ἑλληνικῶς. Quod ἀνήκεστον explicat Pierson. — Phrynichus Bekk. p. 16, 20, haud dubie ex hac fabula : Ἀνεσκιρτημένας : E. ἐπὶ τῶν αἰγῶν εἶπε τὴν λέξιν.

29.

Schol. ad Theocr. 6, 1 : Δαμοίτας καὶ Δάφνις ὁ βωκόλος (pro οἱ βουκόλοι)] τῷ αὐτῷ ἁμαρτήματι περιπέπτωκεν E. ἐν Αἰξίν.

II. ΑΣΤΡΑΤΕΥΤΟΙ Η ΑΝΔΡΟΓΥΝΑΙ.

« Hæc comœdia pleno titulo ab uno Suida laudatur v. Εὔπολις, ceteris eam simpliciter vocantibus Ἀστράτευτοι, Etymologo semel Ἀνδρογύναι. De argumento ejus quædam dixit Arnaldus ad Hephæst. p. 99. Actam esse ante Aristophanis Pacem collegerunt ex schol. Av.; v. ad fr. 2. » *M.*

1.

Schol. Aristoph. Avium 1556, de Pisandro : οὗτος δειλὸς ἦν· ἦλθεν οὖν ψυχὴν ἰδεῖν θέλων, ἐπεὶ οὐκ εἶχεν. ὡς E. ἐν Ἀστρ. « Πείσανδρος εἰς Πακτωλὸν ἐστρατεύετο, κἀνταῦθα τῆς στρατιᾶς κάκιστος ἦν ἀνήρ. » Mein. : » Quod εἰς Πακτωλὸν expeditionem suscepisse dicitur Pisander, ad avaritiam et peculatum hominis referebam secundum Toup. Emend. 2, p. 68; sed obvertit Hanovius Exerc. critt. p. 80 seq., tunc non κάκιστον in auro expugnando, sed ἄριστον dicendum fuisse : itaque legendum putat Σπαρτωλὸν (Σπάρτωλον, ut Arcadius p. 57, 16, Thuc. 2, 79; 5, 18), expeditionem illam intelligens, quam Athenienses olymp. 87, 4, contra Bottiæos suscepisse tradit Thuc. 2, 79. Ea perelegans conjectura est, quamvis adversarium nacta Fritzschium ad Thesmoph. p. 317. Ceterum versu 2 libri vitiose στρατείας, nec recte Arnaldus apud Gaisford. ad Hephæst. p. 99, τῆς ὅλης στρατιᾶς, Toup. Emend. 2, p. 68, τῆς πάσης στρατιᾶς, uterque τῷ ἀνὴρ in tertii versus initium rejecto. »

16.

Excrementorum caprinorum plena est (via, vel domus, etc.).

18.

Gusta igitur hoc prehensum.

Quare scripsi cum Mein. et Porsono Append. ad Toupii Emend. p. 467:

Πείσανδρος εἰς Σπάρτωλον ἐστρατεύετο,
κἀνταῦθα τῆς στρατιᾶς κάκιστος ἦν ἀνήρ.

2.

Schol. ad Aristoph. Pac. 808: ὅτι γὰρ ὁ Μελάνθιος ὀψοφάγος προείρηται καὶ παρ' Εὐπόλιδι Ἀστρατεύτοις. « Hinc Astrateutos ante Pacem, h. e. ante olymp. 89, 2 (ante Chr. nat. 422), in scenam commissos esse, collegit Clinton. Fast. Hell. p. 77 Kr., quem secutus eram Hist. crit. p. 118 et 177. Sed in scholio rectius inciditur post προείρηται. » *Mein.*

3.

Diog. Laert. 3, 7, de Academia: τὸ δ' ἐστὶ γυμνάσιον προάστειον ἀλσῶδες, ἀπό τινος ἥρωος ὀνομασθὲν* Ἑκαδήμου, καθὰ καὶ E. ἐν Ἀστρ. φησὶν

Ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ.

Cf. ann. ad Nub. 973. « Δρόμοι sunt loca publica, cursui et deambulationi destinata, quibus Cimonem Academiam exornasse auctor est Plut. Cimone c. 13: τὴν δ' Ἀκαδημίαν ἐξ ἀνύδρου καὶ αὐχμηρᾶς κατάρρυτον ἀποδείξας ἄλσος, ἠσκημένον ὑπ' αὐτοῦ δρόμοις καθαροῖς καὶ συσκίοις περιπάτοις. De Atticis δρόμοις cf. Himerius orat. 4, 9, Ruhnken. ad Tim. p. 89, Heindorf. ad Platonis Phædrum p. 202. Similiter Heliodorus 2, p. 110, Delphos laudat ob copiam τῶν δρόμων, καὶ ἀγορῶν, καὶ κρηνῶν. » *E M.* Quod attinet ad mendosum Ἑκαδήμου, notum sæpe confusas ε et α.

4.

Athen. 9, p. 397, B, de pavone: E. δ' ἐν Ἀστρ. φησὶ περὶ αὐτοῦ

Μήποτε θρέψῃ
παρὰ Περσεφόνῃ τοιόνδε ταὼν, ὃς τοὺς εὕδοντας ἐγείρει.

Solœce libri θρέψω, η et ω permixtis, ut Athen. 13, p. 606, F, ubi ᾗ ponendum est pro ᾧ, apud Lycophr. p. 207 et 281 ed. Bachm., etc. « Atticos dixisse ταῶς, non ταῶς, auctor est Tryphon in hoc l. Athenæi. Cf. Lehrs. Aristarch. p. 343 seq. (nos ad Comici Av. 265. *Both.*); et de clausula ὃς τοὺς εὕδ. ἐγ. Aristoph. Pluto 541, ubi schol. Σοφοκλέους τὸ ἡμιστίχιον·

— ἐπειγομένων κερκίδος ὕμνοις, ἣ τοὺς εὕδοντας [ἐγείρει. »

E M. Παρὰ Περσ., *apud Proserpinam*, in ejus æde His admoneri videtur æditiuus deæ.

5.

Hephæst. 15, p. 98, disserens de variis formis metri Cratinei: E. δ' ἐν τοῖς Ἀστρ. καὶ ἀτακτοτάτως (malim ἀτακτοτέρως) συνέθηκε τὸ εἶδος· πῆ μὲν γὰρ τοιαῦτα ποιεῖ

Ἄνδρες ἑταῖροι, δεῦρο δὴ τὴν γνώμην προσίσχετε,
εἰ δυνατὸν, καὶ μήτι μεῖζον, πράττουσα τυγχάνει.

πῆ δὲ τοιαῦτα·

* * *

Καὶ ξυνεγιγνόμην ἀεὶ τοῖς ἀγαθοῖς φάγροισιν.

ὥσθ' ὅλον αὐτὸ χοριαμβικὸν ἐπίμικτον γενέσθαι Ἀνακρεοντείῳ τῷδε... πῆ δὲ καὶ ἄλλοις ἐχρήσατο λίαν ἀτάκτοις σχήμασιν. Libri δεῦρ' ἤδη, προΐσχετε, et ξυνεγινόμην, corrigente Hermanno Doctr. metr. p. 582. Idem observavit, versum 3 imperite huc referri ab Hephæstione. Ξυνεγ. φάγροισι, ut Teleclid. fragm. incert. 7, ξυγγενέσθαι μάζαις, ipse Eup. Dem. 22, σπλάγχνοισι συγγενώμεθα. Cf. Cratini Νόμ. 4. De pisce φάγρος Aristoteles H. A. 8, 15, 1.

6.

Idem Heph. 16, p. 109: καὶ τὸ Κρατίνειον δὲ τὸ ἀσυνάρτητον ἐκ χοριαμβικοῦ καὶ τροχαϊκοῦ πολυσχημάτιστόν ἐστιν· ἀρκέσει ταῦτα δεῖξαι ἡ παράβασις ἡ ἐν τοῖς Ἀστρ. Εὐπόλιδος πᾶσα.

7.

Etym. M. p. 174, 50, Ἀφαδός: ἐχθρός· παρὰ τὸ ἀφανδάνειν. καὶ ἀφαδία ἡ ἀπαρέσκουσα ἔχθρα. E. ἐν Δραπέταις·

— Δοκῶ μοι νῦν ὁρᾶν (ἂν) ἀφαδίαν.

MILITIÆ DETRECTATORES, SIVE ANDROGYNI.

1.

Pisander Spartolum ibat militatum,
ibique exercitûs fuit vir ignavissimus.

2.

In umbrosis cursibus Academi dei.

4.

Ne unquam alat
apud Persephonen pavonem talem, qui dormientes [excitat.

5.

Viri sodales, huc sane animum advertite,
si forte id, quod fieri potest, nec majus quidquam, [agit.

* * *

Et commercium semper habebam cum bonis phagris.

7.

Video nunc, opinor, inimicitiam.

« Codex Dorvillii pro Δρασ. habet αν superscripto δ. Id significare Ἀνδρογύναις vidit Gaisford. ad Hesiodi Theog. 709. » *E M.* Particula ἂν immissa, quæ non est inelegans, versum explevi.

8.

Gramm. Bekkeri An. p. 475 : ἀχράδας τὰς ἀχέρδους λέγουσιν. E. Ἀστρατεύτοισιν * οἱ πεπείρους ἀχράδας πρὸς τῇ συκίδι προσετως καὶ ἀχράδων.... Φερεκράτης. ἴσως δ' ὁ μὲν καρπὸς ἀχρὰς, τὸ δὲ δένδρον ἄχερδος. « Fragmentum Eupolidis desinit in προσετως. Lacunam recte verbo μνημονεύει explevisse videtur Runkelius. Cf. Pherecratis Incert. 25. » *E M.* Scribam Ἀστρατεύτοις·

Ἵν' οἱ 'πεπείρους πρὸς ἀχράδας τὴν συκίδα
προσετέον,

ubi ei acerbis piris silvestribus ficus adjungenda est, scil. possessori alicui silvæ vel agri. In altera editione hæc tentavit Meinekius :

Ἵν' ἂν πέπειρον ἀχράδα πρὸς τῇ συκίδι
προσέχωσι.

9.

Schol. Luciani Alex. 4 : ὁ δὲ Εὐρύβατος ὡς πονηρὸς καὶ πανοῦργος, πρὸς δὲ καὶ προδότης, εἰσάγεται Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ καὶ Δημοσθένει τῷ ῥήτορι· ὡσαύτως καὶ ὁ Φρυνώνδας ἐπὶ πονηρίᾳ διαβοᾶται Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρ., Δήμοις, Ἀριστοφάνει δὲ Προαγῶνι, Ἀμφιαράῳ, Θεσμοφοριαζούσαις. « De utroque nota est Taylori annotatio in Lectt. Lysiacis. Cf. Lobeck. Aglaoph. p. 1306. » *M.*

10.

Schol. Aristoph. Pace 348, de Phormione : αὐτοῦ μέμνηται ὁ Κωμικὸς ἐν Ἱππεῦσι (562, Lysistr. 804) καὶ Νεφέλαις (« in Nubibus, quas hodie habemus, nulla viri memoria. » *M.*) καὶ Βαβυλωνίοις, E. Ἀστρ.

III. ΑΥΤΟΛΥΚΟΣ Α ΚΑΙ Β.

« Hac in fabula Eupolis non illum Mercurii (ut putabant Hemsterhus. ad Polluc. 10, 161, et Kiessling. ad Lycurgi fragm. p. 35), sed Lyconis et Rhodiæ filium, puerum venustum (Xenoph. Conviv. 1, 9, Athen. 5, p. 188, A), Calliæ amores (Maxim. Tyr. 26, 8), perstrinxit, tanquam muliebria passum. Etym. M. p. 399, 17 : Εὐτρήσιος (leg. Εὐτρήσιον) παρὰ τὸ τετρῆσθαι τὸν Αὐτόλυκον ὁ Εὔπ. σκώπτει. Εὔτρησις πόλις Ἀρκαδική. Is quum olymp. 89, 3 in magnis Panathenæis, quæ tertio anno cujusque olympiadis, mense hecatombæone, celebrabantur (Bœckh. OEcon. Athen. 2, p. 165, Clinton. Fast. Hell. p. 338), quinquertio victoriam reportasset (cf. Plin. 34, 17), Callias in honorem ejus lautum convivium, a Xenophonte descriptum, apparavit. Captis Athenis, triginta tyrannorum jussu occisum esse memoriæ prodidit Plut. Vit. Lysandri 15. De anno quo acta est fabula, Demostrati nomine, Athen. 5, p. 216, E : ἐπὶ τούτου (Aristionem dicit, archontem olymp. 89, 4,) Εὔπολις, τὸν Αὐτόλυκον διδάξας, χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου. Duas fuisse hujus comœdiæ recensiones, docent Pollux 7, 202, schol. Platonis p. 332, Aristophanis Nub. 110, Thesm. 941. Galenus vol. 5, p. 38, B, agens de repetitis atque emendatis librorum editionibus : παράδειγμα δ' εἰ βούλει τούτου σαφηνείας ἕνεκα, τὸν δεύτερον Αὐτόλυκον Εὐπόλιδος ἔχεις, ἐκ τοῦ προτέρου διεσκευασμένον. In Autolyco Leogoram, Andocidis patrem et Myrrhinæ meretricis amatorem impotentissimum, vexatum esse, ex scholio ad Nub. 110 intelligitur. » *E M.* Cf. fragm. 10.

1.

Erotianus Gloss. Hippocrat. p. 88 ed. Fr. : Ἐπίθερσις δ' ἐν β' τῶν Λέξεων ἀμβωνά φησι χεῖλος εἶναι σκεύους, καὶ τῆς ἀσπίδος τὸ πρὸς αὐτῇ τῇ ἴτυϊ. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ κωμικὸς (immo Εὔπολις secundum Coddæum et Seidlerum Dissert. de Aristophanis fragmentis. Consors erroris Apollonius ad Hippocr. vol. 1, p. 10. *E M.*) ἐν Αὐτολύκῳ φησὶν « ἐπὶ καινοτέρας ἰδέας ἀσέβιον ὁ μοχθηρὸς ἔτριβες πόσῳ πολλῶν λοπάδων τοὺς ἄμβωνας περιλείξας. » Ælius Dionysius Eustath. p. 1636, 50, Ἄμβωνες : λόφοι ὀρῶν, καὶ ἴτυς πᾶσα, καὶ οἷον ὀφρὺς καὶ ὑπεροχή· καὶ χείλη δὲ λοπάδων, οἷον πολλῶν ἤδη λοπ. τ. ἀ. π. Versus ita scribendos esse arbitror :

α. Ἐπὶ καινοτέρας ἰδέας ἀσεβῆ βίον, οὐ μοχθηρὸς, ἔτριβες.
β. Πῶς, ὦ πολλῶν ἤδη λοπάδων τοὺς ἄμβωνας περιλείξας;

Versu 1 dedi οὐ μοχθηρὸς, *non malus* vel *pravus*. Antea illum probum fuisse ait; sed novo instituto impiam nunc vitam agere. Ἀσεβῆ βίον Hermannus Diar. Lips. a. 1829, p. 1620, et Bergk. Minus verosimiliter Mein. ἀσεβῶν βίον. V. 2 πῶς, ὦ Mein. Καινοτέρας dictum pro καινῆς, temperamento eleganti

---

AUTOLYCUS.

1.

a Novo consilio, non pravus *antea*, impiam vitam [agebas.

b. Quid ais tu, qui jam multarum patinarum mar- [gines linxisti?

orationis, de quo dixi ad Aristoph. Equit. 556. « Λοπάδων ἄμϐωνας dicere videtur τὰ χείλη τῶν αἰδοίων. » *Mein.*

2.

Athen. 9, p. 368, D : καὶ κωλῆνα δὲ λέγουσι καὶ κωλῆν. E. Αὐτ.

Σκέλη δὲ καὶ κωλῆνες εὐθύτου 'ρίφου.

Sic primus Jacobs. Addit. ad Athen. p. 198. Libri εὐθὺ τοῦ ῥόφου vel ῥόθου.

3.

Pollux 9, 30 : τὸ τέλος ἐλλιμένιον, ὡς E. Αὐτ.

Ἐλλιμένιον δοῦναι πρὶν εἰσϐῆναί σε δεῖ.

Recte Mein. δ delevit ante δοῦναι, de ἐλλιμενίῳ citans Bœckh. Œcon. Att. 1, p. 343.

4.

Pollux 10, 45 : δίφρον δ' ἂν εἴποις τὰ λάσανα εὐφημότερον, καὶ διφρίσκον· τῇ δὲ γυναικὶ σκαφίον, ὡς ἐν Αὐτ. E.

Τί δῆτ' ἄν, εἰ μὴ τὸ σκαφίον αὐτῇ παρῆν;

Cf. fragm. 5, 12.

5.

Idem 10, 161 : ἤδη δὲ καὶ τὸν πρὸς οἰκήσεις ἐπιτήδειον (κύφωνα) οὕτω (χαλιὸν) λέγουσιν, ὡς ἐν 'Ελπίδι 'Επιχάρμου λέγεται τὸν τοῦ γείτονος χαλιόν, ἐν δὲ Εὐπόλιδος Αὐτ.

Οἰκοῦσι δ' ἐνθάδ' ἐν τρισὶν χαλιδίοις,
οἴκημ' ἔχων ἕκαστος.

Probabiliter Mein. dici putat Lyconem, Rhodiam, et filium Autolycum. Cratinum in Pytine Lyconis paupertatem notasse narrat schol. Plat. Bekker. p. 466, quo pertinere potest scaphii defectus, commemoratus fr. 4.

6.

Idem ib. 47 : δίφροι Θετταλοὶ (Θετταλικοὶ), ὡς ἐν Αὐτ. Εὐπόλιδος δίφρος Θετταλικὸς τετράπους. « Ibidem commemorantur μικροὶ τρίποδες Θετταλικοί. Celebres fuisse δίφρους Thessalicos, indicat Pythiæ oraculum Θετταλὲ ποικιλόδιφρε. V. Pollux 7, 112. » *E M.*

7.

Schol. Victor. Hom. Iliad. 13, 353, Τρωσὶν δαμναμένους : λείπει τὸ ὁρῶν. ἔστι δὲ τὸ τῆς φράσεως ἀρχαῖον. E. ἐν Αὐτολύκοις (sic)

Ἤδη γὰρ Ἀρίσταρχον στρατηγοῦντ' ἄχθομαι.

« Aristarchus imperatoris munere functus est olymp. 92, 1 (ante Chr. nat. 411) : igitur versus ex altero Autolyco petitus videtur, quæ tunc in scenam prodierit. V. Thuc. 8, 98, Xenoph. Hellen. 2, 3, 40. » *E M.* Add. Bergk. Commentt. p. 343.

8.

Photius p. 650, 12 : λέγεται δὲ τὸ γέννημα φῖτυ. E. Αὐτ. « Ἀτὰρ ἤγαγες καινὸν φῖτυ τῶν βοῶν. » Sic etiam schol. Plat. p. 445. Corrupte αὐτὰρ et φύτευμα Suidas v. Φιτῦσαι, præterea κενόν. Hoc verum puto, scriboque, accepto articulo a Porsono,

Ἀτὰρ ἤγαγες κενὸν τὸ φῖτυ τῶν βοῶν;

Vulgatum καινὸν non video quid ad rem faciat; sed κενὸν φῖτυ βοῶν synecdochice vacuum dici putes currum boum, quo avehi, fortasse alio habitatum, voluerit cum suis Lycon.

9.

Suidas, Ἀνεκάς : ψιλῶς τὸ ἄνω λέγουσι, καὶ ἀνέκαθεν τὸ ἄνωθεν. E. Αὐτ.

Ἀνεκάς τ' ἐπήρω καὶ βδελυρῶς σὺ τὸ σκέλος.

Libri mendose ἐπαίρω (etiam in gramm. Bekk. p. 395, 25), quod correxit Portus, Porsonus autem quod in iisdem est βδελυρός. Nuper Meinek. Ἀνεκάς τ' ἐπήρω κἀϐδελυρεύσω τὸ σκ.

10. 11.

Zonaras Lex. p. 548, 4 : διέφθορεν οὐ τὸ διέφθαρται δηλοῖ παρ' Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ διέφθαρκεν. E..... καὶ ἐν Αὐτ.

Ὅτι τὰ πατρῷα πρὸς σὲ καταδιέφθορα.

Leogoræ, ut videtur, verba ad Myrrhinam : v. prolegomena. Schol. Nub. 110 : Λεωγόρας, τρυφερός τις, ὁ Ἀνδοκίδου πατήρ· Πλάτων Περιαλγεῖ. E. ἐν Αὐτ. β', ὡς καὶ διὰ Μυρρίναν ἑταίραν τὰ χρήματα ἀποϐέϐληκέ φησιν.

2.
Femora et coxæ rite immolati capri.

4.
Quid tandem, si scaphium ei (*mulieri*) non erat ad [manum?

5.
Hic habitant in domiculis tribus ligneis,
proprium quoque habente.

7.
Jam enim Aristarchum ducem ægre fero.

8.
An vero vacuum adduxisti boum genus?

9.
Alte tu sustulisti et turpiter crus.

10.
Quia paterna bona apud te prodegi.

12. 13.

Gramm. Crameri Anecd. Oxon. 1, p. 446, 17 : ἐνεούρησεν ἀττικῶς. E. Αὐτ.

Ἆρα σφόδρ' ἐνεούρησεν ἐξώλης γέρων;

Codex ἀνεούρησεν, quod correxit Mein. Ap. schol. Platonis Bekker. p. 466 legitur, Cratinum in Pytine notasse paupertatem Lyconis : finxerit igitur hic noster, et sella pertusa (δίφρῳ) et scaphio deficientibus senem et uxorem lectis imminxisse. Cf. fragm. 4. Schol. Lysistr. 265, τὴν Λύκωνος : τὴν 'Ροδίαν λέγει,... τὴν Αὐτολύκου μὲν μητέρα, γυναῖκα δὲ Λύκωνος, ἐπ' αἰσχροῖς κωμῳδουμένην. Schol. Plat. Bekker. p. 332 : E. δ' ἐν Φίλοις καὶ ἐπὶ τῇ γυναικὶ 'Ροδίᾳ κωμῳδεῖ αὐτὸν (Lyconem), ἐν δὲ τῷ πρώτῳ Αὐτολύκῳ εἰς ξένον.

14.

Schol. Aristoph. Nub. 253 : τὰ μηδενὸς ἄξια καπνούς, καὶ σκιάς, καὶ νεφέλας ὠνόμαζον. E. ἐν Αὐτ.

Καπνοὺς ἀποφαίνει καὶ σκιάς.

15.

Schol. Aristoph. Thesmoph. 941, γέλωτα παρέχω τοῖς κόραξιν ἑστιῶν (αὐτούς. *Reisk.*) : Ἀττικὴ δὲ ἡ σύνταξις, ὅτι δὴ (male libri δέ) ἑστιᾶν καὶ δοτικῇ συντάσσουσιν, ὡς καὶ παρ' Εὐπόλιδί ἐστιν ἐν Αὐτ. θατέρῳ, ὥστε οὔτε ἐκεῖ οὔτε ἐνθάδε δεῖ ξενίζεσθαι (i. e. *mirari*). Recte Mein. monuit, neque Eupolin, neque Aristophanem, dixisse ἑστιᾶν τινι pro ἑστ. τινά.

16.

« Ad parabasin Autolyci spectare videtur scholion Aristoph. Vesp. 1025. Negat ibi Aristoph., se unquam palæstras obiisse pueros tentantem, nec, si quis amator se adierit, amores suos perstringi indigne ferens, ulli morem gessisse. Ad hæc scholiasta : δι' Εὔπολιν. ἐν Αὐτ. δὲ τοιαῦτά φησιν. Potest ut tale quid E. in Autolyco Aristophani objecerit. » *E M.*

17.

Etym. M. p. 399, 17 : Εὐτρήσιος, etc., quæ posita sunt in prolegomenis. « Rectius pro Εὔτρησις scribas Εὐτρήσιοι ». *M.* V. Teleclidis fragm. incert. 25.

18.

Athen. 5, p. 216, D, item supra posita in prolegomenis.

19.

Schol. Platonis Bekker. p. 331, de Aristophane : κατεκλήρωσε δὲ καὶ τὴν Αἴγιναν, ὡς Θεογένης ἐν τῷ περὶ Αἰγίνης. κωμῳδεῖται δέ, ὅτι καὶ τὸ τῆς Εἰρήνης κολοσσικὸν ἐξῆρεν ἄγαλμα. E. Αὐτ., Πλάτων Νίκαις. « Videtur Comicus in Pace ingentem deæ imaginem, ex terra effossam, spectatorum oculis subjecisse, id ridentibus Eupolide et Platone. Cf. Bergk. Commentt. p. 342. » *E M.*

20—22.

Athen. 3, p. 89, F : τὰς δὲ κνίδας ὁ E. ἐν Αὐτ. ἀκαλήφας ὀνομάζει. — Suidas, Ἀναφλασμοί : τὰ ἀφροδίσια. E. Αὐτ. — Pollux 7, 202 : τὸ πορνεύεσθαι ῥῆμα ἐν τῷ πρώτῳ Εὐπόλιδος Αὐτ.

23. 24.

Harpocr. p. 78, 13 : καὶ ἐπίπεμπτον εἰώθασι λέγειν τὸ πέμπτον, ὡς E. Αὐτ. — Gramm. Bekker. An. p. 447, 1, Ἀρρωστήμων : E. Αὐτ.

25—27.

Antiatt. p. 83, 14, Ἀπρασία : E. Αὐτ. — Idem p. 84, 21, Βιασμός : E. Αὐτ. V. Lobeck. ad Phryn. p. 511. — Idem p. 109, 12, Νουθέτησιν : E. Αὐτ. V. Lobeck l. l. p. 513.

IV. ΒΑΠΤΑΙ.

In hac fabula Noster inprimis Alcibiadem ejusque socios vexavit, tanquam eos, qui nocturnis conviviis Cotyttiorum turpitudinem imitarentur nihilque facinoris et flagitii prætermitterent; deinde etiam odio Corinthiorum, apud quos hæc sacra summa religione celebrabantur, deam ipsam in scena exhibuit. Hesychius : Κοτυττὼ ὁ μὲν E. κατ' ἔχθος τὸ πρὸς τοὺς Κορινθίους, φορτικόν τινα δαίμονα, διατίθεται. Igitur eorum quoque libidinem videtur exagitasse, Cotyttiisque in contemptum adductis cavisse, ne Athenis reciperentur. (V. Lobeck. Aglaoph. p. 1009 seq., Fritzsch. Quæst. Aristoph. 1, p. 204, Buttmann. Mythologi vol. 2, p. 159.) Id crudeliter ultus esse dicitur Alcibiades. Schol. Aristidis apud Creuzerum ad Plotinum De pulchrit. p. 465 (vel vol. 3, p. 444 ed. Dind.) : κωμῳδηθεὶς (Alcib.) παρὰ Εὐπόλιδος ἔρριψεν αὐτὸν ἐν τῇ θαλάττῃ,.... εἰπὼν

Βάπτες μ' ἐν θυμέλῃσιν, ἐγὼ δέ σε κύμασι πόντου
βαπτίζων ὀλέσω νάμασι πικροτέροις.

Platonius De com. p. XIII : ἴσμεν γοῦν τὸν Εὔπολιν ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς Βάπτας ἀποπνιγέντα εἰς τὴν θάλασσαν ὑπ' ἐκείνων, εἰς οὓς καθῆκε τὸ δρᾶμα. Themi-

---

12

An valde imminxit perditus senex?

14.

Fumos profert et umbras.

stius Orat. 8, p. 110, B : Ἀλκιβιάδης δὲ, ὁ Κλεινίου, καὶ ταῦτα στρατηγὸς ὢν αἱρετὸς, οὐχ οὕτως (*non sic*, non leviter) ἀπεμνημόνευσεν Εὐπόλιδι τῷ κωμῳδιοδιδασκάλῳ τοὺς Βάπτας. De Baptis Juvenalis 2, 92 :

Talia secreta coluerunt orgia tæda
Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto.

Lassare h. e. *frequenti prece invocare* (Horat. Carm. 1, 2, 16 : *prece qua fatigent virgines... Vestam*), ut Buttman. aliique interpretantur; vel, ut Mein., cymbalorum tympanorumque strepitu obtundere. Schol. Juvenalis l. c. : *Baptæ titulus libri* (i. e. fabulæ, ut Quintil. 1, 10, 18, Propert. 4, 21, 28, Macrob. p. 566 ed. Zeun.), *quo impudici describuntur ab Eupolide, qui inducit viros Athenienses ad imitationem feminarum saltantes lassare psaltriam. Baptæ ergo molles*, etc., ubi legendum puto... *viros Ath., qui ad im. f. s. lassant psaltriam*, ut nomine Cotyttus significentur puellæ psallentes in Cotyttiis. Fuit autem Cotytto Thracum Venus : v. interpr. Horatii ad Epod. 17, 56. Sunt quibus eadem videatur Bendis, Thracum Diana vel Luna : v. Strab. 10, p. 470 ed. Almel., Hesych. v. Βενδίδεια, Xenoph. Hellen. 2, 4, 11, etc. Baptarum nomen alii aliter explicant, quorum Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. 884, *tinctores* (Cyrillus Gloss. p. 44 : Βάπτης, *tinctor*) significari putans, ferri non potest. Probabilior est Lobeckii (Aglaoph. 2, p. 1004) sententia (Baptas, quos quidem habent pro sacerdotibus Cotyttus (v. Gesner. Thes. L. L. v. Cotytto), appellatos esse ab usu lavationum in omnibus mysteriis, quæ isti orgiis suis imitabantur. Igitur Βάπτας intelligere licet βαπτιστὰς, *lavatores*, quo nomine E. irrisisse videtur Alcibiadis socios impudicos, quorum alter alterum balneo immergeret; quam rem innuisse dicas Alcibiadem epigrammate. Ceterum apud Themistium l. l. cogitanda est Atheniensium expeditio in Siciliam ductu Alcibiadis suscepta olymp. 91, 1 (ante Chr. nat. 415). Cf. Mein. Hist. crit. Com. p. 119 seqq., unde horum pleraque deprompta sunt.

1.

Athen. 4, p. 183, E, F : μνημονεύει δὲ τοῦ τριγώνου τούτου καὶ Σοφοκλῆς... Ε. δ' ἐν Βάπταις φησίν

Ὃς καλῶς μὲν τυμπανίζει,
καὶ διαψάλλει τριγώνοις.

Ex A et P codd. enotatum Βαπταῖς, ut passim libri, quasi titulus dramatis fuisset Βαπτοὶ, non ineptus ille quidem, sed obstat Latinis usitatum *Baptæ*. His nunc accedit scholiastes Hippocratis a Darembergio editus, *Notices et extraits des manuscrits médicaux grecs*, etc., parte I, p. 215, ubi legitur Εὔπολις ἐν Κόλαξιν (sic) :

Οἷς καλῶς μὲν τυμπανίζεις
καὶ ἐπικινεῖς ταῖς χοχώναις
καὶ πείθεις ἄνω σκέλη·
καὶ ἐμβάπτεις (sic, pro ἐν Βάπταις)·
Καὶ τὸν Κέκροπα, κτλ.

quæ vide in Adulatoribus; nam scholiastes haud dubie, ut observat Dübner. p. 216, fabularum titulos inter se commutavit. Jam igitur, duobus versibus auctus, sic scribendus est locus :

Ὃς καλῶς μὲν τυμπανίζεις,
καὶ διαψάλλεις τριγώνοις,
κἀπικινεῖς ταῖς κοχώναις
καὶ τίθεις ἄνω σκέλη,

sic, τίθεις, corrigente Schneidewino, quod est in codice πείθεις, coll. Soph. OEdip. T. 628.

2.

Ammonius v. Ὑπάγειν, p. 140 : ὑπάγειν λέγομεν ἀντὶ τοῦ προάγειν, τοῦτ' ἔστιν εἰς τοὔμπροσθεν πορεύεσθαι. κέχρηται τῇ λέξει Ε. ἐν Β. « Σὺ δ' ὕπαγε εἰς τοὔμπροσθεν. » Herodianus De Acyrolog. Boissonad. Anecd. 4, p. 265 : καὶ Ε. ἐν Βάκχαις (sic).

Σὺ δ' ὕπαγ' εἰς τοὔμπροσθεν.

Similiter Thomas Mag. p. 369, et Bachmann. Anecd. 2, p. 375; item sed leviter corruptum Etym. Gud. p. 541, 13. Est initium versus trochaici.

3.

Gramm. Bekkeri An. p. 377, 8, Ἀλλὰ γάρ : ἀντὶ τοῦ δέ. Ε. Β.

— Ἀναρίστητος ὢν
κοὐδὲν βεβρωκὼς, ἀλλὰ γὰρ στέφανον ἔχων.

Suidas, Ἀλλὰ γάρ : ἀντὶ τοῦ δέ. Εὔπ. Στέφανον ἔχων, more convivantium : v. meum indicem Aristophanis v. *Coronati convivæ*.

BAPTÆ.

1.

Qui bene quidem tympanizas,
psallisque trigonis,
et motus cies lumbis,
et crura extollis.

2.

Tu vero procede.

3.

— Sine jentaculo,
neque alio cibo sumpto, coronatus autem.

4.

Idem p. 460, 25, Ἀτρύφερος: ἔστιν ἡ λέξις ἐν Β. Εὐπόλιδος,

Ὅτι οὐκ ἀτρύφερος οὐδ' ἄωρός ἐστ' ἀνήρ.

Eadem Suidas h. v. Alcibiadem dici putat Fritzsch. Quæst. Aristoph. 1, p. 237.

5.

Harpocr. p. 142, 26: Dinarchus Polyeuctum παλιναίρετον appellavit, ὅτι συκοφάντης ἁλοὺς ἐζημιοῦτο, καὶ διὰ τοῦτ' ἐκωλύετο λέγειν πρὶν ἀποτῖσαι τὴν ζημίαν, ἣν ὤφειλεν, ἔπειτ' ἀποτίσας (deleo hic τὴν ζημίαν) πάλιν ἔλεγεν, ὡς δηλοῦται καὶ τοῦτο ἐν τῷ λόγῳ. ὅτι γὰρ τοὺς τοιούτους ἐκάλουν παλιναιρέτους, καὶ τοὺς ἀποχειροτονηθέντας τὴν ἀρχὴν καὶ πάλιν χειροτονηθέντας, Εὔπολίς τε ἐν Β. δηλοῖ, καὶ Ἄρχιππος ἐν Ἰχθύσιν.

6.

Hephæst. 4, p. 27, de vocabulis inter duos versus divisis: ἔνια δὲ καὶ παίζουσιν οἱ κωμικοί, ὡς Ε. ἐν Β.

Ἀλλ' οὐχὶ δυνατόν ἐστιν· οὐ γὰρ ἄλλο πρὸς
βούλευμα βαστάζουσι τῆς πόλεως μέγα.

Libri mendose προ βούλευμα, quum oporteat πρὸς, ut Thuc. 3, 3, 53, falliturque ipse Heph., quum his non insit tale vocabulum, πρὸς autem significet *præterea*, ut apud Thuc. l. l., Aristophanem, et alios. Negat ille, postquam semel factum sit magnum plebiscitum, de alio deliberari posse. Temere hæc mutant, nodum in scirpo quærentes. Meinekius quoque deceptum esse Hephæstionem codicis vitio putat, Eupolidem vero scripsisse πρῷ βούλευμα.

7.

Herodianus De dict. solit. p. 6, 24: παγῆ, γαλῆ, μυγαλῆ, ἀμυγδαλῆ. Ε. Β.* « Ἀλλεξομελεις μεναιμάτην ἀμυγδαλῆ. » Ita codex. Bloch., Runkel., Mein. Ἀλλ' ἐξολεῖς με ναὶ μὰ τὴν ἀμυγδαλῆν. Sed rectius Dindorf.

Ἀλλ' ἐξαπολεῖς με ναὶ μὰ τὴν ἀμυγδαλῆν.

Sunt μ et π confusa (quod caput rei), ut apud Aristoph. Plut. 1016, ubi v. annot. Ἐξαπ., *penitus me perdes*; vel intelligendum τῆς πόλεως, ut Iliad. 6, 60: Ἰλίου ἐξαπολοίατ', etc. Plautus Capt. 3, 4, 5: *periisti e patria tua.*

8.

Hesych. Βάστας ὁ Χῖος (codex Βαστα όχειος, i. e. Βάστας Χῖος. *Mein.*): Δημοκρίτου ἐπώνυμον, καθὰ καὶ Ε. ἐν Β. ἔστι δὲ ἱστοριογράφος. Immo musicus clarissimus: v., monstrante Hemsterhusio, Diog. Laert. 9, 49. « Hunc et Theoxenidem Siphnium primos omnium fuisse, qui chromatico genere uterentur, auctor est Suidas v. Χιάζειν. Cf. Pollux 4, 66. Eundem, indicante Sopingio, commemorat Lucianus Pseudolog. c. 3: καὶ δόξαν οὐ μικρὰν ἔχεις ἐπ' αὐτοῖς, ὑπὲρ τὸν Ἀριφράδην, ὑπὲρ τὸν Συβαρίτην Μίσθωνα, ὑπὲρ Χῖον ἐκεῖνον Βάσταν, τὸν ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις σοφόν. » *M.* In his postremis agnoscas senarium

Βάσταν δὲ, τὸν ἐπὶ τοῖσιν ὁμοίοισιν σοφόν.

9.

Idem, Κοτυττώ: ὁ μὲν Εὔπολις, κτλ., quæ posui in prolegomenis.

10.

Joannes Alex. De accent. p. 36, 16: τὰ δὲ σχετλιαστικὰ τῶν εἰς οι καὶ εἰς αι ἄλογον ἔχει τὸν τόνον. ἃ μὲν γὰρ αὐτῶν περισπᾶται, ὡς τὸ ὀτοτοῖ, ἔχον συμπαρακείμενον καὶ ἀτταταῖ, καὶ τὸ οἰοῖ καὶ αἰαῖ, σαβοῖ γε, καὶ τὸ αἰβοῖ, καὶ τὸ σαβαῖ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Βάπταις· τὸ δὲ εὐαί παρὰ τῷ αὐτῷ ὀξύνεται, Εὐαὶ σαβαῖ. Conf. Fritzsch. Quæst. Aristoph. 1, p. 211.

11.

Pollux 7, 123: κάπνην δὲ καὶ καπνοδόκην Ε. τὸ μὲν εἴρηκεν ἐν Βάπταις, τὸ δὲ ἐν Δήμοις. Vulgo καπνόν. Duo codd. κάπην. Kuhnius κάπνην.

12.

Idem 10, 91: καί που καὶ κοίτην (« *canistrum*, *lancem*; v. Hemsterhus. Anecd. 1, p. 216, Schweigh. ad Athen 4, p. 146, E. » *M.*) ὡς ἔν τε τοῖς Β. Εὐπόλιδος,

Ἀλλὰ τὰς κοίτας γ' ἔχουσι πλουσίως σεσαγμένας,

καὶ ἐν Φερεκράτους Μυρμηκανθρώποις (fr. 5).

4.

Neque enim alienus a deliciis, neque invenustus est.

6.

Sed fieri non potest: neque enim aliud præterea plebiscitum inferunt magnum.

7.

Sed penitus me perdes, per amygdalam!

12.

Sed canistra quidem habent opulenter instructa.

13.

Priscianus (seculo 6 post Chr. nat.) De metris com. p. 415 ed. Krehl. : *Eupolis* Βάπταις, *quum in aliis iambis ejusdem fabulæ recta* (?) *est* (immo *sit*) *observatione metrorum usus, hos tamen posuit in fine habentes spondeos* (cf. Δήμ. 24),

α. Ἀνόσια πάσχω ταῦτα ναὶ μὰ τὰς Νύμφας.
β. Πολλοῦ μὲν οὖν δίκαια ναὶ μὰ τὰς κράμβας.

Sic Meinekius ex codice uno; perperam ceteri Πολλοί : v. index Aristoph. v. πολύς. « Athen. 9. p. 370, B : E. B. « ναὶ μὰ τὴν κράμβην », ionicam hanc dicens formulam jurandi, quemadmodum Zeno per capparin juraverit. Scilicet deorum nominibus abuti nolebant. Suidas 2, p. 502 : πολλοὶ πρὸς λάχανα ὀμνύουσιν, εὐορκίαν ἐπιδεικνύμενοι· ἐπιχωριάζει δ' εἰσέτι καὶ τοῖς ἐλλογίμοις Ἀρμενιακοῖς τὸ Μὰ τὰ καλά. Cf. Cratin. Chiron. 11. » *M.*

14.

Schol. Paris. Æschinis C. Tim. § 126, 2 : δοκεῖ δέ μοι λελέχθαι ὁ Βάταλος παρὰ τὸ Εὐπόλιδος σκῶμμα· ἐκεῖνος γὰρ ὑπὸ τῶν Βαπτῶν ὀνόματα κεῖσθαι τοῖς αἰσχροῖς (ita Mein.; liber mendose αἰσχρῶς) καὶ τὴν τράμην (pessime liber καὶ τιγράνην. *Both.*) βάταλον ὑπ' αὐτῶν καλεῖσθαι. Harpocr. p. 44, 9 : E. τὸν πρωκτὸν βάταλον λέγει· μήποτε οὖν ἔνθεν τοὺς κιναίδους βατάλους καλοῦσι. Schol. Æschinis ed. Reisk. p. 762 : βάταλος μόριόν τι σώματος παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς αἰσχρὸν, πρωκτός. Istud τιγράνην explices ex similitudine litterarum Γ et T. M et N. Dubium ipsi Meinekio an recte ad Βάπτας hanc notationem retulerit.

15.

Schol. Apollonii Rhod. 4, 144, in codice Paris.: τὸν κινούμενον τροχίσκον ὑπὸ τῶν φαρμακίδων ῥόμβον καλοῦσι. καὶ ἐν Εὐπόλιδι δὲ τὰς περιφερεῖς κινήσεις οὕτως ἐξηγοῦνται·

— Ὦ ῥύμβοισι μαστίξας ἐμέ!

Idem ad 1, 1139, Ῥόμβος : τροχίσκος, ὃν στρέφουσιν ἱμᾶσι τύπτοντες, καὶ οὕτως κτύπον ἀποτελοῦσι. τινὲς δὲ ῥύμβον αὐτὸν καλοῦσιν, ὧν καὶ E. ἐν B., καὶ Δίδυμος. « Similiter, sed omisso nomine fabulæ, Eustath. ad Odyss. p. 1387, 47, et Etym. M. p. 706, 30. Schol. Theocriti 2, 18, emendatus a Piersono apud Ruhnk. ad Tim. p. 229 : ῥόμβος, ὃν οἱ Ἀττικοὶ ῥύμβον καλοῦσιν. Athen. 7, p. 330, B : ἔστι τὸ ὄνομα (ῥόμβος) Ἑλληνικόν. Non solum veneficas rotulam æneam, flagello verberandam, usurpasse, testis est Photius p. 491, 10, Ῥόμβος (ῥύμβος Mein.) : ὃ (ὃν) ἔχουσιν οἱ ἐπιθειάζοντες, ὡς τύμπανον. οὕτως Εὔπ. Qui quod rhombum cum tympano componit, indicio est ῥύμβον ap. Eup. non de turbine magico, sed de rota ænea interpretandum esse, qua in istis Cotyttiis sacris non secus atque in Magnæ Matris cærimoniis sacricolas flagellis verberasse eoque acutos tinnitus edidisse probabile est. Similiter utrumque instrumentum conjunxerunt Apollon. Rhod. 1, 1139, ῥόμβῳ καὶ τυπάνῳ Ῥείην Φρύγες ἱλάσκονται· et Diogenes tragicus Athen. 14, p. 636, A : τυπάνοισι καὶ ῥύμβοισι. Archytas apud H. Steph. Hist. phil. p. 84 : καὶ τοῖς ῥόμβοις τοῖς ἐν τελέταις (in mysteriis) κινουμένοις τὸ αὐτὸ συμβαίνει· ἥσυχα μὲν κινούμενοι βαρὺν ἀφίεντι ἄχον, ἰσχυρῶς δὲ ὀξύν. Ceterum apud Eupolin ipsam Cotytto loquentem audire mihi videor. » *M.*

16.

Schol. Aristoph. Nub. 550 Herm. : E. δὲ ἐν τοῖς B. τοὐναντίον φησὶν, ὅτι συνεποίησεν Ἀριστοφάνει τοὺς Ἱππεῖς· λέγει δὲ τὴν τελευταίαν παράβασιν. φησὶ δὲ

— Κἀκείνους τοὺς Ἱππέας
συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην.

Libri κἀκεῖνος... φαλακρῷ ἐδωρησάμην (Ald. ἀδωρ.), quæ Hermann. emendavit. Idem schol. Eq. 1291 : φασί τινες Εὐπόλιδος εἶναι τὴν παράβασιν, εἴγε φησὶν E. « ξυνεποίησα τῷ φαλακρῷ. »

17.

Schol. Aristoph. Avium 129, πρῴ : οὕτω μονοσυλλάβως λέγουσιν. E. B.

— Ἐκεῖ γὰρ ἕξεις ἀγαθὰ πολλὰ δὴ πρῴ.

Libri ἐξῆς, correctum a Dindorfio. Versus iamb. tetram. ἀκέφαλος.

18. 19.

Schol. Aristoph. Ran. 418, de Archedemo : οὗτος ὡς ξένος κωμῳδεῖται. καὶ E. B. « Ἐπιχώριος δέ ἐστι καὶ ξένης ἀπὸ χθονός. » Mein. metri

---

13

a. Infanda hæc patior per Nymphas!
b. Justissima quidem per cramben!

15.

— O tu, qui rhombis me flagellasti!

16.

— Illosque Equites
una feci cum calvo isto et ei donavi.

17.

Illic enim multa habebis bona mature.

18.

Hic enim habitat, quamvis peregrinus.

gratia Ἐπιχώριός ἐστι, etc.; sed parum usitati sunt anapæsti duo continui in iambis, contraque omitti solet εἶναι. Igitur scribam

Ἐπιχώριος δὲ καὶ ξένης ἀπὸ χθονός.

Idem schol. Vesp. 687 : τὸν γὰρ Χαιρέαν E. ἐν B. ὡς ξένον κωμῳδεῖ. « Fortasse eodem loco fabulæ, quo Archedemum. Qui quidem Chæreas num idem fuerit, quem Thuc. commemorat 8, 74 et 80, pro certo non affirmaverim. » *E M.*

20. 21.

Idem schol. Pac. 1244 : κότταβος δὲ ἐκαλεῖτο καὶ τὸ τιθέμενον ἆθλον τοῖς νικῶσιν ἐν τῷ πότῳ, καὶ τὸ ἄγγος, εἰς ὃ ἐνέβαλον τοὺς λάταγας, ὡς Κρατῖνος ἐν Νεμέσει δείκνυσιν· ὅτι δὲ καὶ χαλκοῦν ἦν, E. ἐν B. λέγει,

Χαλκῷ περὶ κοττάβῳ.

Ad eandem hanc fabulæ partem, in qua cottabi ludum poeta exhibuerat, respexit Athen. 15, p. 667, D : ὅτι δὲ ἆθλον προὔκειτο τῷ εὖ προεμένῳ τὸν κότταβον, προείρηκε μὲν καὶ ὁ Ἀντιφάνης· ᾠὰ γάρ ἐστι, καὶ πέμματα, καὶ τραγήματα· ὁμοίως δὲ διεξέρχονται... καὶ E. Ἕρμιππός τε ἐν τοῖς Ἰάμβοις.

22.

Idem schol. Pluto 884 : λέγει οὖν, οὐ φοβοῦμαί σε, ἔχων φυσικὸν δακτύλιον, δακτύλιον δέ φησι τὸν λεγόμενον φαρμακίτην. E. B. μέμνηται. Hesych. Δακτύλιος φαρμακίτης, ὃν οἱ φαρμακοπῶλαι εἰώθασι πιπράσκειν ἀντὶ φαρμάκου. De tali annulo Antiphanes ap. Athen. 2, p. 123, B :

Παρὰ Φερτάτου δακτύλιός ἐστι μοι δραχμῆς.

Clemens Alex. Strom. 1, p. 334, B : Ἐξήκεστος ὁ Φωκέων τύραννος, δύο δακτυλίους φορῶν γεγοητευμένους, τῷ ψόφῳ τῷ πρὸς ἀλλήλους διῃσθάνετο τοὺς καιροὺς τῶν πράξεων· ἀπέθανε δὲ ὅμως δολοφονηθείς, καίτοι προσημήναντος τοῦ ψόφου, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Φωκέων πολιτείᾳ.

Adde fragm. in incertis positum n. 45.

V. ΔΗΜΟΙ.

Intelligitur ex fragmento 4 hujus fabulæ, Niciæ magnas in ea fuisse partes, ut qui nobiles olim illos Solonem, Miltiadem, Aristidem, Periclem ab inferis excitet, ut consiliis suis afflictæ nunc quidem reip. succurrant. Jam Nicias obiit olymp. 91, 4 (Thuc. 7, 86), ex quo consequens est, Demos non potuisse doceri post olymp. 91, 3; et ne tertio quidem aut secundo anno ejusdem olympiadis : vix enim credibile est, absente Nicia comœdiam, quæ ad ipsum valde pertineret, scenæ commissam esse. Profectus autem est Nicias in Siciliam Arimnesto archonte olymp. 91, 1 exeunte (ante Chr. nat. 415), neque igitur post hunc annum agi potuerunt Demi. » *E M.* Chorus (Δῆμοι), sub personis senum (fr. 15), constitisse putandus est ex variis gentibus continentis et insularum, partim subjectis reipublicæ Atticæ, partim fœdere conjunctis, coryphæo Atheniensi.

1.

Harpocr. p. 125, 13 : περὶ δὲ τοῦ μειαγωγοῦ E. ἐν Δήμοις·

— Τοιγαροῦν
οὐδεὶς στρατηγὸς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου
ἐδύνατ' ἄν, ὥσπερ μειαγωγός, ἐξιὼν
τῆς τοῦδε νίκης πλεῖον' ἑλκύσαι σταθμόν.

Libri χρόνου οὐδεὶς δύναται ὡ. μ. ἐστιῶν, quorum δύναται et ἄμετρον est, et alienum a rebus, quæ dicuntur, præteritis, simillimum vero ejus ἐδύνατ' ἄν. Οὐδεὶς ante στρατ. posuit Gronovius. Ἐστιῶν multo etiam magis ab re abhorret, nec dubium quin Eup. dixerit ἐξιών, quum de ξ et σ vel σσ, cui simile στ, permutatis constet. De μειαγωγὸς v. Schneideri Lex. v. Μεῖον. In senarios hæc redigenda esse, sensit Gronovius.

2.

Longinus De sublim. 16, 3, de celebri jurejurando Demosthenis Οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύοντας disserens : καίτοι παρὰ τῷ Εὐπόλιδι τὸ σπέρμα φασὶν εὑρῆσθαι,

Οὐ γάρ, μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην,
χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

Miltiadis verba esse ex hac fabula petita vidit Elmsl. ad Med. p. 146. « Versus 2 hanc, opinor, vim habet : Graviter ulciscar, si quis ducum Atheniensium, quæ ego paravi civitati decora, ignavia et imperitia dehonestabit. » *E M.*

20.

De æreo cottabo.

POPULI.

1.

— Quamobrem
nemo ducum ex illo tempore,
in bellum profectus, potuit, velut μειαγωγός,
pensitans majus illius victoriâ facere momentum.

2.

Non enim, per Marathoniam pugnam meam,
gaudens quisquam eorum cor meum contristabit.

3.

Orion Floril. 6, p. 49, 10, cum lemmate Ἐκ τῶν Δήμων Εὐπόλιδος.

Τὸ γὰρ δίκαιον πανταχοῦ φυλακτέον.

Aristidis haud dubie, τοῦ δικαίου, oratio.

4.

Galenus De dignosc. affect. 7, vol. 6, p. 530 ed. Chart. : τὰ μὲν θυμοῦται σφοδρῶς ἐπὶ τῶν σμικροτάτων, ... τὰ δ' ἔστιν ἀνεξίκακα καὶ πρᾶα, μήτ' ὀργιζόμενα, μήτε κλαίοντα, πρὶν ἀδικηθῆναί τι μέγα. ταῦτα μὲν ὁ Ε. ἐρωτώμενον Ἀριστείδην τὸν δίκαιον ὑπὸ τοῦ Νικία, « ὡς ἐγένου δίκαιος, » οὕτω εὐπρεπῶς ἀποκρινόμενον ἐποίησεν· « ἡ μὲν φύσις τὸ μέγιστον, ἔπειτα δὲ κἀγὼ τὴν φύσιν προθύμως συνελάμβανον. » Probabiliter Meinek. ad Δήμους hæc retulit et sic scripsit :

ΝΙΚ. Πῶς γὰρ ἐγένου δίκαιος;.....
ΑΡΙΣΤ. Ἡ μὲν φύσις τὸ μέγιστον ἦν, ἔπειτα δὲ
κἀγὼ προθύμως τῇ φύσει συνελάμβανον.

5.

Plutarchus V. Periclis cap. 3 : ὁ δ' Εὔπολις (scribam Εὐπόλιδος, ut intelligatur persona, fortasse Myronidis [v. Mein. Hist. crit. Com. p. 127], introducta ab Eupolide : neque enim ipse fuit inter personas hujus comœdiæ) ἐν τοῖς Δήμοις, πυνθανόμενος περὶ ἑκάστου τῶν ἀναβεβηκότων ἐξ Ἅδου δημαγωγῶν, ὡς ὁ Περικλῆς ὠνόμαστο τελευταῖος,

Ὅ τι περ κεφάλαιον τῶν κάτωθεν, ἤγαγες.

Coraes : Γελοίως πέπαικται πρὸς τὸ μέγεθος τῆς κεφαλῆς τοῦ Περικλέους. Et Sintenisius annotavit, κεφάλαιον inter κεφαλῆς παρώνυμα commemorari a Polluce 2, 42. « Formulæ ὅ τι περ κεφάλαιον exempla Schæfer. apposuit ad Dionys. Halicarn. De comp. verb. p. 145. Hermannus Opusc. 5, p. 292, Mercurium ψυχοπομπὸν intelligendum esse suspicatur in verbo ἤγαγες. » *E M.*

6.

Schol. Aristoph. Acharn. 529, de Periclis eloquentia : Ε. Δ.

α. Κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν,
ὁπότε παρέλθοι, χὤσπερ ἀγαθοὶ δρομῆς
ἐκ δέκα ποδῶν ᾕρει λέγων τοὺς ῥήτορας.
β. Ταχὺν λέγεις μέν, πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν·
οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Quinque priores versus habet etiam schol. Aristidis p. 472 Dind., Οὗτος κράτιστος ἐγ. Libri versu 2 παρέλθοι, ὥσπερ. Toup. ad Longinum 34, 4, παρέλθοι δ'. V. 3 vulgo ἑκκαίδεκα. Sed recte scriptum ap. schol. Hom. Il. P, 463. Conf. Isidorus Pelus. Epist. 4, 205 : Περικλῆς, ὃς ἀπὸ δέκα ποδῶν ᾕρει τοὺς ῥήτορας, et Themistius Orat. 27, p. 339, C, λέγων αἱρήσεις οὐκ ἐκ δέκα ποδῶν, ἀλλ' ἐξ εἴκοσιν ἴσως. V. 4 schol. Aristoph. λέγειν, sed Aristidis λέγεις, quod recte adoptavit Mein. Laudaverunt versus 4 et 5 etiam ipse Aristides et Isidorus l. c.; 5 et sqq. etiam Plinius Epist. 1, 20 (ubi ἐπεκάθητο, τοῖσι χ.), 6 autem et 7 Diodorus Sic. 12, 40. Cicero Orat. 15, de Suada : *quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitavisse;* et Bruto 9 : *de Pericle scripsit Eupolis, eum cum delectatione etiam aculeos reliquisse in animis eorum, a quibus esset auditus.* Quintil. 12, 10 : *hanc vim et celeritatem in Pericle admiratur Eupolis; hanc fulminibus Aristophanes comparat* (Acharn. 530 seq.); *hæc est vera dicendi facultas.* V. 7 etiam ap. schol. Ar. Pac. 1204, ubi ἐγκατέλιπε, sicut ap. Plin.

7.

Aristides vol. 2, p. 174 Dind. : ἀνεπίφθονον αὐτῷ (Pericli) καὶ καθαρὰν τὴν μαρτυρίαν ἀποδέδωκε (Eupolis), λέγων ὡς ἐκ δέκα ποδῶν μὲν ᾕρει τοὺς ῥήτορας ἐν τοῖς λόγοις, μόνου δὲ πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσι· πάντα δ' εἶναι φλυαρίαν πρὸς ἐκεῖνον. φησὶ γοῦν· « Ῥήτωρ γάρ * ἐστι νῦν τις, ὃν γ' ἔστιν λέγειν; ὁ Βουζύγης ἄριστος, ἀλιτήριος. » Versu 1 alii libri ὃν, alii ὧν, quod male arripuit scholiasta.

3.

Justitia enim ubique observanda est.

4.

Nic. Quomodo igitur justus evasisti?......
Arist. Natura quidem maximum erat; dein autem
ego quoque naturam alacriter adjuvabam.

5.

Quod sane caput est inferorum, adduxisti.

6.

a. Peritissimus ille fuit hominum dicendi,
quum in medium processerat, et, ut boni cursores,
decem passibus præfestinantes oratores antevenie-[bat.
b. Celerem quidem dicis; præterea vero
suada quædam insedit labiis ejus :
adeo demulcebat auditores, et solus oratorum
aculeum relinquebat in animis.

7.

a. Orator enim unus quis hodie, quem memorare [possis?
b. Buzyges optimus est, piacularis.

Sed omnino inelegans est oratio et corrupta. Scribam, pace poetæ apud Inferos :

α. Ῥήτωρ γὰρ εἶς τὸ νῦν τίς, ὃν γ' ἔστιν λέγειν;

β. Ὁ Βουζύγης ἄριστος, ἀλιτήριος.

Alteram personam immisit Mein. V. 2 ἀλ. pro ἀλιτήριος Porsonus Adv. p. 75. Buzygen recte Frommel. intellexit Demostratum, de quo cf. fragm. 34. Eum Raspius De Eup. Demis et Civ. p. 56, ἀλιτήριον dictum arbitratur propterea, quia majores ejus Cylonei piaculi (Herodot. 5, 71 ; Thuc. 1, 126) participes fuerint.

8.

Plut. V. Alcib. cap. 13, de Phæace : ἦν γάρ, ὡς Εὔπολίς φησι,

Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

Imitatus hoc Sallustius Gell. N. A. 1, 15 : *loquax magis quam facundus.* Ex eodem colloquio petitus versus, unde duo fragmenta præcedentia. De Phæace cf. Bergk. Commentt. p. 237.

9.

Idem V. Periclis cap. 24 : δοκεῖ δὲ καὶ τὸν νόθον ἐκ ταύτης (Ἀσπασίας) τεκνῶσαι, περὶ οὗ πεποίηκεν Ε. ἐν Δ. αὐτὸν μὲν οὕτως ἐρωτῶντα

Ὁ νόθος δέ μοι ζῇ ;

τὸν δὲ Μυρωνίδην ἀποκρινόμενον

— Καὶ πάλαι γ' ἂν ἦν ἀνήρ,
εἰ μὴ τὸ τῆς πόρνης ὑπ' ὠρρώδει κακόν.

Perperam libri uno verbo ὑπωρρώδει, *subtimeret*, quasi nothus ille Periclis filius nescio quod malum meretricis Aspasiæ leviter timuisset. Immo ὠρρώδει κακὸν τὸ ὑπὸ τῆς πόρνης, h. e. interprete Mein., « quod meretrice natum se noverat, id animum ejus deprimebat. » Neque enim Athenis nothi, ut liberi legitimi, statim a nativitate tabulis publicis inscribebantur, et omnino deterior erat eorum conditio : v. L. Bosii Antiq. Gr. p. 213 ed. Zeun, annotata nobis ad Odyss. 4, 12, etc. Ceterum nequam fuerunt Periclis filii legitimi : v. fr. 10. Schol. Platonis p. 391 Bekk. : ἔσχε δὲ ἐξ αὐτῆς (Aspasiam dicit) ὁ Περικλῆς νόθον υἱόν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐτελεύτα, τῶν γνησίων προαποθανόντων, ὡς Ε. Δ. Harpocr. p. 37, 18 : δοκεῖ ἐξ αὐτῆς ἐσχηκέναι ὁ Περικλῆς τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ Περικλέα τὸν νόθον, ὡς ἐμφαίνει καὶ Ε. ἐν τοῖς Δ. « Is, brevi ante patris obitum tribulibus adscriptus (Plut. V. Per. 37), postea in pugna ad Arginussas imperatoris munere functus (Xenoph. Hell. 1, 5, 16; Diod. Sic. 13, 98) et cum ceteris novem ducibus occisus est olymp. 93, 3 (ante Chr. nat. 405); v. præter Xenophontem l. l. Philochorus apud schol. Aristoph. Ran. 1227. *Myronides* haud dubie intelligendus est Lacedæmoniorum victor apud OEnophyta olymp. 83, 3 (ante Chr. nat. 445), Calliæ filius, vir antiqua fide ac virtute insignis (v. Thuc., Aristoph., Diod. Sic. 11, 79, 81), qui, summam laudem in capitali prœlio illo consecutus, initioque belli Peloponnesii 70 ferme annos natus, in honesto otio senescebat; dignus qui in hac fabula cum Solone, Aristide, Cimone, Pericle, de optima rempubl. emendandi ratione dissereret. » *E M.*

10.

Athen. 9, p. 373, E : ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ πληθυντικοῦ ὄρνεις λέγουσι, πρόκειται τὸ Μενάνδρειον μαρτύριον, ... καὶ Ε. ἐν Δ.

Οὐ δεινὸν οὖν κριοὺς ἔμ' ἐκγεννᾶν τέκνα,
ὄρνεις δ' ὁμοίους τοὺς νεοττοὺς τῷ πατρί;

Versu 1 libri χρείους μ' ἐκγ. τ. Valck. ad Phœniss. 44 κριοὺς ἔμ', quorum illud quidem indubium est; sed pro ἔμ' equidem malim μ' ἄν, qui neglectam sæpe sciam a librariis elegantem particulam. V. 2 vulgo θ' pro δ' apud Grotium Excerpt. p. 499. Ὁμοίους pro ὁμοίως Casaub. Periclis filii legitimi mature mortem obierunt, teste schol. Plat. supra allato. « Recte hæc Periclis verba esse statuunt, quod degeneres a patria virtute filios genuerit conquerentis. Zenobius, laudante Valck., Κριὸς (fortasse ponendum est κριοῦ) τροφεῖ' ἀπέτισεν : ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων, ἐπεὶ τὰς φάτνας πλήττουσιν οἱ κριοί. Libanius De vita sua : ἄνθρωπον ἐκ Κυζίκου μιαρόν τε καὶ ἀχάριστον, ... κριοῦ δὲ τροφεῖα κατὰ τὴν παροιμίαν ἀποτίνον. Cf. Diogen. 5, 62, Proverb. Bodl. 556. » *E M.*

11.

Tiberius rhetor 47, p. 66 : παρὰ δὲ τοὺς ἀριθμοὺς ἀλλοίωσις, ὡς παρ' Εὐπόλιδι ἐν Δ.

Ἅπασα γὰρ ποθοῦμεν ἡ κλεινὴ πόλις.

8.

Garritor optimus, impotentissimus orator.

9.

Per. Nothus autem an mihi vivit?
Myr. Et dudum vir factus esset,
nisi a meretrice timeret malum.

10.

Nonne malum est, arietes me procreare liberos,
aves autem similes patri pullos?

11.

Omnis enim clara civitas desideramus.

καὶ παρὰ Δημοσθένει Ὑμεῖς, ὦ βουλή. Libri ποθουμένη κλ. π., quod correxit Meinek., addens secundum Rasp. p. 59 : « Verba Chori civitatem afflictam ad meliorem rerum conditionem restitui cupientis. » Eodem pertinent sequentia.

12.

Etym. M. p. 200, 52 : Ὅμηρος (Il. 9, 491) οἴνου ἀποβλύζων, ἀντὶ τοῦ ἀπεμῶν. ὁ τρόπος ὀνοματοποιία. καὶ ἐν συνθέσει E. * « Ἅμα βλυσθοινῆσαι καὶ χλοῆσαι τὴν πόλιν. » Suidas * Ἀναβλυστωνῆσαι : τὸ ἀναβλύσαι. E. Δ. Scribamus

Ἀμβλυστανῆσαι καὶ χλοῆσαι τὴν πόλιν.

A et οι confusa, ut apud Thuc. et alios. Meinek. ἀμβλυστονῆσαι, citans Eust. ad Il. p. 1095, 8 : τοῦ ἀναβεβρυχέναι λειότερον τὸ ἀναβλύζειν ἐστίν. αὐτὸ δὲ καὶ ἀναβλυσθονεῖν λέγεται, ὡς ἐν ῥητορικῷ εὕρηται λεξικῷ.

13.

Schol. Aristidis vol. 3, p. 672 Dind. : E. ἐποίησεν ἀναστάντα (malim ἀναστάντας) τὸν Μιλτιάδην, καὶ Ἀριστείδην, καὶ Σόλωνα, καὶ Περικλέα.... λέγει δὲ E. οὕτως·

Καὶ μηκέτ', ὦναξ Μιλτιάδη καὶ Περίκλεις,
ἐάσετ' ἄρχειν μειράκια κινούμενα,
ἐν τοῖς σφυροῖς ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν.

Pro Σόλωνα libri Γέλωνα vel Κλέωνα. Correxit Mein., quem etiam in emendandis levioribus erroribus librariorum secutus sum. V. 2 ἐάσετ' pro ἐάσατ' Emsleius. Meinekius conjicit βινούμενα. Ad versum 3 Valck. adscripsit illa Demosthenis De Halon. p. 88, 1 : εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις, καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις, καταπεπατημένον φορεῖτε. Mein. ex levi indicio codicum duali ἐν τοῖν σφυροῖν. Scriptor incertus Suid. 2, p. 371 : ἐν τοῖς αἰδοίοις ἔχων τὸν ἐγκέφαλον, qui fuisse videtur versus :

Τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖσιν αἰδοίοις ἔχων.

14.

Herodianus De schem. in Villoison. Anecd. 2, p. 88 : οἷς (neutris) διαφόρους πληθυντικὰς συντάξεις ἐπάγουσιν οἱ Ἀττικοί, ὡς E.

— Καὶ λέγουσί γε
τὰ μειράκια προϊστάμενα τοῖς ἀνδράσιν.

« Ad Demos retuli rei ipsius probabilitate ductus. Conqueritur is, quem hæc loquentem E. induxit, nunc fere adolescentulos procaces atque imperitos ad publice dicendum surgere. » *E M.*

15.

Stob. Floril. 43, 9, cum lemmate Εὐπόλιδος.

Καὶ μὴν ἐγὼ πολλῶν παρόντων οὐκ ἔχω τί λέξω,
οὕτω σφόδρ' ἀλγῶ τὴν πολιτείαν ὁρῶν παρ' ὑμῖν.
Ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως ᾠκοῦμεν οἱ γέροντες,
ἀλλ' ἦσαν ἡμῖν τῇ πόλει προτοῦ μὲν οἱ στρατηγοὶ
ἐκ τῶν μεγίστων οἰκιῶν, πλούτῳ γένει τε πρῶτοι,
οἷς ὡσπερεὶ θεοῖσιν ηὐχόμεσθα· καὶ γὰρ ἦσαν·
ὥστ' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν· νυνὶ δ', ὅποι τύχοιμεν,
στρατευόμεσθ' αἱρούμενοι καθάρματα στρατηγούς.

Ex epirrhemate parabaseos hæc ducta esse, probabiliter existimant Hermann. Opusc. 5, p. 294, Brunck. ad Ar. Ran. 733, Bergk. Commentt. p. 349. Myronidis verba esse putat Mein. Versu 2 libri ἡμῖν, quum oppositum ἡμεῖς requirat ὑμῖν. Iidem v. 4 τῇ πόλει πρῶτον, cui nihil et quod respondeat, velut alterum quiddam, et sequitur πρῶτοι. Quare dedi προτοῦ. V. 7 cod. A et Voss. ὅπῃ.

16.

Ex eadem oratione petita, ut videtur editoribus nobisque, hæc ap. Athen. 9, p. 408, C : Ἀττικοὶ δὲ χερνίβιον λέγουσιν, ὡς Λυσίας (Ἀνδοκίδης) ἐν τῷ Κατ' Ἀλκιβιάδου, ... χειρόνιπτρον δ' E. ἐν Δ.

12.

Scaturire et virere rempublicam.

13.

Neque amplius, o heros Miltiades et Pericles,
imperare sinetis adolescentulos pædicatos,
qui in suris gerunt imperium.

14.

— Et dicunt quidem
adolescentuli præ viris.

15.

Et sane ego multis præsentibus non habeo quod [dicam :
adeo rempublicam vestram videns contristor.
Nos enim senes pridem non sic eam administra- [bamus,
sed fuerunt nobis olim civium duces
summo loco nati, divitiis et genere principes,
quos tanquam deos invocabamus; tales enim erant :
ita, ut tute ageremus; nunc autem, quocunque [proficiscimur,
piacularibus electis imperatoribus bellamus.

Κἂν τις τύχῃ * πρῶτος δραμὼν, εἴληφε χειρόνιπτρον·
ἀνὴρ δ' ὅταν τις ἀγαθὸς ᾖ καὶ χρήσιμος πολίτης,
νικᾷ τε.... χρηστὸς ὢν, οὐκ ἔστι χειρόνιπτρον.

« Versus 1 memoriæ errore, ut videtur, Aristophani tribuitur a grammatico Ms. Paris. apud Osann. ad Philem. p. 200, qui βαλὼν et χειρόνιπτρα. » *M.* Ineptum est πρῶτος: nam si revera primus aliquis cucurrit, æquum est eum honorari χειρονίπτρῳ, neque opponi potest ἀνδρὶ ἀγαθῷ. Audeamus aliquid, scribentes πρωκτὸς, quum notum sit, fœdis non abstinuisse Eupolin: v. prolegomena. Ridicule κινούμενος (fr. 13) vocatur πρωκτὸς, quod ne ferendum neges, audiamus Suetonium in vita Horatii, p. XXXII nostræ ed.: « Præterea (Augustus) sæpe eum (Horatium) inter alios jocos putissimum *penem* et homuncionem lepidissimum appellat, » etc. Simile πρῶτος vel forte scriptum fuerit, vel ex industria positum ab aliquo, qui voce obscœna offenderetur. V. 3 lacunam explentes Schweigh. et Porsonus Advers. p. 114, νικᾷ τε πάντας χρ. ὢν, sed verisimilius est, poetam dixisse haud ineleganter νικᾷ τε νίκην χρ. ὢν. V. Matth. Gr. §§ 413, 415. Respicit fragmentum Eust. Od. p. 1401, 11.

17.

Photius p. 267, 18, et Suidas v. Μὴ παιδί: Μὴ παιδὶ μάχαιραν: ἐπὶ τῶν εἰκῇ (τι) ἐγχειριζόντων. καὶ E. Δ.

Μὴ παιδὶ τὰ κοινά.

Etiam hoc verbo adolescentuli isti verberantur. Ap. gramm. addidi τι.

18.

Stobæus Floril. 35, 2, in titulo *De breviloquentia*, cum lemmate Εὔπολις Δήμοις.

Καὶ τοῦ μὲν ἐν κύκλῳ γε παύσομαι λόγου,
φράσω δέ σοι τὸ πρᾶγμα διὰ * τῶν χωρίων.

Versu 1 ἐν addidit Grotius. V. 2 unus alterve codex προῖκα pro πρᾶγμα. Scribo διὰ τοῦ 'γχωρίου, intell. λόγου. Generatim dictis ad omnes δήμους opponitur oratio popularis, h. e. ad populares habenda, de re proposita.

19.

Suidas, Ἀγῆλαι: τιμῆσαι θεὸν, ἀγλαΐσαι. οὕτως E. Δ.

α. Ἀναθῶμεν νῦν χἠμεῖς τούτοις τασδὶ τὰς εἰρεσιώνας,
καὶ προσαγήλωμεν ἐπελθόντες. β. Χαίρετε πάντες! α. Δεχόμεσθα.

Similiter gramm. Bekkeri Anecd. p. 328, 19 et 31, omissis tamen verbis χαίρ. π. δεχ., item Etym. M., nisi quod habet ἀπελθόντας, *profectos*, quod alienum. V. 1 libri τὰς διττὰς εἰρ., correctum a Porsono ap. Gaisf. ad Hephæst. p. 278. Coryphæus Chorum ramos oleæ suspendere jubet in honorem demagogorum ex Orco evocatorum, et accedentem venerari animas clarissimas; quod faciunt senes chorici; jamque illi abeuntes valedicunt Choro, qui accipit salutem.

20.

Harpocr. p. 138, 14: ἐν δὲ τῷ ὑπομνήματι εἰς τὸν κατὰ Δημάδου τὰ ἐν ταῖς τριόδοις (Didymus) φησὶν Ἑκαταῖα, ὅπου (ὅποι) τὰ καθάρσια ἔφερόν τινες, ἃ ὀξυθύμια καλεῖται. E. Δ.

Ὃν χρῆν ἐν ταῖσιν τριόδοισι, κἀν τοῖς ὀξυθυμίοις,
προστρόπαιον τῆς πόλεως, κάεσθαι τετριγότα.

Photius p. 340, 16, Ὀξυθύμια: τὰ ἀποκαθάρματα τῶν μυσαρῶν· οἱ δὲ τὰ ἀγχονιμαῖα ξύλα. οἱ δὲ τοὺς τόπους, ἐν οἷς τὰ τοιαῦτα κατεκαίετο. E. Δ. Versu 1 pro ταῖς quidam libri τοῖσιν, Mein. ταῖσιν. Frustra Pors. ἔν τε ταῖς. Præterea scribendum fuit metri gratia τριόδοισι pro vulgato τριόδοις. V. 2 libri πρὸς τὸ τρόπαιον. Correxit Valesius. Ibidem tres codd. καίεσθαι, et omnes περιτετριγότα, emendante Porsono. « Quod E. nefarium civem istum in ὀξυθυμίοις comburi jubet, simillimum est illis Theocr. 24, 90:

Καῖε δὲ τώδ' ἀγρίῃσιν ἐπὶ σχίζῃσι δράκοντε,

et Luciani Alex. 47: κομίσας (Epicuri libros) εἰς τὴν ἀγορὰν μέσην ἔκαυσεν ἐπὶ ξύλων συκίνων. » *M.*

16.

Et si quis forte podex cucurrit, aquam lavandis manibus accipit;
sin autem vir bonus est et utilis civitati,
vincitque victoriam, quamvis probus non accipit.

17.

Ne puero rempublicam.

18.

Et generatim quidem dictis finem imponam,
tecumque populari sermone agam de re proposita.

19.

a. Suspendamus jam nos quoque illis hos ramos oleæ,
et accedentes veneremur viros. b. Valete omnes! a. Salutem accipimus.

20.

Quem decuit in triviis et ὀξυθυμίοις,
piacularem civibus, comburi stridentem.

21.

Athen. 3, p. 106, B : συνεσταλμένως δ' εἴρηκεν (χαρίδος, non χαρῖδος) E.... καὶ ἐν Δ.

Ἔχων τὸ πρόσωπον καρίδος μασθλητίνης.

Cf. Cratin. fragm. incert. 26.

22.

Idem ib. p. 123, A : ὅτι γὰρ οἴδασιν (οἱ παλαιοὶ) * θερμὸν ὕδωρ, E. μὲν ἐν Δ. παρίστησι·

— Τὸ χαλκίον
θέρμαινέ θ' ἡμῖν, καὶ θύη πέττειν τινὰ
κέλευ', ἵνα σπλάγχνοισι συγγενώμεθα.

Θερμόν, immo θερμᾶν. s. θερμαίνειν. Pac. 782 θέρμαιν' ὕδωρ. » Χαλκία θερμαντήρια in supellectile culinæ commemorantur apud Bœckh. C. I. 161 et 2139, in titulis. Respexit Pollux 9, 69 : ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνους εἰρημένον τὸ χαλκίον θερμαίνεται, οὕτω πως ἤκουον, ὡς εἰς πότον εὐτρεπιζομένων τῶν γυναικῶν· αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐν Εὐπόλιδος Δήμοις ἐστὶν εἰρημένον. Ad θύη autem Hesych. Θύα (sic) : ἔνιοι ἀρώματα, (καὶ) Καλλίμαχος· E. πέμματα (?). » *M.* V. 2 libri τινὰ πέττειν. Correxit Casaub. V. 3 de συγγεν. v. ad Ἀστρατ. 6.

23.

Idem 7, p. 316, C : οἱ δὲ πουλύποδα (malim πουλύποδας vel πολύποδας, simile illud significatu τῷ πουλύπους a recto πουλύπος vel πολύπος, de quo Matth. Gr. § 72, 10, ann.) προφέρονται (i. e. dicunt), ἀνάλογον τῷ πούς ποδός πόδα. E. Δ.

Ἀνὴρ πολίτης πουλύπους ἐς τοὺς τρόπους.

Ἀνὴρ πολ., *civis* (non rusticus et imperitus) *quod attinet ad multipedes*, h. e. multiplices, versatiles, *mores* vel modos agendi. Meinek. pro πολίτης requirebat σοφιστὴς vel aliquid simile.

24.

Etym. M. p. 673, 20 : τὸν δὲ πίσω μέλλοντα ὁ τεχνικὸς μὴ εἰρῆσθαί φησι, καὶ ταῦτα εἰρημένου καὶ παρὰ Πινδάρῳ (Isthm. 6, 109), οἷον « πίσω σφι Δίρκας ὕδωρ », καὶ παρὰ Εὐπόλιδι « * Τῷ δ' ἂν οἶνος εἴη πολὺς πίσει. » ἀλλὰ μήποτ' ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι μὴ εἴρηται ἐν πλάτει (h. e. *passim*, non raro : v. Chœroboscus ann. ad Adulat. fr. 25). Fritzsch Ὅτῳ, Hermann. ᾖ. Quum Varinus Ecl. p. 366 Dind. ex Eustathio ad Odyss. p. 1554, 45, Eupolidis afferat verba πολὺν πίσειεν, suspicor scribendum esse, scazonte usurpato, ut Βαπτ. 13,

Ὅτῳ δ' ἂν οἶνος ᾖ πολύς, πολὺν πίσει.

Quanquam facilius etiam restituuntur Anacreontici, aptum, si quod aliud, metrum rei, quæ dicitur :

Ὅτῳ δ' ἂν οἶνος εἴη
πολύς, πολύν γε πίσει.

25.

Gramm. Bekker. Anecd. p. 462, Ἀτυχεῖν : τὸ μὴ τυγχάνειν τινός, ἀλλὰ διαμαρτάνειν. E. Δ.

Λέγ' ὅτου 'πιθυμεῖς· οὐ γὰρ ἀτυχήσεις ἐμοῦ.

Priscianus 18, p. 1175 (193 Krehl.) sic hæc citat : Λέγε τοῦ ἐπιθυμεῖς καὶ οὐδὲν ἀτ. ἐμοῦ. Quare Meinekius :

Λέγ' ὅτου 'πιθυμεῖς, κοὐδὲν ἀτυχήσεις ἐμοῦ.

26.

Photius p. 291, 2, et Suid. Νεανισκεύεται : Ἄμφις Ἐρίθοις, Ποσείδιππος Δημόταις, E. Αἰξίν. ἰδίως δὲ ἐσχημάτικε τὸ * νεανισκεύειν ἐν Δ.

Γυναῖκ' ἔχοντα μάλα καλήν τε κἀγαθήν·
αὕτη νεανισκοῦντος ἐπεθύμησέ μου.

Apud Photium νεανισκεύειν manifesto falsum est, ut de quo dixerit in superioribus; nunc autem exemplum peculiariter formati verbi propositurus est, idque procul dubio fuit νεανισκεῖν : quare in Eupolidis versu scripsi νεανισκοῦντος, quum neque Photii νεανικοῦντος ferri possit, neque Suidæ νεανισκεύοντος, quo metrum quoque corrumpitur. V. 1 cod. Phot. γυναῖκες, omisso τε.

27.

Idem p. 300, 1, Νιγλαρεύων : τερετίζων. καὶ ὁ νίγλαρος χρουματικῆς διαλέκτου ὄνομα. E. Δ.

21.
Faciem habens squillæ rubræ.

22.
— Sartaginem
calefacito nobis, et victimas coqui aliquas
jubeto, ut visceribus conveniamus.

23.
Vir civis versatilibus moribus.

24.
Cui autem vinum est multum, multum bibet.

vel sic :
Cui autem vinum est
multum, multum quidem bibet.

25.
Dic, quid cupias : neque enim repulsam a me feres.

26.
Quum uxorem haberet venustissimam et bonam,
(tamen) hæc juvenescentem me deperiit.

27.
Tales autem fritinniens citharæ modos.

Τοιαῦτα μέντοι νιγλαρεύων κρούματα.

« Dicitur musicus levium cantiuncularum strepitu molestus. Apud Photium κρουμ. διάλεκτος idem est quod κρουματικὴ λέξις Polyb. 3, 36, ubi v. Reisk. » *E M.*

28.

Idem p. 321, 1, Οἰνιστήρια (male codd. οἰνιαστήρια) : σπονδὴ τῷ Ἡρακλεῖ ἐπιτελουμένη ὑπὸ τῶν ἐφήβων, πρὶν ἀποκείρασθαι. E. Δ. « Recte Athen., Hesych., alii, Οἰνιστήρια. » *E M.*

29.

Pollux 7, 164 : καὶ μέντοι καὶ E. ἐν τοῖς Δ. ἔφη

Ἐνταῦθα τοίνυν ἦν ἐκείνοισιν πιθών.

Idem 6, 15 : τὰς ἀποθήκας τοῦ οἴνου Ξενοφῶν μὲν (Hellen. 6, 2, 6) οἰνῶνας εἴρηκεν, E. δὲ πιθῶνας. Et similiter 9, 49.

Idem eodem libro § 123 : κάπνην δὲ καὶ καπνοδόκην Εὔπολις τὸ μὲν εἴρηκεν ἐν Βάπταις (fr. 11), τὸ δὲ ἐν Δ.

30.

Idem 9, 43 : καὶ μὴν οὐκ ἄδοξα μέρη τῆς πόλεως γυμνάσια, καὶ βαλανεῖα, ἴσως (pariter) δὲ καὶ πυριατήρια, Εὐπόλιδος εἰπόντος ἐν Δ. « Ὅτι τὸ πυριατήριον. » Rasp. p. 38, ὅ τι; τὸ π. Immittamus personas :

α. Ὅ τι; β. Τὸ πυριατήριον.

31.

Idem ib. 146 : ἐν δὲ E-δος Δ. ἐστὶ καὶ τὸ καυχήσασθαι. Cod. Jungermann. καυχήσεται.

32.

Idem ib. 58 : τὸ ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις (411) ἀμφίβολον « σωτηρίας τετραστατήρου », εἴτε ῥοπὴν εἴτε ἀριθμὸν λέγει· E. δὲ ἐν Δ. τὸ νόμισμα δηλοῖ λέγων

Ἔχων στατῆρας χρυσίου τρισχιλίους.

33.

Schol. Aristoph. Acharn. 61, de nominibus βασιλεὺς et τύραννος disserens : χρῶνται δὲ ἀδιαφόρως ἔνιοι τοῖς ὀνόμασιν. Ἱέρωνα μὲν βασιλέα Πίνδαρος (Olymp. od. 1) καλεῖ τὸν Συρακουσίων τύραννον, E. δὲ ἐν Δ. εἰσάγει « Πεισίστρατον βασιλέα. » Ammonius p. 138 : ἔσθ' ὅτε καὶ τὸν τύραννον βασιλέα ἔλεγον, ὡς E. ἐν Δ. ἐπὶ τοῦ Πεισιστράτου. Suid. v. Βασιλεὺς μέγας : καὶ E. Πεισίστρατον βασιλέα καλεῖ.

34.

Idem schol. Lysistr. 398 : Δημόστρατος Βουζύγης ἐλέγετο, ὃν Χολοζύγην εἶπεν (Ἀριστοφ.) διὰ τὸ μελαγχολᾶν. E. δὲ ἐν Δήμῳ (sic) ὡς μανιώδη αὐτὸν *λέγει·

Τί κέκραγας ὥσπερ Βουζύγης ἀδικούμενος;

Λέγει, immo ψέγει legendum; Meinek. de εἰσάγει cogitavit. « Demostratus, e Buzygarum gente oriundus, qui valde commendavit Siculam expeditionem, videtur fuisse homo irasci facilis et ad quamvis levem offensionem excandescens. » *E M.* Cf. fr. 7.

35.

Idem schol. Av. 823, de Theogene : λέγεται ὅτι μεγαλέμπορός τις ἐβούλετο εἶναι, περαίτης ἀλαζών, ψευδόπλουτος· ἐκαλεῖτο δὲ Καπνὸς (« ut Æschines Selli filius et Proxenides : v. Vesp. 324. » *E M.*), ὅτι πολλὰ ὑπισχνούμενος οὐδὲν ἐτέλει.

36.

Idem schol. Av. 877, ubi mater *Cleocriti* commemoratur : ἐκωμῳδεῖτο ὡς ξένος καὶ τάχα ὑποκριτής· νῦν δὲ ἐμφαίνεται, ὅτι καὶ τὴν ὄψιν στρουθώδης... ὡς γυναικίας καὶ κίναιδος κωμῳδεῖται. ἴσως ἕτερος ἂν εἴη τοῦ παρ' Εὐπόλιδος (E-δι Mein.) ἐν Δ. καὶ Κόλαξι. « Eundem Cleocritum tanquam vasti et pinguis corporis hominem ridet Aristoph. Ran. 1485; neque alius esse videtur mystarum præco Xenoph. Hellen. 2, 4, 20. De cognomini autem archonte eponymo olymp. 91, 4, incertum est. » *E M.*

37.

Idem ib. 1568, Λαισποδίας εἰ τὴν φύσιν : ὅτι τὴν κνήμην εἶχε σαπρὰν ὁ Λαισποδίας καὶ μέχρι τῶν κάτω περιεβάλλετο. (« Ciceroni similis, quem varices crurum toga occuluisse auctor est Quintil. 11, 3, 43 » *E M.*)... Λαισποδίας δὲ καὶ Δαμασίας ὡς κακόκνημοι διαβάλλονται. μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ E. ἐν Δ.

Ταδὶ δὲ τὰ δένδρα Λαισποδίας καὶ Δαμασίας
αὐταῖσι ταῖς κνήμαισιν ἀκολουθοῦσί μοι.

Arbores appellat istos ob procera corpora, ut

29.
Illic igitur illis erat cella vinaria.

30.
— a. Quidnam? b. Sudatorium.

32.
Ter mille stateras habens aureos.

34.
Quid clamas, ut Buzyges offensus?

37.
Hæ arbores Læspodias et Damasias
ipsis cruribus me sequuntur.

Rasp. annotavit p. 63, laudato Avium versu 1367. V. 2 αὔαισι conjecit Hermann. Opusc. 5, p. 291. « Fuit Læspodias bellicosus (Phrynich. Comast. 3), idemque litium et calumniarum studiosissimus (Philyll. Plyntr.). Is olymp. 91, 2 (ante Chr. nat. 414) cum Pythodoro et Demarato exercitui Attico præfectus Laconicam classe invasit, teste Thucydide 6, 105. Cf. Thuc. 8, 86, ubi legatus Lacedæmonem missus dicitur una cum Aristophonte et Milesia. Spectant huc Plutarchus Symp. 7, 8, p. 712, A, grammatici esse dicens ἐξηγεῖσθαι τίς ὁ Λαισποδίας παρ' Εὐπόλιδι, et Eunapius Liban. p. 99 : παιδείας ὑπερβολὴν καὶ ἀναγνώσεως ἔστιν εὑρεῖν ἐν τοῖς λόγοις λέξεσι κατεγλωττισμέναις ἐντυγχάνοντα. τὰ γοῦν Εὐπόλιδος δένδρα Λαισποδίαν καὶ Δαμασίαν οὐκ ἂν παρῆκεν, εἰ τὰ ὀνόματα ἔγνω τῶν δένδρων, οἷς νῦν αὐτὰ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι. » *E M.*

38.

Idem schol. Nub. 1001, de Hippocratis filiis : οὗτοί εἰσι Τελέσιππος, Δημοφῶν, * Περικλῆς, διαβαλλόμενοι εἰς ὑωδίαν. καὶ Εὔπολίς φησιν ἐν Δ.

Ἱπποκράτους τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες,
βληχητὰ τέκνα, κοὐδαμῶς τοῦ σοῦ τρόπου.

Περικλῆς. « Quod in Hippocratis filiis etiam Pericles commemoratur, magni Periclis filius, ex Aspasia susceptus (v. fr. 9 et 10), profecto mirum videatur. » *E M.* Depravatum puto nomen, malimque Πατροκλῆς, vel aliquod simile. Illud quidem facile abire potuit in Παρακλῆς, etc. « Ἱπποκράτους nominis secunda producatur eodem jure, quo prima vocis τέκνα; quare noster Tragicorum gravitatem imitari visus est Hermanno Opusc. 5, p. 290. Ἐμβόλιμοι dici videntur supposititii filii, nec similes Hippocrati. Nec Hippocrates ipse, sed filii ejus porcis comparabantur. Ravennatis enim scholiastæ testimonio (διεβάλλετο δὲ σὺν αὐτοῖς ὡς ἀπαίδευτος) in ceterorum silentio nihil tribuendum est. » *E M.* Suidas, incertum quo auctore, Ἐμβόλιμος : ἀτελής. Qui hos versus respicit etiam alibi in Τοῖς Ἱπποκράτους, in Ὑώδεις et Βληχή. L. Dind. probante Mein. ἐκβόλιμοι, *ejecticii, abortivi*, quo non videtur opus esse, a Pericle hæc dicta conjiciens. Versu 2 libri schol. et Suidæ κοὐδ. τοῦ τρ. Probabiliter Fritzsch. apud Rasp. p. 26 τοῦ σοῦ τρ. Alia correctionum pericula referre longum est. « Telesippum et Demophontem commemorat Anaxilas Polluc. 2, 34 :

Ἡμεῖς δέ γε κτενίζομεν Τελέσιππον σἰκόσιτον·

Theopompus Phot. p. 484, 5 :

Τούτων ἁπάντων ὁ ῥαχιστὴς Δημοφῶν.

Quanquam dubitari potest, num hi ipsi sint illi Hippocratis filii. » *E M.*

39.

Schol. Aristoph. Nub. 1022, τῆς Ἀντιμάχου καταπυγοσύνης : οὗτος ὡς κίναιδος καὶ εὔμορφος καὶ θηλυμανὴς κωμῳδεῖται· δεύτερος ὁ ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδούμενος· τρίτος ὁ Ψακάδος λεγόμενος· τέταρτος ὁ τραπεζίτης, οὗ μέμνηται Ε. ἐν Δ.

40.

Idem schol. Pac. 348, de variis Phormionibus disserens : πέμπτος ἀρχαῖος Ἀθηναῖος, μετὰ Σόλωνα ἄρξας. « De hoc Phormione mihi quidem nihil innotuit. » Mein. Et huic quid rei est cum Eupolide?

41.

Schol. Vindob. Luciani Alex. 4 : ὁ δὲ Εὐρύβατος κτλ., quæ posui in fr. 9 Ἀστρατεύτων.

42.

Suidas : Ἀργύρειος σταυρός· ἀργυρίδιον δέ, ὡς ἡμεῖς, Ε. Δ.

Ἐγὼ δὲ συμψήσασα τἀργυρίδιον.

Mendose gramm. Bekkeri An. p. 442, ubi eadem leguntur, συμψήσας ἀργ.

43 — 46.

Antiatt. p. 79, 22, Ἀριστητικός : ἀντὶ τοῦ ἔθος ἔχων ἀριστᾶν. Ε. Δ. — Idem p. 95, 8, Ἐγχώριος ἀνήρ, ἐγχώριον πρᾶγμα : — Ε. Δ. Idem p. 98, 27, Ἥσθημα : τὴν ἡδονήν. Ε. Δ. « Merito hoc notasse videntur Atticistæ : talia enim substantiva fere formantur a verbis contractis. » *E M.* — Idem p. 99, 28 : Θηρία ἀξιοῦσι τὰ ἄγρια λέγεσθαι, ἵππον δὲ ἢ ἡμίονον * πολιτικά. Ε. Δ. Immo πωλικά, non πολιτικά.

VI. ΔΙΑΙΤΩΝ.

Pollux 7, 168 : τῶν δὲ ἔτι νεωτέρων τις Εὔπολις καὶ τὴν πύελον τὴν ἐν τῷ βαλανείῳ μάκτραν ὠνόμασεν, ὡς οἱ νῦν. λέγει γοῦν ἐν Διαιτῶντι· « Εἰς βαλανεῖον εἰσελθὼν μὴ ζηλοτυπήσῃς τὸν συμβαίνοντά σοι εἰς τὴν μάκτραν. » De his Meinek. Hist. crit. Com. p. 130 : « Verba τῶν δὲ ἔτι νεωτ. τις Fabricium adeo deceperunt, ut Διαιτῶντα juniori Eupolidi, qui nullus unquam fuit, tribueret. Recte hæc verba absunt a Ms. Jungerm. » etc. Hoc ego non affirmaverim;

38.

Hippocratis filii supposititii,
balantes liberi, et nequaquam tui moris.

42.

Ego autem corrasis nummulis.....

nec me movet ille codex, qui fortasse calidioris manum passus est correctoris. Permutata inter se nonnunquam scimus ε et ο, ο et ου, τι et τοι, generatimque ι et οι : quid igitur dubitamus ponere id, quo ducit sententia, τῶν δ' οὗτοι νεωτέρων, *non sane recentiorum*, ut Anaxilas, de quo in superioribus dixit Pollux? Versus anapæstici tetr. brachycat. sic habuerint :

— Εἰσελθὼν δ' εἰς βαλανεῖον
μὴ ζηλοτυπήσῃς εἰς μάκτραν σοι συμβαίνον-
νοντά (τιν' ἄλλον).

Verbis quæ addidi, τιν' ἄλλον, vel similibus, compleatur metrum.

VII. ΔΙΑΣ.

Vox nihili, quantum scio. Scribam Δυὰς et apud Pollucem Δυάδι.

Pollux 9, 27 : τὸν ἀστὸν E. ἐν τῇ Δυάδι ἔμπολιν εἴρηκεν, οἷον ἐγχώριον. Ab uno codice absunt verba ἐν τῇ Διάδι, ut sæpe omittuntur corrupta aut intricata.

VIII. ΕΙΛΩΤΕΣ.

1.

Athen. 4, p. 138, F : Πολέμων τοῦ παρὰ Λάκωσι καλουμένου δείπνου κοπίδος μνημονεύοντα Κρατῖνον ἐν Πλούτοις λέγειν.... καὶ E. ἐν Εἵλωσι « * Καὶ γένηται τοῖσδε σάμερον κοπίς. » Scribam

Καὶ γὰρ γεγένηται τοῖσδε σάμερον κοπίς.

Loquitur Doriensis. De κοπίδι festo Lacedæmoniorum v. Cratin. Πλοῦτ. fr. 1.

2.

Idem 9, p. 400, C, disputans de λαγῷ : οὕτως δ' ἐχρήσατο τῷ ὀνόματι καὶ Ἐπίχαρμος, καὶ Ἡρόδοτος, καὶ ὁ τοὺς Εἵλωτας ποιήσας.

3.

Idem 14, p. 638, D : ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιωνίδην ἀναφερομένους ποιήσας Πτωχοὺς Γνησίππου τινὸς μνημονεύει παιγνιαγράφου τῆς ἱλαρᾶς μούσης, λέγων οὕτως (V. Chion. Πτωχ. 1)... καὶ ὁ τοὺς Εἵλ. δὲ πεποιηκὼς φησι « Τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος * Σιμωνίδου τ' ἀρχαῖον ἀείδειν. » ὁ δὲ Γνήσιππος ἔστιν ἀκούειν ἐκεῖνος, (ὃς) νυκτερινὰ εὗρε μοιχοῖς ἀείσματα, ἐκκαλεῖσθαι γυναῖκας, ἔχοντας ἰαμβύκην τε καὶ τρίγωνον. Apud Ath. παιγν. deleam, quod adscriptum videtur ab eo, qui interpretaretur verba τῆς ἱλ. μούσης. Pro Σιμωνίδου B codex Σιμωνί. Scribam equidem

Τὰ Στησιχόρου τε, καὶ Ἀλκμᾶνός τι, Σίμωνί
γ' ἀχρεῖον ἀείδειν,

ut hoc dicat E., inutile esse, si quis decantatis vel Stesichori et Alcmanis carminibus egregiis absterrere velit a malefactis Simonem, perjurum χρεωφειλέτην (v. Nub. 345, 393). Athenæi sunt, non Eupolidis, verba ὁ δὲ Γνήσιππος... τρίγωνον, quod miror non sensisse viros doctissimos : in quibus pro poetico κεῖνος, scripsi ἐκεῖνος, itemque νυκτερινὰ... ἀείσματα pro νυκτερίν'... ἀείσματ', inseruique ὅς, forte haustum, necessariumque sententiæ. Alii aliter hæc digerebant, postremo Meinek. hoc modo :

Τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος Σιμωνίδου τε
ἀρχαῖον ἀείδειν· ὁ δὲ Γνήσιππος ἔστιν ἀκούειν;
κεῖνος νυκτερίν' εὗρε μοιχοῖς ἀείσματ' ἐκκα-
λεῖσθαι
γυναῖκας ἔχοντας ἰαμβύκην τε καὶ τρίγωνον.

« Fortasse ex eadem hac fabula (inquit idem) sumptum est quod tradit Athenæus 1, p. 3, A : ὡς τὰ Πινδάρου ὁ κωμῳδιοποιὸς Εὔπολίς φησιν, ἤδη κατασεσιγασμένων ὑπὸ τῆς τῶν πολλῶν ἀφιλοκαλίας. »

4.

Pollux 9, 74 : καὶ μὴν καὶ τὸ Πελοποννησίων νόμισμα χελώνην τινὲς ἠξίουν καλεῖν ἀπὸ τοῦ τυπώματος· ὅθεν καὶ ἡ μὲν παροιμία « τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικᾶντι χελῶναι, » ἐν δὲ τοῖς Εὐπόλιδος Εἵλ. εἴρηται

— Ὀβολὸν τὸν καλλιχέλωνον.

Hesych. Καλλιχέλωνος : ὁ ὀβολός· εἶχε γὰρ τὸ νόμισμα χελώνην ἐγκεχαραγμένην. « De numismatis Peloponnesiaci testudinis effigie v. Odofr. Müller. Ægin. p. 95. » *E M.*

5.

Idem 10, 98 : καὶ τάγηνον δέ, ἀλλὰ μὴν καὶ τήγανον ἔχοις ἂν εὑρεῖν εἰρημένον ἐν Εἵλ. Εὐπόλιδος, καὶ ἐν Τηλεκλείδου Ἀψευδέσιν.

6.

Herodianus De dict. solit. p. 10, 32 : εἴρηται δὲ καὶ Ποτιδᾶς, ὡς Κερκιδᾶς· ἔνθεν αἰτιατικὴ ἐν Κύκλωπι

ARBITER.

— Balneum vero ingressus
ne invideas alii tecum descendere in mactram.

HELOTES.

1.

Agitur enim his hodie Copis.

3. [quidem
Stesichori carmina, et Alcmanis aliquod, Simoni
inutile est cantare. [Sed Gnesippus audiendus,
qui nocturna mœchis invenit cantica ad evocandas
mulieres sambucam et trigonum gestantibus !

4.

Obolum venusta testudinis effigie.

Καὶ τὸν Ποτιδᾶν, κοιλότερος ὁλμοῦ πολύ.

Σώφρων τε τὴν κλητικὴν ἔφη Ποτίδα δραστοχαῖτα (? *M.*)· ὁ δὲ τοὺς Εἵλωτας (πεποιηκὼς) τὴν γενικήν φησι

— τέμενος Ποτιδᾶ ποντίω.

Mein. recte Ποτιδᾶς, Ποτιδᾶν, Ποτιδᾶ, Κερκιδᾶς, τέμ. Ποτ. ποντίω, pro Ποτίδας, Ποτίδαν, Ποτίδα, Κερκίδας, τεμενοποτιδᾶ ποντίῳ, vel τέμ. ποτιδᾶ ποντίου, ut Aldus Institt. gramm. p. 19. « Ποτιδᾶς etc., penultima producta, ut in Epicharmi versu e Cyclope et in nomine urbis Ποτίδαια. Intelligendum haud dubie templum nemusque Neptuni Tænarii. De accentu nominis Κερκιδᾶς dixi Dissert. de Cercida Commentt. Acad. Boruss. 1831, p. 93. » *E M.* Mire omissum πεποιηκὼς, ut πεποιηκότι fr. 7. His admovit Dübnerus schol. Aristoph. Eq. 1225, ἐγὼ δέ τυ: τὸ τύ Δωρικῶς.... δημοσίᾳ ἐτιμήθη ὁ Κλέων στεφάνῳ· μιμεῖται δὲ τοὺς Εἵλωτας, ὅταν στεφανῶσι τὸν Ποσειδῶνα.

7.

Idem ib. p. 26, 25: Ἀθροῦν. οὐδὲν εἰς ουν λήγει ἐπίρρημα, ἀλλὰ μόνον τὸ ἀθροῦν, ὅπερ καὶ * ἐπεκτάσεσι ποιητικαῖς κέχρηται καὶ παραθέσει ἄρθρου ἑνικοῦ καὶ πληθυντικοῦ· παραιτοῦμαι δὲ τὸ * αἰσχοῦν, ὃ εἴρηται παρὰ τῷ τοὺς Εἵλωτας (intell. πεποιηκότι, cf. fr. 6. Ita Bloch.; codex π. τῷ τοὺς εἵλω τασαίμην, ἀλλὰ, etc.) « αἵμην· ἀλλὰ μισχοῦν καθήμενοι. » ἐπεὶ ὀνοματικά (sic) ἐστιν. Legendum arbitror ἁθροῦν (v. Hesych. h. v.)... ἐπεκτάσει ποιητικῇ, ut ἄθροος dicatur pro contracto ἄθρους. Verborum παραθέσει... πληθ. hæc videtur esse sententia, acclamari posse et uni, et pluribus, ἀθροῦν, pro ἄθρως, *sine strepitu* (germ. *Still*). Αἰσχοῦν autem procul dubio est αἰσχρὸν, item sensu adverbii usurpatum (germ. *Garstig, pfui*), quod degeneraverit in μισχοῦν, quemadmodum A et M litteræ confusæ deprehenduntur apud Thuc. 8, 74, etc.

Ceterum ὁ τοὺς Εἵλωτας πεποιηκὼς idem Eupolidi fuit secundum Mein, cui assentior quum utraque significatione utatur Athen., nec nisi Eupolin hujus fabulæ scriptorem noverit Pollux. De nomine Helotarum Eustath. ad Il. p. 297, 35: οἱ (Εἵλωτες) οὐ μόνον δουλικοῦ εἰσιν ὀνόματος, ἀλλά καί τι ἑτεροῖον δηλοῦσιν· ἐν γοῦν τοῖς Ἡρωδιανοῦ εὕρηται, ὅτι Εἵλωτες οἱ ἐπὶ Ταινάρῳ σάτυροι. Cui fidem habens O. Müllerus Mus. Rhen. 3, p. 488, τὸν τοὺς Εἵλ. πεποιηκότα distingui voluit ab Eupolide, et ab illo scriptum drama satyricum fuisse existimavit.

Adde fragmenta incerta 68 et 129.

5.
Neptuni Pontici templum.

IX. ΚΛΟΠΑΙ.

Erotianus Lex. Hippocr. p. 172, Ἡδύσμασι: τοῖς χλωροῖς καὶ ξηροῖς ἀρτύμασιν. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἱππεῦσι (627), καὶ E. Κλοπαῖς (codex Stephan. Κλοταῖς errore librarii, ut videtur, quanquam Meinek. Εἱλώταις latere posse existimavit) καὶ Μένανδρος ἐν Δαρδάνῳ.

X. ΚΟΛΑΚΕΣ.

Hac in fabula E. maxime Calliam, Hipponici opulentissimi filium (de his v. ad Autolycum, Capras 19, Dem. 9) exagitavit, idque ita, ut fere nullum ejus opus majore plausu exceptum fuerit. Schol. Ar. Av. 284: ὁ Ἱππονίκου Καλλίας ἐδόκει τὰ πατρῷα διεσπαρκέναι εἰς ἀσέλγειαν, ὡς ληφθεὶς μοιχεύων καὶ ἀποτίσας χρήματα. κεκωμῴδηκε δὲ αὐτὸν ἱκανῶς Εὔπολις ἐν Κόλαξιν. « Ædes suas, quarum alteras in Melitensium pago (schol. Luciani Jove trag. vol. 2, p. 696), alteras in Piræeo omni deliciarum genere instructas habebat (Xenoph. Conv. 1, 2), non scurris tantummodo et tibicinibus, aliisque id genus hominibus (Xen. ib. 11.; 2, 1) aperuerat, sed etiam sophistis, in his Gorgiæ, Prodico, Protagoræ ejusque discipulis (v. Heindorf. ad Plat. Theæt. p. 358); quorum hominum consuetudinem avidius quam patri placebat eum expetivisse, ex Æschinis Socratici dialogo, qui Calliæ nomine inscriptus, intelligitur. Mortuo autem Hipponico olymp. 89, 1 (ante Chr. nat. 423), quum nemo voluptatibus ejus impedimento esset, vix dici potest, quanta adulatorum ac parasitorum multitudo ad eum confluxerit (v. Heraclid. Pont. ap. Athen. 12, p. 537, B): quibus quum ædes quamvis amplissimæ non sufficerent, ἐκκενώσας τὸ ταμιεῖον τοῖς σοφισταῖς ξενῶνα κατεσκευάσατο (Themist. Orat. 29, p. 347, C, secundum Plat. Protag. p. 482, 484 Heind.). Ipsum tibiis scite cantasse dicit Chamæleon Heracl. ap. Athen. 4, p. 184, D. Doctissimumque prædicat Macrobius 7, 1, propter gustum aliquem eruditionis, haustum e conversatione doctorum. Neque publicorum (*) officiorum prorsus immunis fuit, prætor quidem exercitus cum Iphicrate in bello Corinthiaco (Xenoph. Hellen. 4, 5, 13; Harpocr. v. Ξενικόν), et plus semel (postremum olymp. 92, 2, ante Chr. nat. 410) legatus missus pacis conciliandæ causa ad Lacedæmonios, quorum proxenus fuisse perhibetur ap. Xenophontem Conviv. 8, 39, Hellen. 5, 4, 22; 6, 3, 4. Ceterum scurrile viri ingenium ac vanitatem cognoscas e Xenophontis Convivio 2, 20; 3, 10; 4

(*) Daduchi munere prope hereditario in Calliarum familia eum esse functum, memoriæ prodiderunt Andocides p. 119, et Xenophon Hellen. 6, 3, 3, Conviv. 8, 40, ut Mein. annotavit.

initio; Hellen. 6, 3, 6, ubi generis nobilitatem a Triptolemo ducti intolerabili jactat arrogantia; effeminatos autem ejus mores arguit immodicus unguentorum usus (Xenoph. Conviv. 2 initio). De morte Calliæ id modo (e Xenophontis l. l.) constat, eum vitam, quamvis flagitiosam turpemque, ultra olymp. 92, 2, produxisse, scilicet corpore usum robusto et ad omnia ferenda idoneo, etc. — Chorum dramatis ex ipsis illis adulatoribus constitisse, ex Athenæo 6, p. 237, intelligitur (v. fragm. 1): qui chorus duplex fuit: alter, ut conjicias, tibicinum, musicorum, scurrarum, alter sophistarum et politiorum hominum, quo spectant illa in scholio ad Aristoph. Lysistr. 1191: ἀποκοπή ἐστι τοῦ ἄλλου χοροῦ, ὡς παρ' Εὐπόλιδι (elegantioris chori) ἐν Κόλαξιν. » *E M.* Singularem libellum *de Eupolidis Adulatoribus* edidit Joachimus Tœppel, Rostochii, 1846.

1.

Athen. 6, p. 236, E: οἱ δ' ἀρχαῖοι ποιηταὶ τοὺς παρασίτους κόλακας ἐκάλουν, ἀφ' ὧν καὶ E. τῷ δράματι τὴν ἐπιγραφὴν ἐποιήσατο, τὸν χορὸν τῶν Κολάκων ποιήσας τάδε λέγοντα·

Ἀλλὰ, δίαιταν ἣν ἔχουσ' οἱ κόλακες, πρὸς ὑμᾶς
λέξομεν· ἀλλ' ἀκούσαθ', ὡς ἐσμὲν ἅπαντα κομψοὶ
ἄνδρες· ὅτοισι πρῶτα μὲν παῖς ἀκόλουθός ἐστιν,
ἀλλότριος τὰ πολλὰ, μικρὸν δέ τι κἀμὸς αὐτοῦ.
Ἱματίω δέ μοι δύ' ἐστὸν χαρίεντε τούτω,
οἶν μεταλαμβάνων ἀεὶ θάτερον ἐξελαύνω
εἰς ἀγορὰν, ἐκεῖ δ' ἐπειδὰν κατίδω τιν' ἄνδρα
ἠλίθιον, πλουτοῦντα δ', εὐθὺς περὶ τοῦτόν εἰμι,
κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ, πάνυ τοῦτ' ἐπαινῶ,
καὶ καταπλήττομαι, δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν.
Εἶτ' ἐπὶ δεῖπνον ἐρχόμεσθ' ἄλλυδις ἄλλος ἡμῶν
μᾶζαν ἐπ' ἀλλόφυλον, οὗ δεῖ χαρίεντα πολλὰ
τὸν κόλακ' εὐθέως λέγειν, ἢ φέρεται θύραζε·
οἶδα δ' Ἀκέστορ' αὐτὸ τὸν στιγματίαν παθόντα·
σκῶμμα γὰρ εἶπ' ἀσελγὲς, εἶτ' αὐτὸν ὁ παῖς θύραζε
ἐξαγαγὼν, ἔχοντα κλῳὸν, παρέδωκεν Οἰνεῖ.

Versu 2 libri ἅπαντες. Recte Hermann. De metr. p. 389, et Doctr. metr. p. 585, ἅπαντα. V. 3 ὅτοισι Porson. apud Gaisf. ad Hephæst. p. 296. Libri τοῖσι. V. 4 libri κάμον, probabiliter Bergk. Commentt. p. 123 κἀμός: Coryphæi enim hæc est oratio; alioqui suspicarer Nostrum dixisse χἠμὸς αὐτῶν: quanquam rara est vox ἡμός. V. 5 τούτω οἷν item Pors. Libri τούτοιν. V. 8 εἰμὶ Grotius. Libri εἶμι. Versum 9 respiciens Pollux 3, 109: ὁ E. (τὸ) πλούταξ πέπαικεν. Conf. Eustath. Il. p. 1091, 57. V. 11 ἄλλυδις ἄλλος, ut Homerus Iliad. 11, 481, 486, 745; 17, 729. V. 13 Grotius εὐθέως. Codd. metro turbato εὐθὺς. Φέρεται, *raptatur*, ut Aristoph. Eccles. 565. Bergkius ἢ 'κφέρεται. V. 14 de *Acestore*, poeta tragico, ex Aristophane satis noto, v. Bergk. Commentt. p. 123. V. 15 εἶπ' ἀσελγὲς Porsonus pro εἶπας ἔλεγες. V. 16 κλῳὸν Atticum, a Mein. commendatum, edidi pro vulgato κλοιόν. *OEneus* intelligendus procul dubio est carceris publici tum custos. Pro eo nomine Bergk. Commentt. crit. 1, p. 28, suspicatur κοινῷ.

2.

Hephæst. 13, p. 73, de tetrametro pæonio: κέχρηται δὲ αὐτῷ καὶ ἐν ἄλλοις δράμασιν ὁ Ἀριστο-

---

ADULATORES.

1.

Sed, quam vitam agamus adulatores, dicam
vobis. Audite igitur: sumus enim omnino elegantes
viri, ut quos primum sequatur servus,
alienus plerumque, paulum vero etiam meus;
tum pallia mihi duo sunt hæc venusta,
quorum semper altero induto ad forum
propero; ibique si quem video virum
stultum, sed divitem, ad eum me applico, [laudo,
et, si quid forte dixerit πλούταξ, id vehementer
et adstupere videor gaudens sermonibus.
Deinde cœnatum imus alius alio
ad mazam alienam, ubi elegantia multa
prompte dicere oportet adulatorem; alias raptatur foras.
Novi hoc passum Acestorem stigmatiam:
jocum enim dixit impudicum, propterea que servus eum foras
eductum cum collari tradidit OEneo.

2.

Ajo autem, mortalibus plurima me afferre
et maxima bona; idque probabimus.

φάνης, καὶ ἐν Σφηξὶ (1029 seqq.) ... καὶ E. ἐν Κόλαξι·

Φημὶ δὲ βροτοῖσι πολὺ πλεῖστα παρέχειν ἐγὼ
καὶ πολὺ μέγιστ' ἀγαθά· ταῦτα δ' ἀποδεί-
ξομεν.

« Chori verba de se ipso. Bergkius Commentt. p. 416 Eupolidem de se ipso loqui arbitratur, scribens ἀποδείξομαι. » *E M.*

3.

Plutarchus An philos. cum viris princ. p. 778, E· ὥσπερ οὖν τοὺς Καλλίου κωμῳδουμένους κόλακας λέγουσιν « οὐ πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκὸς εἴργει μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον, » κατὰ τὸν Εὔπολιν. Idem De discrim. adul. et am. p. 50, D : οὐδὲ τοὺς ἀμφὶ πλουσίαν τράπεζαν ἐγκυκλουμένους « οὓς οὔτε πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκὸς εἴργει μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον. » Scribamus

οὓς οὔτι πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκὸς,
εἴργει μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον.

« Eodem proverbiali genere dicendi Horatius Serm. 1, 1, 39 : *quum te neque fervidus æstus Demoveat lucro, neque hiems, ignis, mare, ferrum.* Cf. Propert. 3, 23, 15, et græca exempla apud Bernhardium Eratosth. p. 220. » *E M.* Qui hæc ita digessit :

Οὐ πῦρ, οὐδὲ σίδηρος
οὐδὲ χαλκὸς ἀπείργει (ἂν εἴργει Tœppel.)
μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον.

4.

Athen. 3, p. 100, B : πληγαῖς σε χορτάσω, ἐάνπερ μὴ εἴπῃς, ὁ κοιλιοδαίμων παρὰ τίνι κεῖται. ... (additamentum vel ipsius Athenæi posterius, vel alius cujusdam). E. τοὺς κόλακας ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι οὕτω κέκληκε· τὸ δὲ μαρτύριον ἀναβολοῦμαι. Id nomen etiam apud Eustathium Opusc. p. 209, 41, exstat, testimonium autem apud Suidam Ἰούνιος ὄνομα, εἰς τὴν ἱππάδα τελῶν, διὰ τὸ καὶ φαγεῖν ζῶν, συνήθης ἦν τρισὶν ὑπάτοις, « κοιλιοδαίμων τε καὶ ταγηνοκνισοθήρας· » βούλομαι γὰρ τὰ τῆς κωμῳδίας πρὸς τούτους εἰπεῖν. Similiter idem v. Φαγεῖν ζῶν. « Ταγην. compares cum κνισοτηρητής, quod ipsum quoque verbum alicujus Comici ap. Phrynich. Bekker. p. 49, 13. » *E M.* Versum asynart., ex anap. dim. brachycat. et i. d. c. compositum, restituas scribendo

Κοιλιοδαίμων τις καὶ ταγηνοκνισοθήρας.

5.

Idem 7, p. 286, B : E. δ' ἐν Κόλαξί φησι

Παρὰ τῳδὶ Καλλίᾳ πολλὴ θυμηδία,
ἵνα πάρα μὲν κάραβοι,
καὶ βατίδες, καὶ λαγῴ,
καὶ γυναῖκες εἰλίποδες.

Idem 9, p. 400, A : λαγῴ παρ' Εὐπόλιδι ἐν K. « Ἵνα πάρα μὲν βατ., καὶ λαγῴ, καὶ γυν. εἰλ. » Gramm. Hermanni p. 320 : καὶ τὸν λαγὸν λαγών φασι. καὶ E. « Βατ. καὶ λαγῴ, καὶ γ. εἰλ. » Similiter Eustath. ad Odyss. p. 1534, 15. Hesych. Γυναῖκες εἰλίποδες : διὰ τὴν δέσιν τῶν σκελῶν καὶ πλοκὴν τὴν κατὰ τὴν συνουσίαν. Similiter Suidas v. Μυσάχνη. Versuum asynartetorum 1 constat ex duplici anapæsto et basi iambica; 2 et 3 e choriambo et cretico; 4 e trochæo et choriambo. Alii metrum Eupolideum vario conatu restituerunt. V. 1 metri gratia dedi atticum τῳδὶ pro τῷδε. V. 2 Meinck. in Add. ἵνα πάρ' ἡμῖν.

6.

Photius p. 404, 16, Πεζὰς μόσχους : ἀντὶ τοῦ ἑταίρας. ἔλεγον γάρ τινες οὕτως, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Πολιτείᾳ, τὰς χωρὶς ὀργάνων. Κάνθαρος Συμμαχίᾳ « αὐλητρίδα πεζήν. » καὶ E. K. « Istarum meretricum πεζῶν et vulgarium exempla attulit Porson. Adv. p. 298. » *E M.* Fritzschius καὶ ponit ante αὐλητρίδα πεζὴν, quæ sic Eupolidi vindicat.

7.

« Versu 1 Ald. ed. post χαρδ. habet δὲ, in quo fortasse δέκα latet. » *M.* V. 2 quum abhorreat χύτρας sequente χύτραν, scripserim χρ. ὀκτὼ δ' εὐχερεῖς. Mein. δέκα χύτρας. V. 3 θέρμαστρον ed. pr.; θέρμαυστριν Seberi codex. Bentleius λύραν tentavit pro χύτραν. V. 4 frustra recentiores secundum Voss. codicem κλίνας pro κάννας.

36.

Idem 7, 29 : τάλαρος καὶ ἄλλος καλαθίσκος, Εὐπόλιδος εἰπόντος ἐν Π.

Ἄνευ καλαθίσκων καὶ* πόρων καὶ πηνίων.

Sic optimus cod. Paris. A. Vulgo ἄνευ καλαθίσκου καὶ πήρα καὶ πηνίον. Pro πόρων Meinek. valde probabiliter πόκων.

XV. ΠΡΟΣΠΑΛΤΙΟΙ.

« Prospaltios, δῆμον Atticæ ad Acharnenses pertinentem, commemorat Pausan. 1, 31; cf. Plat. Cratylo p. 396. Irridebantur tanquam litium judicialium cupidi. Etym. M. p. 288, 18 : ἐκωμῳδοῦντο γὰρ οἱ Ἀχαρνεῖς ὡς ἄγριοι καὶ σκληροί· Ποτάμιοι δὲ ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράφους· Θυμοιτάδαι δὲ καὶ Προσπάλτιοι ὡς δικαστικοί. Bergkius Epist. ad Schillerum p. 148 hac fabula inprimis exagitatum putat Euthyphronem, Platonicum illum, qui eo impietatis progressus erat, ut suo ipsius patri cædis litem intenderet : v. Plat. Euthyphr. p. 4, A et Republ. 2, p. 378, B, ubi quidem tecte id significatur. V. ann. ad fr. 4. Ante olymp. 89, 1 (ante Chr. nat. 423) actam fabulam esse intelligitur e scholio ad Nub. 533. » *E M.*

1.

Athen. 7, p. 326, A : ὅταν δ' Ε. ἐν Προσπαλτίοις λέγῃ

Μήτηρ τις αὐτῷ Θρᾷττα ταινιόπωλις ἦν,

ἐπὶ τῶν ὑφασμάτων λέγει καὶ τῶν ζωνῶν, αἷς αἱ γυναῖκες περιδέονται. Recte Schweigh. ἦν pro τήν. « Fortasse hæc explicanda sunt ex ingenio litigioso Prospaltiorum : videntur enim dici ab aliquo eorum, qui adversarium, servilis conditionis hominem, tribu movendum esse contendens, Eubulidi usus erat argumento in Euxithei causa Demosth. p. 1309, ubi Euxitheus, paupertatem non infitiatus, respondet εἰ δέ γε πλούσιοι ἦμεν, * οὔτ' ἂν τὰς ταινίας ἐπωλοῦμεν, οὔτ' ἂν ὅλως ἦμεν ἄποροι. (Deleto ineptissimi alicujus glossemate οὔτ' ἂν ὅλ. ἦ. ἄπ. scribamus οὔτοι ἂν τὰς τ. ἐπ. *Both.*) ἀλλὰ τί ταῦτα κοινωνεῖ τῷ γένει; Verba Θρ. ταινιόπωλις affert etiam Eustathius ad Odyss. p. 1934, 33. » *E M.*

2.

Aspasius ad Aristot. Eth. Nicom. 4, 6 : σύνηθες et cetera quæ posui in Myrtili Titanop. fr. 1, ubi jam pro τὸ δεινῆς ἀκούεις legam τὸ δεῖν' ἐσακούεις. Eupolidi hoc fragm. vindicandum esse docet schol. Aristoph. Vesp. 58 : ὡς τῶν Μεγαρέων γελώντων καὶ ἄλλως φορτικῶς γελοιαζόντων. Εὔπολις Προσπαλτίοις·

Τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν (καὶ) σφόδρα...

Tres versus ab Aspasio servatos sic constituit Meineck. :

Τὸ δεῖν' ἀκούεις; Ἡράκλεις, τοῦτ' ἔστι σοι
τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν καὶ σφόδρα
ψυχρόν. Γελῶσιν, ὡς ὁρᾷς, τὰ παιδία.

V. 1 legebatur, ut dictum, τὸ δεινῆς ἀκούεις. « Possis etiam, inquit Mein., ὁ δεῖν', *heus tu*, ut Machon Athen. 6, p. 246, B. Ceterum vid. Aristoph. Nub. 241 : Οὐδὲ πρεσβύτης ὁ λέγων τάπη τῇ βακτηρίᾳ τύπτει τὸν παρόντ' ἀφανίζων πονηρὰ σκώμματα. Ubi scholiastes : ὡς Εὔπολις ἐν τοῖς Προσπαλτίοις. V. 3 sic emendavit Dobræus in Porsoni Miscell. p. 384. Legitur ap. Aspas. καὶ σφόδρα ψυχρὸν γελᾷς, ὁρᾷς τὰ παιδία. » *M.*

3.

Priscianus 18, p. 1175, 39 (193 ed. Kr.) : *Impetro illam rem* dicimus, sicut et Attici. E. ἐν Δήμοις · Λέγ' ὅτου 'πιθυμεῖς, κοὐδὲν ἀτυχήσεις ἐμοῦ. *Idem* Προσπαλτίοις

— Πάντα γὰρ τυχὼν ἄπει. »

Τυχὼν πάντα, ut Iliad. 4, 106. Cf. index Homeri v. τυγχάνειν τι.

4.

Idem 17, p. 1186, 20 (214 ed. Kr.) : *Attici* καταχροᾶσθαι τούτου καὶ τοῦτον. E. Πρ.

36.

Sine canistris et lanis et fusis.

PROSPALTII.

1.

Mater ei Thressa quædam, tæniarum venditrix, fuit.

2.

Vide Myrtili Titanop. fr. 1.

3.

Omnia enim consecutus abi.

4.

Quid auscultatis musicas meas vibrationes?

Τί καταχροᾶσθέ μου τὰ μουσοδονήματα;

« Editus ap. Prisc. καταχροᾶται. Sed cod. Monac. ΚΑΤΑΚΡΟΑΣΘΑΙ, Leid. ΚΑΤΑΚΡΟΑΑΣΘΕ. Hinc editor Oxon. Scapulæ recte καταχροᾶσθε. Ceterum hic maxime locus commovisse videtur Bergkium Commentt. p. 360, ut fabulam in Euthyphronem scriptam esse conjiceret; ac convenit sane cum illius ingenio, quale a Platone describitur cum alias, tum Cratylo p. 409, D (τὸ πῦρ ἀποροῶ, καὶ κινδυνεύει ἤτοι ἡ τοῦ Εὐθύφρονός με μοῦσα ἐπιλελοιπέναι, ἢ τοῦτό τι παγχάλεπον εἶναι). Sed vereor tamen ne justo suspicacior fuerit vir ingeniosus. » *E M.*

5.

Schol. Aristoph. Av. 839: ὄργασον ἀντὶ τοῦ μάλαξον. E. Πρ.

— Ἢ πηλὸν ὀργάζειν τινά.

Libri ὀργιάζειν, quod emendavit Ruhnken. ad Tim. p. 180.

6.

Schol. Plat. Bekker. p. 391: Κρατῖνος δὲ Ὀμφάλη τύραννον αὐτὴν (Aspasiam) καλεῖ, Χείρωνα E. Φίλοις· ἐν δὲ Πρ. Ἑλένην αὐτὴν καλεῖ. Vitiose edebatur Χείρων. Immo *Chironem*, cujus discipuli fuerunt Æsculapius, Hercules, Iason, Achilles, aliique heroes, quos recenset Xenophon initio libri De venatione, Eup. dixit Aspasiam Periclis magistram (v. Mein. ad Cratini Chirones fr. 4); *Helenam* vero appellans prædicavit ejus venustatem; cf. ann. ad Ar. Acharn. 491.

XVI. ΤΑΞΙΑΡΧΟΙ.

« In hac comœdia Bacchus ab Eupolide videtur ita introductus fuisse, ut in ferendis militiæ laboribus mollissimus deus magistro uteretur Phormione (v. ann. ad fr. 2, et fr. 5), cujus virtus rerumque bellicarum peritia in initiis belli Peloponnesiaci eluxit; quæ res multiplicem risus jocique materiem præbere debebat (v. fr. 4). Phormionis igitur quum magnæ fuerint partes in Ταξιάρχοις, drama vix doceri potuit post olymp. 88, 1 (427 ante Chr. nat.), quo ineunte Phormionem obiisse ex Thuc. 2, 103, et 3, 7, probabiliter efficias. » *E M.*

1.

Pollux 9, 102: οἱ μὲν οὖν κύκλου περιγραφέντος ἀφιέντες ἀστράγαλον ἐστοχάζοντο τοῦ μεῖναι τὸν βληθέντα ἐν τῷ κύκλῳ· ταύτην εἰς ὤμιλλαν τὴν παιδιὰν ὠνόμαζον. καίτοι με οὐ λέληθεν, ὅτι καὶ ὄρτυγα ἐνιστάντες τῷ περιγραπτῷ κύκλῳ ὁ μὲν ἔκοπτε τὸν ὄρτυγα, ὁ δὲ πρὸς τὴν πληγὴν ἐνδοὺς ἀνεχαίτιζεν ἔξω τοῦ κύκλου, καὶ ἡττᾶτο ὁ τοῦ ὄρτυγος δεσπότης. ἐν γοῦν Ταξιάρχοις E., τοῦ Φορμίωνος εἰπόντος,

Οὐκοῦν περιγράψεις ὅσον ἐναριστᾶν κύκλον;

ἀποκρίνεται (Bacchus),

Τί δ' ἔστιν; εἰς ὤμιλλαν ἀριστήσομεν;
ἢ κόψομεν τὴν μᾶζαν ὥσπερ ὄρτυγα;

Cf. ann. ad fr. 2 et ad fr. 4, unde Bacchi partes in his fuisse cognoscitur. V. 2 alii τί ἐστιν, Falck. πάρεστιν, « in quo fortasse τί γάρ ἐστιν latet. » *M.*

2.

Athen. 2, p. 52, D: ἐπακτικώτατα δὲ πρὸς ποτὸν τὰ ἀμύγδαλα προεσθιόμενα. E. (sub Bacchi persona, ut conjicias),

Δίδου μασᾶσθαι Ναξίας ἀμυγδάλας,
οἶνόν τε πίνειν Ναξίων ἀπ' ἀμπέλων.

Ammonius p. 12: Ἀμυγδάλη δὲ παροξυτόνως τὸν καρπόν. καθάκαὶ E. ἐν Ταξιάρχοις φησὶ « Δίδου... ἀμυγδάλας. » Add. Bachm. Anecd. 2, p. 376. De Naxo maxima et opulentissima Cycladum, v. Hymn. Homer. 16 in Bacchum, Herodot. 5, 28, etc. « Quum scholii ad Aristoph. Pacem 347 verba priora ad Eupolin spectent, ne cetera quidem, quæ mire ex Dionysii, mediæ comœdiæ scriptoris, Taxiarchis se proferre dicit Suidas, ad alium auctorem referenda esse suspicatus sum. Neque vanam fuisse suspicionem, ostendit a Bekkero editus scholiastes Venetus ibid.: καὶ *Διονύσιος ἐν Ταξιάρχοις παρ' Εὐπόλιδι, « Παρὰ Φορμίωνι μανθάνω τοὺς τῶν στρατηγιῶν τε καὶ πολέμων νόμους, » φησὶν, « ὡς οὐκέτ' ἂν φύγοιμι στιβάδος ἐξ ὅτου 'φυγον. » Legendum est Διόνυσος: v. proleg. fabulæ. Apud Pollucem autem et Athenæum prolata fr. 1 et 2 ita explicanda videantur: Bacchus colloquitur cum Phormione, qui quum prandentibus triclinii mensæque loco circulum sufficere dixisset in humo ducendum, offensus tam simplici cœnæ apparatu

---

5.

Vel lutum aliquod subigere.

ORDINUM DUCES.

1.

a. Nonne igitur circulum describes, in quo jentemus?
b. Quid hoc est? an omilla jentabimus?
num feriemus mazam, velut coturnicem?

2.

Da comedendas Naxias amygdalas,
vinumque bibendum a Naxiis vitibus.

deus respondet Τί δ' ἔστιν; etc. Prandium ipsum fuisse curatum, ex Athenæo intelligitur. » *E M.* Bacchi verba Παρὰ Φ. etc., sic habuerint :

3.

— Παρὰ Φορμίωνι μανθάνω
τοὺς τῶν στρατηγιῶν τε καὶ πολέμων νόμους,
ὡς οὐκέτ' ἂν φύγοιμί γ', ἐξ ὅτου 'φαγον
στιβάδος.

Non aufugiturum, i. e. abscessurum, se dicit a convivatore docto, quamvis tenui, Phormione. Schol. ad Pacem 347 : οἱ τὰ πολεμικὰ ἐξασκησάμενοι ὑπὸ γυμνασιῶν (male libri γυμνασίων) καὶ πόνων εἰώθασι χαμαικοιτεῖν, etc. Suidas v. Φορμίων : καὶ παροιμία Φορμίωνος στιβάς, ἐπὶ τῶν εὐτελῶν. οὗτος γὰρ ὁ Φορμίων ἀγαθὸς ἐγένετο στρατηγός, καὶ ἐν Ταξιάρχαις (sic) δὲ (malim δὴ) φέρεται ὡς ἐπίπονος. Cf. fragm. 10.

4.

Athen. 4, p. 170, D : ἐπεσθίειν δ' εἴρηκε Τηλεκλείδης Πρυτάνεσιν... ἐπιφαγεῖν δ' Ε. Ταξιάρχοις·

(Ἄρτοις) ἐπιφαγεῖν μηδὲν ἄλλ' ἢ κρόμμυον
λέποντα, καὶ τρεῖς ἁλμάδας.

Supplevi Ἄρτοις, quod forte neglectum putes post άρχοις propter τ et χ litterarum similitudinem, hic illic observatam, velut in scholio ad Ran. 871. V. 2 βλέποντα legebatur, correctum a Mein. Phormionis hæc oratio, Bacchum victu simplici militum uti jubentis. Contra helluones significantur illis Xenophontis Comment. 3, 14, § 3 : ὁ δὲ μικρῷ σίτῳ πολὺ ὄψον ἐπεσθίων, et § 5 : ἄλλον ἐπὶ τῷ ἑνὶ ψωμῷ πλειόνων ὄψων γευόμενον.

5.

Photius p. 658, 20, et Suidas v. Ὧδε : τὸ δὲ οὕτως ἐν τοῖς πλείστοις δηλοῖ. Ε. Ταξ.

Οὔκ, ἢν φυλάττῃ γ', ὧδ' ἔχων τὴν ἀσπίδα.

6.

Gramm. Bekkeri Anecd. p. 327, Ἀγκυρίσας : κάμψας τὸν πόδα. σχῆμα δέ ἐστι παλαιστρικόν. Ε. Ταξ. Antiatt. p. 81, 4, Ἀγκυρίσαι : ἐπὶ τοῦ παλαίσματος. « Ἀγκυρίσας ἔρρηξεν » (fortasse ipsa verba Eupolidis, ut Hermannus annotavit). Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν (262 seqq.)

7.

Pollux 7, 168 : Ἀλουσίαν (sic) δὲ Ε. ἐν Ταξ.

— Ἀντὶ ποικίλου
πιναρὸν ἔχοντ' ἀλουτίᾳ κάρα τε καὶ
τρίβων'· ὅτ' ἦν μέντοι νεώτερος, κρόκας
πεντεστάτηρας εἶχε, ναὶ μὰ τὸν Δία·
νῦν δὲ ῥύπου γε δύο τάλαντα ῥᾳδίως.

Quæ sequuntur post τρίβων' v. 3, Meinek. sumpsit ex eodem 9, 58 : Εὔπ. ἐν μὲν τοῖς Δήμοις τὸ νόμισμα δηλοῖ (στρατήρων vocabulo).... ἐν δὲ Ταξιάρχοις τὴν ῥοπὴν λέγει « Ὅτ' ἦν, etc. » V. 2 libri ἀλουτιᾷ. Correxit Lobeck. V. 3 et 4 iidem depravate κρόκης πέντε στατῆρας εἶχε. Addendum lexicis adjectivum πεντεστάτηρ. Describitur his verbis tenuis etiam vestitus Phormionis, comparatus cum ποικίλῳ Bacchi. Cratinus in Dionysalexandro, de Baccho :

α. Στολὴν δὲ δὴ τίν' εἶχε; τοῦτό μοι φράσον.
β. Θύρσον, κροκωτὸν, ποικίλον, καρχήσιον.

8.

Pollux 10, 63, ubi agit de nominibus vasorum aquariorum (cf. Χρυσ. γέν. fr. 12) : πύελον δὲ ὁμοίως ἐν Ταξ.

Ὅστις πύελον ἥκεις ἔχων, καὶ χαλκίον
ὥσπερ λεχὼ στρατιῶτις ἐξ Ἰωνίας.

καὶ γὰρ τὸ χαλκίον ἕν τι τῶν λουτρῶν, ὥσπερ καὶ λέβης. Vulgo χαλκεῖον et στρατιώτης, quæ correxit Jungerm. Bentlejus Epist. 2 ad Hemsterh. p. 55 : Clara sententia, *qui urnam et ahenum portas* (immo *qui labrum et ah. habes. Both.*), *tanquam puerpera Ionica, militiam et castra sequens*. Nempe in Ionia, ubi disciplina militaris non admodum vigebat, mos erat, ut uxores comitarentur maritos suos militantes : ubi si quæ peperisset, vasa circumferebat balneatoria. » Bacchum, cum delicatæ vitæ instrumentis Phormionis castra sequentem,

---

3.

— Apud Phormionem disco
et expeditionum et bellorum leges :
neque enim deinceps aufugerim ab eo, cujus in stragulo discumbens comedi.

4.

(Cum pane) nihil aliud comede quam cepe
destrictum, et tria muriatica.

5.

Non, si caves, hoc modo gerens clypeum.

7.

— Pro ποικίλῳ
squalidum illoto capite, et detrita veste,
sed quando junior adhuc erat, textilia
quinque staterum pretio habuit, per Jovem :
nunc vero facile sordium duo talenta ponderat.

8.

Qui labrum et ahenum portans venisti,
sicuti puerpera Ionica militiam sequens.

compellari probabiliter conjicit Mein. Hist. cr. Com. p. 144. Cf. fr. 11.

9.

Idem 9, 18 : τὸν μέντοι σκευοφόρον ἐν Ταξ. Εὔπολις σκευοφοριώτην παίζων ἐκάλεσεν.

10.

Photius p. 337, 16, et Suidas : « Ὄνος ἀκροᾶται σάλπιγγος. » E. Ταξ. « Omisso poetæ nomine habent Proverbia Coisl. 364. Forsan ἀκροᾷ. » *E M.*

11.

Pollux 10, 136 : καὶ βελόνης δὲ τοὔνομα ἐν Ε —δος Ταξ.

Ἐγὼ δέ γε στίξω σε βελόναισιν τρισίν.

« Nota res est, servos, præcipue fugitivos, compungi solere et stigmatibus insigniri in fronte. Forsitan et ad eam pœnam militem fugitivum his verbis quidam τῶν ταξιάρχων condemnat » *Hemsterh.* Immo id minari Phormio videtur Baccho discipulo, isque respondere illis fr. 3 Παρὰ — στιβάδος, quod subsensit Meinek.

12.

Gramm. Bekkeri An. p. 382, 8, Ἀλφάνει : εὑρίσκει· Ἀριστοφάνης Θεσμ. (δευτέραις). E. Ταξ.

Οὐ θᾶττον αὐτὴν δεῦρό μοι τῶν τοξοτῶν
ἄγων ἀποκηρύξει τις, ὅ τι ἂν ἀλφάνῃ;

Similiter Suidas h. v., nisi quod habet ἀπ. τις, ἐὰν ἀλφάνῃ, omisso ἄγων. Opinor, dux Phormio iratus mulierem aliquam στρατιῶτιδα (v. fr. 8.) produci et vendi jubet *quovis pretio*, ne mores militum corrumpantur. De τοξόταις v. ann. ad Ar. Acharn. 54.

13.

Pollux 7, 106 : « σιδηρῖτιν τέχνην » ἐν Ταξ. E. εἴρηκε τὴν Ξανθίου τοῦ σιδηρέως, οὗ ἐπὶ τῆς εἰκόνος ἐπιγέγραπται ΣΙΔΗΡΟΦΥΗΣ. Hesychius, Σιδηρῖτιν τέχνην : τὴν πολεμικήν· ἄλλοι δὲ τὴν Ξανθίου φασίν, ἤγουν τὴν χαλκευτικήν. « Xanthias ille haud dubie fuit nobilis faber ferrarius, bellaturis arma vendens, cujus imagini inscriptum nomen homo fortasse e disticho elegiaco petierat. » *E M.*

14.

Schol. Aristoph. Av. 1294, de Opuntio : Δίδυμος, ὡς τοιούτου τὴν ὄψιν ὄντος μνημονεύει αὐτοῦ, καὶ μέγα ῥύγχος ἔχοντος, καὶ ὁ τὰς Ἀταλάντας γράψας, καὶ E. ἐν Ταξ.

XVI. ΥΒΡΙΣΤΟΔΙΚΑΙ.

« Hæc fabula non commemoratur nisi a Ptolemæo Heph. Photii Bibl. cod. 190, p. 151, 10 : ὅτι τελευτήσαντος Δημητρίου τοῦ Σκηψίου τὸ βιβλίον Τέλλιδος (fort. Τέλληνος. *Mein.*) πρὸς τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ εὑρέθη, ... τοὺς δ' Ὑβριστοδίκας Εὐπόλιδος πρὸς τῇ Ἐφιάλτου (clari oratoris Athen., de quo Demosth., Ælian. V. H. 2, 43; 13, 38) εὑρεθῆναί φασι. Ὑβριστοδίκαι dicebantur qui causas in judicium introduci nolebant. Fragmenta ejus fabulæ nulla supersunt. » *E M.*

XVII. ΦΙΛΟΙ.

Idem Hist. crit. Com. p. 145 : « In Φίλοις quod argumentum E. tractaverit, incertum est; Lyconem, Autolyci patrem, et Aspasiam in ea fabula vapulasse, docet schol. Platonis Bekker. p. 332, 391. Ex ceteris fragmentis nihil efficias. » Cf. tamen fr. 9.

1.

Apollonius De pronom. p. 369, C : (νὼ) μονοσυλλάβως Εὔπ. Μαρικᾷ (fr. 13) ... καὶ ἔτι ἐν Φίλοις

Εὐφρανῶ δὲ νώ.

2.

Ammonius Differ. verb. p. 133, Σχισταί : τὰ ποδήματα. E. Φίλοις « Οὐ δεινὰ ταῦτά γ' Ἀργείας * φέρειν σχιστάς; * ἐνεργεῖν. » Ibi Valck. : « Eupolidis versiculos ita vulgavi, uti illos in libri sui margine posuerat Scaliger. Id edd. reperies : Οὐ δ. ταῦτα δὲ Ἀργείας φ. σχ. ἐνεργεῖν. Ex Ascalonite § 210 enotatur : σχ. ἐνεγκεῖν. » Genuinum arbitror ἐνεγκεῖν, eique adscriptum explicandi causa φέρειν. Fortasse E. dixit

Οὐ δεινὰ δεινῶν ταῦτά γ', Ἀργείας γυνὰς
σχιστὰς ἐνεγκεῖν;

Δεινὰ δεινῶν pro δεινὰ ἐκ δεινῶν : v. ann. ad Soph. Philoct. 585, Odyss. 15, 354, etc. Γυνὰς, ut Pherecrates Crapat. 19, ubi v. ann. Id vocabulum videtur haustum a simili vicino - γειας.

10.

Asinus audit tubam.

11.

Ego vero te pungam tribus cuspidibus.

12.

Non ocius illam huc mihi sagittariorum
adducens aliquis proclamabit quovis pretio?

AMICI.

1.

Lætitia autem nos opplebo.

2.

Nonne pessima hæc res est, mulieres induere
Argivas σχιστάς?

« Argivos calceos, quos elegantes fuisse conjicias, nisi ex hoc loco non habeo cognitos. De σχισταῖς v. Pollux 7, 85, et Bœttiger. Mus. Archæol. 1, p. 47. » *E M.* Fortasse his verbis notatur Aspasia, calceamento illo usa, quum Argivi, Peloponnesi principatum affectantes, neque Lacedæmoniis accepti essent rivalibus, neque Atheniensibus placerent, quos mercede conducti a Pisistrato oppugnaverant; immo generatim Græcorum in odium incurrerant, ut quorum societatem olim, Xerxe invadente, recusavissent, ne fœdere quidem cum Persis abstinentes; v. Herodot., Thuc., etc.

3.

Athen. 6, p. 266, F, de Chiis, qui, Nicolao et Posidonio auctoribus, primi hominum mancipiis usi, a Mithridate expugnati sunt, suisque ipsorum servis subjecti : οὕτως αὐτοῖς ἀληθῶς τὸ δαιμόνιον ἐμήνισε, πρώτοις χρησαμένοις ὠνητοῖς ἀνδραπόδοις, τῶν πολλῶν αὐτουργῶν ὄντων κατὰ τὰς διακονίας· μήποτ' οὖν διὰ ταῦτα καὶ ἡ παροιμία

Χῖος δεσπότην ὠνήσατο,

ᾗ κέχρηται Ε. ἐν Φίλοις. *Chius dominum emit,* h. e. paruit ei, quem emerat (antea servo suo). Ex Athenæo Eustath. ad Odyss. p. 1462, 36.

4.

Harpocr. p. 107, 8 : ἔοικεν (ἡ κατάστασις) ἀργύριον εἶναι, ὅπερ οἱ κατασταθέντες ἱππεῖς ἐλάμβανον ἐκ τοῦ δημοσίου ἐπὶ τῇ καταστάσει (v. Schneider. Lex. h. v.), ὥσπερ αὐτὸς ὁ ῥήτωρ (Lysias Pro Mantitheo § 6) ἐν τοῖς ἑξῆς ὑποσημαίνει. παρεμφαίνει τοῦτο καὶ Εὔπ. Φίλοις·

Οὐκ ἐσωφρόνησας, ὦ πρεσβῦτα, τὴν κατάστασιν
τήνδε λαμβάνων ἄφνω πρὶν καὶ μαθεῖν τὴν ἱππικήν.

Omisso fabulæ nomine, Photius et Suidas s. v.

5.

Herodianus Philet. p. 453 Piers., Ἀνακογχυλίσασθαι : οὐχὶ ἀναγαργαρίσασθαι. Ε. ἐν Φ. « Codex Venet. Harpocrat. p. 35 Bekk. : Ἀνακ. ἐπὶ τοῦ ἐν τῷ βίῳ λεγομένου ἀναγαργαρίσασθαι. Ε. ἐν Φ. Cf. Ruhnken. ad Tim. p. 24. » *M.*

6.

Photius p. 329, 2, Ὄλμοι καὶ ὕφολμια : ἐπὶ αὐλῶν. Ε. Φ.

Ῥέγκειν δὲ τοὺς ὅλμους (ἅμ')· οἴμοι τῶν κακῶν!

Quod inseruimus, ἅμ' et metrum et sententiam juvat : videntur enim hæc deprompta ex oratione ejus, qui strepitu tibiarum alioque vario atque ἀμούσῳ indignaretur. Similia in libris α et οι : itaque ἅμ' absorptum fuerit ab οιμ- vicino. Meinek. ἂν excidisse conjicit. Ceterum prostomides tibiarum (ὅλμοι) pro ipsis tibiis dictæ sunt, figura partis pro toto.

7.

Pollux 7, 133 : Ἀριστοφάνης δ' ἐν τοῖς Ἥρωσι (fragm. 13) δοκεῖ τὸ κόμιστρον κατὰ τὸ νῦν ἔθος εἰρηκέναι τὴν φοράν, ὅταν εἴπῃ « ὀβολῶν δ' ἴσως (Ald. ὀβ. δὲ οὐσῶν, unde nos Aristoph. fragm. p. 92, ὀβ. δ' ἴσως οὖν) τεττάρων καὶ τῆς φορᾶς. » τούτῳ δ' ἂν ἐοίκοι καὶ τὸ ἐν τοῖς Φ. Εὐπόλιδος « Τιμῆς εἴποι τίς πόση ἡ διαφορά. » Sic Aldus. Codd. Τί μισθοῖ (Voss. μισθοὶ) καὶ πόση τις ἡ φορά. Unde Bekkerus effecit

(Ἀλλ' εἰς) τί μισθοῖ; ποῖ; πόση τις ἡ φορά;

quod non sufficit. » *E M.* Scribamus

Τιμὴν ὅδ' εἴποι, καὶ πόση τις ἡ φορά.

8.

Idem 10, 85 : Τὰ μέντοι κάναστρα φελλώδεις τινὲς πιναχίσκοι εἶναι δοκοῦσιν, ἀφ' ὧν καὶ τὸ ἐκκενῶσαι ἢ ἐκπιεῖν κανάξαι λέγουσι καὶ ἐκκανάξαι, ὡς καὶ Ε. ἐν τοῖς Φ.

— Τήνδ' αὐτὸς ἐκκανάξει.

« Ad τήνδε supple κύλικα. Finis iambici tetram. catal. » *E M.*

9.

Schol. Aristoph. Acharn. 127 : παροιμία ἐπὶ τῶν πολλοὺς ξένους ἀποδεχομένων « Οὐδέποτ' ἴσχει ἡ θύρα. » μέμνηται καὶ Ε. ἐν Φ. « Νὴ τὸν Ποσειδῶ, οὐδέποτ' ἴσχει ἡ θύρα. » Elmsl. vel κοὐδέποτέ γ' ἴσχει θύρα, quod recepit Mein., vel χοὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα, scribendum putat; sed non offendor hiatu, præsertim in cæsura, ut hoc reponatur

---

4.

Non sapuisti, senex, stipendium
hoc cito accipiens, priusquam etiam equitare didicisses.

6.

Et stridere prostomides tibiarum : væ mihi misero!

7.

Pretium hic dicat, et quæ sit merces apportandi.

8.

Hanc ipse ebibet.

9.

Per Neptunum, nunquam abarcet porta.'

Νὴ τὸν Ποσειδῶ, οὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα.

V. ann. ad Ar. Eccles. 748. « Hic versus quodammodo inscriptionem fabulæ illustrat. » *M.* Scilicet Amici hac in fabula potius parasiti intelligendi sunt, qui notorum atque amicorum nominibus abusi, opulentis se obtrudere solebant cibi gratia; eosque ipsorum adulatione facetiisque delectatos simul irridere; v. ann. ad Plauti Stichum 212, vol. 4, p. 689 nostræ ed. Comici latini.

10.

Schol. Platon. Bekker. p. 332 : Λύκων μέντοι πατὴρ ἦν Αὐτολύκου (v. Autolyci fr. 12, 13), Ἴων γένος, δῆμον Θορίκιος, πένης, ὡς Κρατῖνος Πυτίνῃ, Ἀριστοφάνης Σφηξίν. E. δ' ἐν Φ. καὶ ἐπὶ τῇ γυναικὶ Ῥοδίᾳ κωμῳδεῖ αὐτόν.

11.

Idem p. 391 : Κρατῖνος δὲ Ὀμφάλῃ, κτλ., quæ posui in Prospaltiorum fr. 6. Meinekius hæc ita scribit : Κρ. δὲ Ὀμφάλην τύραννον αὐτὴν καλεῖ Χείρωσιν, Ἥραν Εὔπ. Φίλοις, coll. fragm. inc. fab. 81.

XVIII. ΧΡΥΣΟΥΝ ΓΕΝΟΣ.

Ex fragmentis ipsoque titulo fabulæ intelligitur, poetam aureæ, quæ fertur, ætatis, sed per irrisionem dictæ, reditum Atheniensibus vaticinatum esse (cf. fragm. 3); eo præ ceteris spectant versus fr. 1 : Ὦ καλλίστη πασῶν, etc., ex quibus simul apparet tempus commissi in certamen dramatis ante obitum Cleonis, ad quem fortasse etiam fr. 12 referendum est. Lamponis partes fuisse in hac fabula, docet Antiatticista fr. 23; præterea ridentur Pantacles fr. 18, Dionysius, ut conjicias, tonsor fr. 6, Archestratus fr. 4, aliique ibi exagitati.

1.

Priscianus De metris com. p. 416 ed. Krehl. (p. 253 Lind.) : « Hephæstion quoque metricus ostendit *comicum epionicum* spondeos paribus locis habentem iambicarum συζυγιῶν, i. e. conjugationum, ut est apud Eupolin in fabula quæ dicitur Χρυσοῦν γένος,

Ὦ καλλίστη πόλι πασῶν, ὅσας Κλέων ἐφορᾷ,
ὡς εὐδαίμων πρότερόν τ' ἦσθα, νῦν τε μᾶλλον ἔσει! »

V. 2 πρότερόν τ' Hephæst.; Prisc. π-όν γ'. Comparavit Porson. incerti poetæ versum ap. Athen. 1, p. 20, B :

Τὴν λαμπροτάτην πόλεων πασῶν, ὁπόσας ὁ Ζεὺς ἀναφαίνει.

Primum versum, omisso auctoris nomine, affert schol. Pind. Ol. 13, p. 266 ed. Bœckh.

2.

Idem ib. :

Ἔδει πρῶτον μὲν ὑπάρχειν πάντων ἰσηγορίαν.

3.

Idem ib. :

Πῶς οὖν οὐκ ἄν τις ὁμιλῶν χαίροι τοιᾷδε πόλει,
ἵν' εὖ ἔστιν πάνυ λεπτῷ κακῷ τε τὴν ἰδέαν;

Libri v. 2 manifesto mendo ἵν' ἔξεστιν. Non ita dissimilia ῦ et ξ. Cf. fr. incert. 48. Terentius Ad. 1, 1, 9 : *Tibi bene esse soli, sibi quum sit male.* Cf. Æschyli Suppl. 621, Eurip. Phaethon 3, 8. Κακῷ τε pro κ. γε Mein. auctore Hermanno Opusc. 2, p. 261. Sic, opinor, homo ejusdem generis, qualis cogitandi sunt amici illi parasitici, qui in superiore dramate exagitantur; potestque, ut Φίλοι non multum abluserint argumento a Χρυσῷ γένει, cui nomini compares, quod per jocum Germani vocant *Schlaraffenland*, Francogalli *pays de cocagne*. Le Roux Dictionn. comique : « *Cocagne, pays de cocagne. Mot inventé à plaisir, pour dire qu'un pays est fertile et abondant en toutes choses, qu'on y trouve tout ce qui est capable de contenter les sens, et de faire passer agréablement la vie.*

Paris est pour un riche un pays de cocagne.

Despreaux, *Satire* 6. » Recte quidem lexicographus; sed non minus quam divitibus luxuriosis ejusmodi urbs vel terra convenit asseclis eorum fere tenuibus (λεπτοῖς κακοῖς τε τὴν ἰδέαν). Cf. prolegomena et fr. 4.

AUREUM GENUS.

1.

O pulcherrima urbs omnium, quas Cleon inspicit,
ut olim felix fuisti, et nunc etiam magis eris!

2.

Primum quidem omnibus esse debuit libera dicendi potestas.

3.

Quidni gaudeat, qui degit in tali urbe,
ubi bene est tenuissimo et specie malo?

4.

Porphyrius in scholio Veneto ad Iliad. K, 252 : E. τε Χρ. γένει

α. Ὁ τρίτος δὲ δέκατος, τυφλὸς, ὁ καλιὴν ἔχων·
ὁ στιγματίας τέταρτός ἐστιν ἐπὶ δέκα·
πέμπτος δ' ὁ πυρρός· ἕκτος ὁ διεστραμμένος·
χοὖτοι μέν εἰσ' ἑκκαίδεκ' εἰς Ἀρχέστρατον,
ἐς δὲ φαλακρὸν τόνδ' ἑπτακαίδεκ'. β. Ἴσχε δή.
α. Ὄγδοος ὁ τὸν τρίβων' ἔχων.

Versu 1 vulgo Δωδέκατος ὁ τυφλὸς, τρίτος ὁ τὴν καλὴν ἔχων, sed recte Bekker. δέκατος. Καλὴν proclivi lapsu scriptum pro καλιήν. Illi semel admisso ab imperitis additus est et sententiæ et metro necessarius visus articulus, quem delevi, ne corripienda esset media τοῦ καλιήν. Hesiodus Ἔργ. 299 :

Ἐργάζευ, Πέρση, δῖον γένος, ὄφρα σε Λιμὸς
ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δὲ ἐϋστέφανος Δημήτηρ
αἰδοίη, βιότου δὲ τεὴν πίμπλησι καλιήν.

Non opus ut reponatur καλιάν, siquidem Atticismus vetus tantum non idem est Ionismo : καλιὴν ἔχων (Aristoph. Av. 247, etc.), *casam habitans,* ut pauper. Meinek. proponebat ὁ τὴν κωλῆν ἔχων. V. 3 cod. ὁ πύργος. V. 4 cod. καὶ οὗτοι μὲν εἰς ἑκκαίδεκα, ἐς Ἀρχ. « Archestratus hic fortasse is est, quem Chæreæ patrem dicit Thuc. 8, 74, imperatorem Atheniensium circa olymp. 87 (431-428 ante Chr. nat.), eodem auctore 1, 57 : qui num idem habendus sit cum illo cujus dictum de Alcibiade , ὡς ἡ Ἑλλὰς οὐκ ἂν ἤνεγκε δύο Ἀλκιβιάδας, exstat apud Plutarchum Alcib. c. 16, et Ælianum V. H. 11, 7, non definiam. Itemque potest ut alius fuerit vir cognominis, qui, quum pacis conditiones ab Lacedæmoniis latas suasisset, eam ob causam in vincula conjectus est, teste Xenophonte Hell. 2, 2, 15; et sane ab his distinguendus videtur vates Archestratus, de cujus macilentia Polemo Athen. 12, p. 552, E, ridicule : Ἀρχέστρατον τὸν μάντιν, ἁλόντα ὑπὸ τῶν πολεμίων καὶ ἐπὶ ζυγὸν ἀναβληθέντα, (φασὶν) ὀβολοῦ ὁλκὴν εὑρεθῆναι ἔχοντα· οὕτως ἦν ἰσχνός. Narrat etiam Eustathius ad Hom. p. 1288, 45. V. 5 vulgo ἐς δὲ τὸν φαλακρόν. Num Aristophanem dicit, an Lachetem, vel Geretem ? v. schol. Vesp. 242, Acharn. 603. » *E M.* V. 6 cod. Ὀγδ. ὁ τὸ τριβώνιον ἔχων, facillime agnoscendis velut gradibus corruptionis, τὸν τριβώνων, τὸ τριβώνιον. « Ceterum Eupolidis locum Porphyrius eo consilio laudavit, ut illud numerandi genus illustraret, quo v. c. τρίτος, τέταρτος, etc., ita dicitur, ut alius numerus ex prægressis assumendus sit. Eandem in rem duo Pindari exempla affert (apud Bœckh. p. 126) et unum Hesiodi Opp. 696. » M.

5.

Schol. Aristoph. Vesp. 925 : σκῖρον τὸ ῥυπῶδες τὸ ἐπὶ τῶν τυρῶν, ὡς E. Χρ. γ. « Λοιπὸς γὰρ οὐδείς· τροφαλὶς * ἐκείνη ἐφ' ὕδωρ βαδίζει, σκίρρον ἠμφιεσμένη. » Scribendum est meo judicio

Λοιπὸς γὰρ οὐδείς· τροφαλὶς ἐξ ἐκεινουΐ
ἐφ' ὕδωρ βαδίζει σκῖρον ἠμφιεσμένη.

Similiter Crates in Θηρίοις fr. 1. V. 1 οὐδείς, intell. δοῦλος, ut Crates l. l.

Ἔπειτα δοῦλον οὐδὲ εἷς κεκτήσετ', οὐδὲ δούλην.

(Cf. ann. ad fr. 9.) Dindorfius πλὴν (Mein. ἡ τροφαλὶς ἐκεινηΐ. Posui ἐξ ἐκεινουΐ, ut ἐκ τούτου et similia, *ex illo,* intell. *tempore*, quo cœpit aurea ætas, ut dixit Tacitus, Ann. 12, 7 : « Versa ex eo civitas. » Respiciunt locum Photius p. 607, Τροφαλίς : τυρός. οὕτως E. Etym. M. p. 718, 4 : σκῖρος τοῦ ἐν τῷ τυρῷ ῥύπου. Ἐφ' ὕδωρ, h. e. ad fluvium vel mare navesque, quibus evehatur vendendus caseus.

6.

Pollux 10, 140 : τὰ δὲ κουρέως σκεύη κτένες, κουρίδες μάχαιραι, μαχαιρίδες· ἐν μὲν γὰρ Κρατίνου Διονυσαλεξάνδρῳ (v. fr. 2).... ἐν δὲ Χρυσῷ γένει Εὐπόλιδος

Ἔπειθ' ὁ κουρεὺς, τὰς μαχαιρίδας λαβὼν,
ἀπὸ τῆς ὑπήνης κατακερεῖ τὴν εἰσφοράν.

Ἀπὸ τῆς ὑπ., facto initio tondendi a barba. Libri ὑπὸ τῆς ὑπ., de quo errore diximus ad Thuc. 6, 89. Photius p. 250, Μαχαιρίδες : αἱ κουρικαὶ μάχαιραι. οὕτως E. Mein. tonsorem aliquem, fortasse Dionysium apud Cratinum Seriph. 2, irrideri putabat, tanquam eum, qui reditus civitatis in suos usus convertere videretur. Sed ejusmodi persona non

4.

a. Et decimus tertius cæcus, qui casam habitat ;
stigmatias est decimus quartus ;
quintus, rufus ; sextus, valgus ;
et hi quidem usque ad Archestratum sunt sedecim,
cum calvo autem hoc septemdecim. b. Desine sane.
a. Octavus est hic trita veste indutus.

5.

Nullus enim (servus) superest ; caseus recens ex illo
aquam adit, ubi crusta vestitus est.

6.

Deinde tonsor sumptis machæriis,
a barba incipiens attondebit vectigal.

facit ad χρυσοῦν γένος. Quare potius intelligam virum vectigalia minuentem bono publico, ut Grotius « attondebit nimia vectigalia. »

7.

Schol. Platonis Bekker. p. 320 : ἡ δὲ ὤμιλλά ἐστιν, ὅταν περιγράψαντες κύκλον ἐπιρρίπτωσιν ἀστραγάλους ἢ ἄλλο τι, ὡς τῇ μὲν ἐντὸς βολῇ νικώντων, τῇ δὲ ἐκτὸς νικωμένων. E. Χρ. γ., μεταφέρων ἐπὶ τὴν * ἐκ Κυκλώπων (Meinek. correxit τὴν ἐν κύκλῳ) κατάκλισιν τοὔνομα, οὕτως φησὶν « Ἔπειτ' εἴσειμ', ἐνθάδε μείνας εἰς ὤμιλλαν, κἂν μὴ μετίῃ. » Corrupte Suidas v. Ὤμιλλα, Ἐπεισείμεθα δὲ εἰς ὤμιλλαν. Meinek. :

Κἄπειτ' εἴσειμ' ἐνθάδε μείνας
εἰς ὤμιλλαν, κἂν μὴ μετίῃ.

« Nisi initio præstat Εἶτ' εἴσειμ', ut sint tetrametrorum reliquiæ. » Cf. Ταξ. 2. Suid. v. Ὤμιλλα : παιδιά τις, ἐν ᾗ εἰς τὸν κύκλον βαλὼν κάρυον, ὥστε ἐμμεῖναι, νικᾷ. E. Χρ. γ. cum decurtatis modo memoratis.

8. 9.

Schol. Aristoph. Thesmoph. 162 : Ἀλκαίου τοῦ κιθαρῳδοῦ, οὗ καὶ E. ἐν Χρ. γ. μέμνηται,

Ὦ 'λκαῖε Σικελιῶτα * Πελοποννήσιε.

Mira scriptura : neque enim idem simul esse potest Siculus et Peloponnesius. Depravatum videtur Πελ., quum E. scripsisset ridicule πολυπότης! ἰή! Pro πολυπότης forte scriptum πολυπόνης, ut μετ' pro μὲν Soph. Antig. 73, ansam gravioris corruptionis præbuerit. Cf. Æschyl. Suppl. 100, etc. Meinekius, qui de Alcæo citharœdo disseruit Hist. crit. Com. p. 249, hæc annotat : « Patria hominis fuisse videtur Sicilia; Peloponnesium autem eundem vocat fortasse propter diutinam in Peloponneso commorationem. Conf. Bergk. Comment. crit. 2, p. VIII. Ad eundem Alcæum pertinere videntur hæc ap. schol. Aristoph. Vesp. 1278 : τῇ λέξει (κιθαραοιδότατος) κέχρηται καὶ E. ἐν Χρ. γ.

Ὦ κατάλαβρ' ὦ κιθαροιδότατε. »

10.

Stephanus Byzant. p. 557 : Μαριανδυνία, χώρα. E. Χρ. γ.

α. Ὁρῶ. β. Θεῶ νῦν τήνδε Μαριανδυνίαν.

Libri uno tenore Ὁρῶ θέω νῦν τ. Correxit Fritzschius Quæst. Aristoph. 1, p. 147. Colloquuntur duo de χρυσῷ γένει, eique opposita forma reip., in qua servi habentur, quemadmodum Mariandyni serviebant Heracleotis; cf. fr. 5. Ὁρῶ (ut Aristoph. Equit. 163, observante Fritzschio) sensu metaphorico, est consentientis de præstantia aureæ illius ætatis. De Mariandynis, prius a Crœso subactis, Bæhrius ad Herodot. 1, 28, p. 70 : « Mariandyni habitabant ad Ponti Euxini oram, Thracesque et ipsi origine fuisse dicuntur : v. Strab. 12, p. 542; 816. Postera ætate illos ab Heracleotis sub jugum missos legimus; de quo Creuzerus confert Posidonium Athen. 6, p. 263, Strab. l. l. » etc.

11.

Athen. 14, p. 657, A : δέλφακα... θηλυκῶς Νικοχάρης ἔφη « κύουσαν δέλφακα » καὶ E. Χρ. γ. (quem usum τῆς δέλφακος etiam 9, p. 375, A, memorat Athen.)

Οὔκ, ἀλλ' ἔθυον δέλφακ' ᾠδὸν Θηστίᾳ,
καὶ μάλα καλήν.

Ridicule ᾠδὸν pro γρύζοντα. Meinek. scripsit δέλφακα νωδόν. Cod. Bemb. ωδον sic acc.

12.

Schol. Aristoph. Vesp. 643, σκύτη βλέπειν : ὅ ἐστι πληγάς σοι ἐμβαλῶ. παροιμία δὲ ἐλέγετο ἐπὶ τῶν δειλιώντων. Ἄλλως. μέμνηται τῆς παροιμίας E. ἐν Χρ. γ. φησὶ γὰρ

Ἀτεχνῶς μὲν οὖν τὸ λεγόμενον « σκύτη βλέπει. »

« Similiter Zenob. 6, 2. Cf. Pac. 669, Athen. 13, p. 568, E. » *E M.*

13.

Pollux 10, 63 : τῶν μὲν ἐν αὐτῷ τῷ βαλανείῳ ὀνόματα ἀσάμινθος, πύελος, κρουνός, ἀρύταινα, ἀρύβαλλος, κατάχυτλον, Ἀριστοφάνους εἰπόντος (non invenio locum. *Both.*) « βαλανεὺς δ' ὠθεῖ ταῖς ἀρυταίναις » ... Εὐπόλιδος δ' ἐν Χρ. γ.

Ἀλλ', ὦ φίλε Ζεῦ, κατάχυτλον τὴν ῥῖν' ἔχεις!

7.

Posteaque, hic commoratus, introeo
ad omillam, etiamsi non eat simul.

8.

Alcæe Siceliota, Peloponnesie (?).

9.

O vehemens, o cithara canendi peritissime.

10.

a. Video. b. Considera jam hanc Mariandyniam.

11.

Non; sed immolabam porcellum canorum Vestæ,
et perpulchrum quidem.

12.

Plane, ut in proverbio est, vultus hominis ad lora [spectat.

13.

At, per Jovem amicum, trullam habes nasum!

« De καταχύτλῳ, trulla balnearia, v. Letronnii librum de nominibus vas. Gr. p. 21. Ei vasi, qui hæc dixit, alius cujusdam nasum deformem assimulabat. » *E M.*

14.

Zenobius 2, 19, Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴενται : οὕτως Ἡσίοδος ἐχρήσατο τῇ παροιμίᾳ... E. δ' ἐν Χρ. γ. ἑτέρως φησὶν ἔχειν τὴν παροιμίαν·

Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν.

Schol. Platonis Bekker. p. 373 : Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δ. ἴασ. ταύτην δὲ λέγουσιν εἰρῆσθαι ἐπὶ Ἡρακλεῖ, ὅς, ὅτε εἱστιῶντο τῷ Κήϋκι ξένοι, ἐπέστη. Κρατῖνος δὲ ἐν Πυλαίᾳ (v. fr. 1, cum annot.)... καὶ E. Χρ. γ.

15.

Etymol. M. p. 132, 12 : ἀποπάτημα ἀντὶ τοῦ σκυβάλου (solœce libri ἀντὶ τὸ σκύβαλον). E. Χρ. γ.

Τί γάρ ἐστ' ἐκεῖνος; ἀποπάτημ' ἀλώπεκος.

« Eadem gramm. Bekker. An. p. 433, et Suidas v. Ἀποπάτημα, qui recte ἐκεῖνος pro ἐκεῖνο. De Didymia quodam Eupolin hæc dixisse auctor est Athen. 14, p. 658, D : τὸ λείψανον τῶν τραγημάτων καὶ τρωξίμων εἴρηκεν Εὔπολις· σκώπτων γὰρ Διδυμίαν τινὰ ἀποτράγημα αὐτὸν εἴρηκεν ἀλώπεκος (*abrosum a vulpe*, macrum, etc.), ἤτοι ὡς μικρὸν τὸ σῶμα, ἢ ὡς κακοήθη καὶ πανοῦργον, ὥς φησιν ὁ Ἀσκαλωνίτης Δωρόθεος. Symmachus autem Aristophanis interpres apud Suidam vv. Ἀσωπόδωρος et Θαρρελείδης (cf. Av. 17) : Ἀσωπόδωρος καὶ Διδυμαχίας, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἐπὶ σμικρότητι διεβέβληντο τοῦ σώματος. De Asopodoro cf. etiam Teleclid. fragm. incert. 17. Videndum an idem fuerit homo hic Διδυμαχίας et ille Διδυμίας. Aliam autem lectionem in Eupolide secutus est Athen., aliam Etymologus.

16.

Schol. Aristoph. Acharn. 3 : τὸ ψαμμακόσια καθ' ἑαυτὸ ἐπὶ πλήθους ἐτίθετο. παρὰ μὲν E—δι ἐν Χρ. γ. οὕτως·

Ἀριθμεῖν θεατὰς ψαμμακοσίους.

« Ita primus Brunck. pro Ἀ. θ. ψαμμοκοσίους. Athen. 6, p. 230, C : ὀνόμασι χρώμενον ψαμμακοσίοις· et 14, p. 671, A : ὅτι δ' ἡμεῖς ψαμμακόσιοί ἐσμεν δῆλον. » *E M.*

17.

Idem schol. Av. 42, διὰ ταῦτα τόνδε τὸν βάδον βαδίζομεν : εἴρηται μὲν οὐ (male libri ὁ) βάδος· ὅμως γε μὴν οἱ κωμικοὶ παίζειν εἰώθασι τοιαῦτα, ὡς E. Χρ. γ. « * τισοφῶν ὦ ῥαψῳδέ. » Cod. Ven. τί σοφῶνος. Unde Augustus Nauck :

Τίς ὁ φῶνος, ὦ ῥαψῳδέ;

Ante eum Lobeckius : Τίς ὁ σόβος, ὦ ῥ.;

18.

Idem schol. Ran. 1036 : διαβάλλει τὸν Παντακλέα ὡς ἀμαθῆ ἐν τῷ ὁπλίζεσθαι. μέμνηται δὲ τούτου καὶ E. Χρ. γ., « Πανταχλέης σκαιός. »

19.

Chœroboscus Bekker. Anecd. p. 1290, sive Crameri Anecd. Ox. 4, p. 420 : σημειοῦται τὸ ἐχέῶ δευτέρου μέλλοντος, οἷον καὶ τὸ κατακλιεῖς (sic) παρ' E—δι ἐν Χρ. γ., οἷον

Εἰ μή τις αὐτὴν κατακλιεῖ.

Excerpta Bodl. apud Cramer. l. l. p. 195, 28 : κλείω : ὁ β ἀόριστος ἔκλιον διὰ τοῦ ι, ὡς ἔπιθον... ὡς τὸ Εἰ μή τις αὐτὴν κατακλιεῖ παρ' E—δι ἀντὶ τοῦ ἀσφαλιεῖ. « De hoc futuro disputavit Buttmannus Gr. Gr. ampl. 1, p. 396. Similis forma est δανειῶ sive δανιῶ a δανείζω, de qua Photius v. Θεριῶ et gramm. apud Bast. ad Gregor. Cor. p. 174. Quum autem Attici non dixerint κλείω, sed κλῄω, a quo κλιῶ formari non potuit, haud inepte, opinor, illud κατακλιεῖ in Eupolidis fabula a barbaro aliquo dictum fuisse conjicias. Ad αὐτὴν supplendum esse θύραν, indicare videtur explicatio ἀσφαλιεῖ. » *E M*

20.

Photius p. 596, Suidas : Τοῦ Διὸς τὸ σάνδαλον :* ἐπὶ τῶν ὡς μέγα δή τι, E. Χρ. γ. Scribamus τοῦ Δ. τὸ σ. ὑποδῶ : ὡς, etc. Confusa puto ὑπὸ et ἐπὶ, ut Thuc. 3, 12; 4, 34. Conjunctivus potestate futuri : v. Matth. Gr. p. 516. Pollux 7, 86 : τὸ σάνδαλον E. ἐν Χρ. γένει. Vix credas, Pollucem nihil annotasse præter usum vocabuli σάνδαλον, quod paulo quidem rarius est, legitur tamen, recentiores ne commemorem, apud Anacreontem carmine 21, σανδάλιον Herodot. 2, 91, etc. Quare suspicor, excidisse ὑποδῶ post σάνδαλον.

14.
Sponteque opulenti tenuium adeunt epulas.
15.
Quid enim ille est? merda vulpis.
16.
Numerare spectatores sexcentos.

17.
Quis hic vocalis, o rhapsode?
19.
Nisi quis eam inclinaverit.
20.
Jovis sandalium induam.

21.

Pollux 9, 26 : κατ' Εὔπολιν λέγοντα ἐν Χρ. γ. « νεοκάτοιχος. »

22.

Schol. Aristoph. Vesp. 1310 : παρὰ τὴν παροιμίαν « ὄνος εἰς ἀχυρῶνας ἀπέδρα. » ὁ δὲ ἀχυρὸς παρ' E—δι ἐν Χρ. γ., ὅπου καὶ τὸ Πλάτωνος παράκειται ἐξ Ἀδώνιδος. « Kusteri ed. ἄχειρος, Ald. ἄχυρος. Scripsi ἀχυρὸς ex præcepto Herodiani : v. Arcad. p. 72, 5. Eupolis autem forsan ἀχυρμὸς dixerat. » *E M.* Philemon Athen. 2. p. 52 (Incert. 93), quem locum memorat Mein. :

Ὄνος βαδίζεις ἄχυρα τῶν τραγημάτων.

Sic enim legam pro κακομέτροις et infuscatis illis, quæ vulgari solent, Ὄ. β. εἰς ἄχ. τρ. De intelligenda εἰς præpositione in verbis motum significantibus v. indices Sophoclis, Euripidis, etc. Hic quidem εἰς ortum esse potest ex εις prægresso; quo facto imperitus aliquis τῶν data opera deleverit metri causa, si diis placet.

23.

Antiatticista p. 96, Ἐξηγητής : E. Χρ. γ. « Λάμπων οὐξηγητής. » μάντις γὰρ ἦν, καὶ χρησμοὺς ἐξηγεῖτο. « Cf. Reisig. Conject. 1, p. 175, Aristophanis schol. Nub. 326. » *E M.* Cf. Av. 496.

24.

Harpocr. p. 166, 19 : σιτηρὸν ἀγγεῖόν ἐστιν ἡ σιπύα (sic), ἔστι δὲ πολλάκις παρὰ τοῖς ἀρχαίοις κωμικοῖς. E. Χρ. γ. Photius p. 513, 6, Σιπύα : σιτηρὸν ἀγγεῖον. Λυσίας τε, καὶ E., καὶ Ἀριστοφάνης. Qui Plut. 802,

Ἡ μὲν σιπύη μεστή 'στι λευκῶν ἀλφίτων.

25.

Athen. 9. p. 406, C : πισοῦ δὲ τοῦ ὀσπρίου μνημονεύει καὶ E. ἐν Χρ. γ.

26.

Idem ib. p. 408, E : κατὰ χειρὸς ὕδωρ... ὡς E. ἐν Χρ. γ. Cf. Aristoph. Av. 438, seq.

Ad hanc fabulam etiam Incertarum fragmenta 21 et 42 referenda videri, annotat Mein.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

Stobæus Floril. 4, 33, cum lemmate Εὐπόλιδος.

Ἀλλ' ἀκούετ', ὦ θεαταί, πολλὰ καὶ ξυνίετε
ῥήματ'· εὐθὺ γὰρ πρὸς ὑμᾶς πρῶτον ἀπολογήσομαι,
ὅ τι μαθόντες τοὺς ξένους μὲν λέγετε ποιητὰς σοφούς,
ἢν δέ τις τῶν ἐνθάδ', αὐτοῦ μηδὲ ἓν χεῖρον φρονῶν,
ἐπιτιθῆται τῇ ποιήσει, πάνυ δοκῶν κάλ' εἰσφορεῖν,
μαίνεταί τε καὶ παραρρεῖ τῶν φρενῶν τῷ σῷ λόγῳ.
Ἀλλ' ἐμοὶ πείθεσθε πάντως· μεταβαλόντες τοὺς τρόπους
μὴ φθονεῖθ', ὅταν τις ἡμῶν μουσικῇ χαίρῃ νέων.

Spectant hæc ad æmulos poetas, inprimis Aristophanem, quem, inter spectatores sedentem, digito monstraverit histrio versu 6, ipsiusque Aristophanis verba esse videntur μαίνεται et παραρρεῖ τῶν φρενῶν, quamvis desiderata in fragmentis. Cf. Mein. Hist. crit. Com. p. 111, Bergk. Commentt. p. 365. Versu 1 πολλὰ, ut alias πολὺ, *valde*, i. e. studiose, attente. Æschylus Ag. 1181 : ὦ πολλὰ μὲν τάλαινα, πολλὰ δ' αὖ σοφὴ Γύναι, et Choeph. 257 : κἀξορθιάζων πολλὰ, ubi schol. : ἀνατεταμένως. Frustra Berglerus ad Pacem 604 (ὦ σοφώτατοι γεωργοί, τἀμὰ δὴ ξυνίετε Ῥήματα) aliique τἀμὰ pro πολλά : recte autem ῥήματ' pro χρήματ', quod habent codd. Τἀμὰ facile intelligatur. V. 2 Meinek. εὐθύς. V. 3 idem recepit Wakefieldi conjecturam ὅ τι παθόντες. V. 4 αὐτοῦ, quem impugnat æmulum; Aristophanem, opinor, Atticum illum quidem, sed non Athenis natum, propterea que pro ξένῳ habitum invidiæ causa ab Atheniensi Eupolide. Codices plures αὐτῶν. Μηδὲν χεῖρον φρονῶν, *nulla in re minus intelligens*, quam iste. V. 5 sic Porsonus Adv. p. 287 et Jacobsius. Libri mendose ἐπιθῆται. Sed hoc parum est : tautologia intolerabili, quam indocti doctique propagarunt, iidem πάνυ δοκεῖ κακῶς φρονεῖν. Dedi quod sententia requirebat, quum scirem, et κακὸς cum καλὸς similibusque, et ει cum ω confundi solere a librariis, itemque id esse φορεῖν, quod facil-

---

EX INCERTIS FABULIS.

1.

At audite, spectatores, et expendite verba : quippe statim apud vos causam defendens quæram, qua ratione peregrinos quidem dicitis poetas sapientes, sin autem aliquis vestrûm, isto non minus callens, poesi operam dat prorsus confisus se afferre bona, *insanit* et *mente captus est*, ut tu dicis!
Igitur mihi obtemperate omnino : mutatis moribus ne invideatis cuiquam nostrûm, si musica gaudet arte.

lime mutatum fuerit in φρονῶν. V. 6 codd. aliquot μαίνεταί τι. V. 8 libri φθονῆθ'. Correxit Dobr. ad Plutum 1188. Valck. ἡμῶν pro ὑμῶν.

2.

Athen. 1, p. 17, D : E. δὲ τὸν πρῶτον εἰσηγησάμενον τὸ τῆς ἀμίδος (matulæ) ὄνομα (Meinek. scrib. suspicatur τὸν τῆς ἀμίδος νόμον) ἐπιπλήττει λέγων

α. Μισῶ λακωνίζειν, ταγηνίζειν δὲ κἂν πριαίμην·
πολλοὺς δ' (ἂν) οἶμαι νῦν βεδινῆσθαί (τε καὖτε βινεῖν).
β. (Ὡς εἰκός·) ὃς δὲ πρῶτος ἐξεῦρεν τὸ πρῴ 'πιπίνειν,
πολλήν γε λακκοπρωκτίαν ἐπίστασ' ἥμιν εὑρών.
Εἶεν· τίς εἶπεν « Ἀμίδα, παῖ! » πρῶτος μεταξὺ πίνων;
α. Παλαμηδικόν γε τοῦτο τοὐξεύρημα καὶ σοφόν του.

Locus e colloquio gulonis et prædicatoris, quorum alter alterum irridet. Meinek. ad Alcibiadis irrisionem spectare hos versus opinatur. Vers. 1 Suidas λακωνίζειν : παιδικοῖς χρῆσθαι. Ἀριστοφ. Θεσμοφ. β'. (fr. 26, ubi v. ann.) « Intelligerem hæc, inquit Mein., si ταγηνίζειν de venere muliebri dici posset locusque ita scriptus esset : Μισῶ ταγηνίζειν, λακωνίζειν δὲ κἂν πριαίμην. » V. 2 recte Schweigh. πολλοὺς pro πολλάς. Hunc et sequentem versum probabiliter supplere studuimus. Aliter cod. B : ὀλίγας γὰρ οἶμαι νῦν βεβ. γέ σοι γυναῖκας. V. 3. Ὡς εἰκός, *ut verosimile est*, frigide concedentis et statim par pro pari relaturi, ut qui etiam τῷ ταγηνίζειν et matutinis potationibus ad λακκοπρωκτίαν incitari homines existimet, neque injuria. Libri τὸ πρῶτ' ἐπιπίνειν. Correxit Elmsleius. V. 4 libri ἐπίσταθ' ἡμῖν. Illud correxit Elmsl.; hoc, quod officit metro, Mein. V. 5 Εἶεν, *age* : formula transeundi, præsertim ad rem cognatam. Παῖ. πρῶτος pro πάμπρωτος Porsonus apud Kidd. ad Porsoni Misc. p. 390. Ibi ex Athen. 6, p. 262, D, petiti versus Epicratis

— Τί γὰρ
ἔχθιον ἢ « παῖ, παῖ! » καλεῖσθαι παρὰ πότον,
καὶ ταῦτ' ἀγενείῳ μειρακυλλίῳ τινί,
ἤτ' ἀμίδα διαφρεῖν;

libri ἢ τὴν ἀμίδα φέρειν, in thesi occultato vocabulo ἀμίδα, δια—hausto a δα syllaba, etc. « E. eum perstringit, qui primus inter pocula matulam poposcit; quem usum, satis notum ex Comicis græcis et latinis, Sybaritarum inventum esse ait Schweigh., laudato Gatakero Advers. misc. 2, 5. » *E M.* Versum 6 respicit Phrynichus Bekkeri p. 58, Παλαμηδικὸν τοὐξεύρεμα : οἷον σοφὸν καὶ εὐμήχανον. Ibi vulgo καὶ σοφόν. B C D σοφόν σου. Immo σοφόν του pro τινός.

3.

Suidas, Βαστάσας : ἀντὶ τοῦ δοκιμάσας. E.

α. Ἄγε δή, πότερα βούλεσθε τηνδὶ διάθεσιν
ᾠδῆς ἀκούειν, ἢ τὸν ἀρχαῖον τρόπον;
β. Ἀμφότερ' ἐρεῖς, ἐγὼ δ' ἀκούσας τὸν τρόπον,
ὃν ἂν δοκῇ μοι, βαστάσας αἱρήσομαι.
[πᾶν τὸ συμβησόμενον ἐπὶ λόγον ἄγων καὶ δοκιμάζων.]

V. 1 vulgo τὴν διάθεσιν, — δὶ syllaba absorpta, nisi fallor, a δι–vicino. Certe aptum τηνδί, *huncce*, quod velut δεικτικῶς dictum est pro τὴν νῦν, ut Toup. et Gaisford. ad Hephæst. p. 45, quanquam ipse Gaisf. postea maluit τήνδε, neque aliter Runkel.; sed verisimilius τηνδί. In fine nescio cujus additamentum ταυτολόγον cancellavimus.

4.

Orion Anthol. p. 54 : Εὐπόλιδος·

Ἦ πολλά γ' ἐν μακρῷ χρόνῳ γίγνεται μεταλλαγῇ
τῶν πραγμάτων· μένει δὲ χρῆμ' οὐδὲν ἐν ταὐτῷ ῥυθμῷ.

Codex Ὡς πολλά γ' ἐν, etc., sed Julianus Orat. 7, p. 204, A, in codice Voss. Ἦ πολλά, quod receptum a Mein. mihi quoque alteri illi præstare videbatur. Deinde Mein. μεταλλαγῇ πραγμάτων, quum apud Orionem legatur μεταλλαγέται πρ. Recte

2.

a. Odi laconismum; assata vero emerim;
multos quidem nunc puto irrumari, *rursusque irrumare.*
b. *Credibile* est: qui autem primum cogitavit de potu matutino,
eum scito multam nobis pæderastiam excogitasse.
Age, quis primus inter pocula dixit « Matulam, puer! »?
a. Palamedicum hoc quidem et sapiens alicujus inventum.

3.

a. Age igitur, utrum hocce genus odæ
audire vultis, an modo antiquo factam?
b. Utrumque dices; ego vero, postquam audivero,
modum spectatum, qui mihi placuerit, eligam.

4.

Sane multa longo in tempore fiunt conversione
rerum, nec quidquam in eodem modo permanet.

Schneidewin. τῶν πρ., minus bene μεταλλαγαί. Metrum euripideum, ex iambico dim. et simili trochaico, sed catalecto, compositum, ut OEdipi Tyr. 189, et Antigonæ 555 nostræ ed.

5. 6.

Pollux 9, 47 : ἐν δὲ τῶν κοινῶν βιβλιοθῆκαι, ἢ ὡς Εὔπολίς φησιν, οὗ τὰ βιβλία ὤνια· καὶ αὐτὸ ἐφ' αὐτοῦ (βιβλία). οὕτω γὰρ τὸν τόπον, οὗ τὰ βιβλία, οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον, ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους ἐκ τῶν πιπρασκομένων, ὡς εἰ φαῖεν « ἀπῆλθον εἰς τοὔψον, » καὶ « εἰς τὸν οἶνον », καὶ « εἰς τοὔλαιον », καὶ « εἰς τὰς χύτρας, » καὶ κατὰ τὸν Εὔπολιν

Περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα,
καὶ τὸν λιβανωτὸν, κεὐθὺ τῶν ἀρωμάτων
καὶ περὶ τὰ γέλγη.

Probabiliter Bergk. Commentt. p. 355 huc transtulit quod initio confusi loci Pollucis legitur,

καὶ περὶ τὰ γέλγη, χοὖ τὰ βιβλί' ὤνια.

« Aristoph. Ran. 1068 : παρὰ τοὺς ἰχθῦς· schol. παρὰ τὰ ἰχθυοπώλια. τὸ δὲ τοιοῦτον ἀττικόν. E. « Περιῆλθεν (sic).... κρόμμυα. » Ammonius p. 62 ed. Valck., τὸ εὐθὺ cum genitivo illustrans : οἱ δὲ ἀρχαῖοι ἐνίοτε τὸ εὐθὺ ἐτίθεσαν τὸ ἐφ' ὁδοῦ (leg. ἀντὶ τοῦ ἐφ' ὁ.) τῆς τεινούσης ἐπί τινος τόπου· « εὐθὺ τῆς στοᾶς », « εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων. » Partes fragmenti afferunt etiam Photius p. 589, Suidas v. Τοὔψον, schol. Aristoph. Pac. 1158. Γέλγη inter κωμικώτερα citat Pollux 3, 127. » *E M.*

7.

Idem 3, 115 : Πλάτων δὲ ἐν Παρμενίδῃ καὶ ῥυπαρὸν (de parco. *M.*) εἴρηκεν. E. δὲ

Ἤδη χορηγὸν πώποτε ῥυπαρώτερον
τοῦδ' εἶδες; (οὐ δή·) θᾶττον ἂν τοῦ (γ') αἵματος
ἢ χρημάτων (μεγάλων ὁ) μεταδῴη τινί.

V. 1 sic in optimo cod. Paris. A : Εἶδες χ. πώποτε ῥυπ. τοῦδε; V. 2 et 3 facile neglectum fuerit οὐ δὴ post εἶδες (v. ad Thuc. 1. 40; 5, 97), et μεγάλω ὁ ante simile μεταδῴη. De ὁ pro ὅδε v. Matth. et grammaticos. Pro lubitu Fritzsch. Comment. de Aristophanis Dætal. p. 9, τ. εἶδες ἐτεόν, et ἢ χρημ. οὗτός γε μετ. τινί. Apposite autem ad sententiam idem adscripsit illa Demosthenis De falsa leg. § 254 Bekk., θᾶττον γὰρ ἂν τοῦ αἵματος ἢ λόγου μεταδοῦναί τινι. De magnis sumptibus chororum tragicorum, etiamque comicorum, quamvis minus splendentium (v. Heraldus Animadv. ad Salmasii Observ. ad Jus Att. et Rom. 6, 8, 5,), vix suppetentibus tempore belli Pelop., Meinck. exposuit Hist. crit. Com. p. 42.

8.

Zonaras Lex. p. 605 : Ἐγερθῆναι ἐξ ὕπνου, ἀναστῆναι τῷ σώματι. E.

Τίς οὐξεγείρας μ' ἐστίν; οἰμώξει μακρὰ,
ὁτιή μ' ἀνίστης ὠμοϋπνον.

Eadem ap. gramm. codicis Naniani ap. Mingarellum p. 492. Ὠμόϋπνον, *semisomnem*, velut immaturo somno, h. e. primo neque arcto, dormientem. Philostratus Vit. Apoll. 8, 31, p. 371, annotante Mein. : τὸ δὲ (μειράκιον), ὥσπερ ἐμμανὲς, ἀναπηδῆσαν ὠμόϋπνον, etc., et comparate ὠμογέρων et ὠμόγραυς. Qui ὄντα in fine addendum putat, prætereaque ἀνίστης conjecit pro codicum ἀνέστησ', « nisi οἰμώξαι sit tertia futuri persona. »

9.

Schol. Aristoph. Nub. 96 : ἔπειτα E. εἰ καὶ δι' ὀλίγων ἐμνήσθη Σωκράτους, μᾶλλον ἢ Ἀριστοφάνης αὐτοῦ καθήψατο· οὐδὲν δὲ χεῖρον ἐπιμνησθῆναι τῶν Εὐπόλιδος·

Δεξάμενος δὲ Σωκράτης τὴν ἐπίδειξιν,...
Στησιχόρου πρὸς τὴν λύραν οἰνοχόην ἔκλεψεν,

οἷον δὴ ἦν ὁρᾷν τὸν φιλόσοφον τὸ ἐν φανερῷ μάλιστα σκεῦος καταχείμενον κλέπτοντα καὶ ὑφαιρούμενον. Id. ib. ad 180, ἐκ τῆς παλαίστρας θυμάτιον ὑφείλετο : ὅμοιον τῷ ὑπὸ E-δος ῥηθέντι περὶ Σωκράτους, Στησιχόρου ... ἔκλεψεν. Lacunam v. 1 supplevérunt vocabulo ᾄδων : sed quis fando audivit, Socratem cecinisse in publico? Scribendum arbitror ἵζων Στησ. πρὸς τὴν λύραν. Dictus fuerit aliquando Socrates in certamine musico, quum assideret lyræ Stesichori decoris causa expositæ in loco conspicuo, tamen, (quod additum est per invidiam) artis (furandi) specimen edens, urceum vinarium surripuisse. Satis simile ιζων vicino ιξιν, ut ab hoc haustum videri possit. Verba πρὸς τὴν λύραν poste-

5.

Circumibam ad allia et cepas,
et thus, rectaque ad aromata
et circum cibaria, locumque ubi libri venduntur.

7.

Jamne choragum unquam sordidiorem
vidisti? (*Non sane :*) citius sanguinem
quam opum (*magnarum*) particulam alicui impertiret.

8.

Quis est, qui me excitavit? — Vehementer plorabis,
quia me surgere facis semisomnem.

9.

Specimine autem edito Socrates
prope Stesichori lyram urceum vinarium furatus est.

riore tantum loco scholiastæ leguntur. Οἷον δή posui pro οἷον δ'.

10.

Olympiodorus ad Platonis Phædon. p. 65 ed. Heindorf. : ὁ γὰρ Εὔπολίς φησι περὶ τοῦ Σωκράτους, « Τί δῆτα ἐκεῖνον τὸν ἀδολέσχην καὶ πτωχόν, ὃς τἄλλα μὲν πεφρόντικεν, ὁπόθεν καταφαγεῖν ἔχοι, τούτου δὲ κατημέληκε. » Mein., secundum Herm. ann. ad schol. Nub. 360, nisi quod is lacunæ signa posuit post πεφρόντικεν (temere quidem, ut ipse Mein. fatetur, quum iambicis tetrametris dimetrum intermisceri solere ostenderint Fritzsch. Quæst. Aristoph. 1. p. 224, et Bergk. Comm. p. 353),

Μισῶ δ' ἐγὼ καὶ Σωκράτην, τὸν πτωχὸν ἀδολέσχην,
ὃς τἄλλα μὲν πεφρόντικεν,
ὁπόθεν δὲ καταφαγεῖν ἔχοι, τούτου κατημέληκεν.

Proculus Ms. apud Ruhnken. ad Xen. Memor. Socr. 1, 2, 31 : αὐτὸν μὲν τὸν Σωκράτην πτωχὸν ἀδολέσχην καλούντων τῶν κωμῳδιοποιῶν, καὶ τοὺς ἄλλους δὲ ἁπαξάπαντας, καὶ τοὺς ὑποδυομένους εἶναι διαλεκτικούς, ὡσαύτως ὀνομαζόντων· « Μισῶ δὲ καὶ Σωκράτην, τὸν πτωχὸν ἀδολέσχην. » Etymologus M. p. 18, 9 : Σωκράτην πτωχὸν ἀδολέσχην ἔφη E. Hos potius quam Olympiodorum expressit Hermannus : at in probabiliorem viam rediens Mein., « Propter Olympiodorum, » inquit, « fortasse scribendum est

Μισῶ γε δῆτ' ἐκεινονὶ τὸν πτωχὸν ἀδολέσχην,

vel μισῶ γε δὴ κἀκεινονί. » Veraque sane, si quid intelligo, verba δῆτ' ἐκεινονί. Sed apud ipsum Olympiodorum quum oratio sic incipiat Τί δῆτα ἐκεῖνον, etc., ad prægressam alterius interlocutoris pertinere arbitror τὸ Μισῶ hunc fere in modum, auctore Preculo,

— ἄλλους δ' ἁπαξάπαντας
μισῶ. β. Τί δῆτ' ἐκεινονὶ, etc.

« Socratis nomen apud Proculum ex interpretatione ortum videri potest. » *Mein.* Versu 3 Olymp. τούτου δὲ κατ., ubi alienum δὲ, aptum τούτου γε, *hujus quidem rei*. Cf. Pherecrat. Κρατ. 12. Sic etiam numeri vividiores et κωμικώτεροι.

11.

Etym. M. p. 18, 8 : διὸ καὶ ἀδολέσχας τοὺς φυσικοὺς ἐκάλουν, λέγει δ' Ὠρίων· καὶ Σωκράτην πτωχὸν ἀδολέσχην ἔφη E., καὶ ἐν ἄλλοις

(Ἀλλ') ἀδολεσχεῖν αὐτὸν ἐκδίδαξον, ὦ σοφιστά.

Ἀλλ' excidisse videtur propter simile secutum ἀδ-, sentiente etiam Mein.

12.

Eustath. ad Il. 2, 333, p. 231, 19 : ἐνταῦθα οἱ παλαιοὶ παρασημειοῦνται τὸ τοῦ ὄχλου παλίμβολον, ὅπως οἱ αὐτοὶ καὶ φεύγειν ἦσαν ἑτοιμότατοι, καὶ μένειν αὖθις ῥᾷον ἀνεπείσθησαν. ἐπιφωνοῦσι δὲ καὶ τὸ τοῦ Εὐπόλιδος « Οἷόν γέ πού 'στι γλῶσσ' ἀνθρώπου, εἴπερ ὁ μὲν λέγων φεύγωμεν ἀναπτεροῖ, ὁ δὲ αὖθις πείθει λέγων μίμνωμεν. » Ibidem schol. : « Οἷόν γέ πού 'στι γλῶσσα κἀνθρώπου λόγος. » κατὰ τὸν Εὔπολιν· « ὁ μὲν γὰρ λέγων φεύγωμεν ἀναπτεροῖ, ὁ δὲ μένωμεν πείθει. » ἅμα δὲ καὶ τὸ παλίμβολον τῶν δήμων ἐσήμανεν. Eupolidis versus sic videntur habuisse :

Οἷόν γέ πού 'στι γλῶσσα κἀνθρώπου λόγος,
εἴπερ ὁ λέγων « Φεύγωμεν » ἀναπτεροῖ γ', ὁ δ' (ἂν)
αὖθις λέγων « Μίμνωμεν » ἀναπείθει (πάλιν)!

In quibus ἂν, aptum hiatui vitando neque inelegans, neglectum dicas sequente αυ- simili, quemadmodum et πάλιν facile exciderit post πείθει. Primum versum solum poetæ esse judicat Meinek., cetera scholiastæ, dissentiente Hermanno Opusc. 5, p. 290.

13.

Eustath. ad Odyss. p. 1441, 16 : Δημόκριτος δὲ (fort. δὴ) ἐπιτηδειέστερόν φησι, καὶ Δεινόλοχος γενναιέστατον, Ἀντίμαχος δὲ ὅτι ἀφνειέστατος ἔσχεν. (καὶ) E. δὲ

— Πόλιν (τε) θεοφιλεστάτην
οἰκοῦσιν, ἀφθονεστάτην τε χρήμασιν.

Prius τὲ haustum fuerit a θε- syllaba, quæ sequi-

10.

— a. Aliosque simul omnes
odi. b. Quid igitur illum, mendicum garrulum,
qui cetera quidem curare solet,
unde vero cibum habeat, id quidem negligit?

11.

Garrire illum probe doce, sophista.

12.

Quale tandem est lingua oratioque hominis!
siquidem qui dicit « Fugiamus », volare facit viros; [qui vero
rursus dicit « Maneamus » *pariter* persuadet.

13.

— Urbem et diis carissimam
habitant, et opulentissimam.

tur. Mein. Πόλιν γε. Dicuntur Athenienses. Æschylus Eum. 792 : χώρας... θεοφιλεστάτης (Atticæ), ubi v. annot.

14. 15.

Idem ad Odyss. p. 1680, 26 : Ἀττικοὶ δὲ ἅπαντες τὸ ἴσθι καὶ ἐπὶ τοῦ ὕπαρχε τάττουσιν. E.

Μὴ τρηχὺς ἴσθι.

καὶ

Ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, μὴ φθονερὸν ἴσθ' ἀνδρίον·

ἤγουν μὴ φθονερὸς ἔσο ἄνθρωπος. καὶ ὅρα τὸ ἀνδρίον ὑποκοριστικῶς γενόμενον ἐκ τοῦ ἀνδρός. Τρηχὺς Ionice, ut τυλεία in Κόλαξι fr. 21.

16.

Idem ad Odyss. p. 1406, 27 : ἀντιβολία ἡ δέησις. E.

Κατ' ἀντιβολίαν δέκα τάλαντ' ἀπετισάμην.

Respicit Hesychius, Κατ' ἀντιβολίαν : κατ' ἀντίληψιν.

17.

Idem ad Od. p. 1517, 10 : τρύσιππον δ τοῖς τετρυμένοις καὶ ἀχρήστοις ἵπποις ἐπιβάλλεται, ἢ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον τρυσίππειον τετρασυλλάβως ἔγκαυμα ἵππου γεγηρακότος ἐπὶ τῆς γνάθου, ὅμοιον τροχῷ. φέρει δὲ ὁ αὐτὸς καὶ χρῆσιν E-δος ταύτην « Ἀλλ' ὥσπερ ἵππῳ μοι ἐπιβαλεῖς τρυσίππειον. » Recte Runkel. et Mein :

Ἀλλ', ὥσπερ ἵππῳ, μοὐπιβαλεῖς τρυσίππιον.

Photius, secundum Æl. Dionysium, Τρυσίππιον : ἔγκαυμα ἵππου γεγηρακότος ἐπὶ τῆς γνάθου, τροχῷ ὅμοιον. οὕτως E. « Cf. Cratetis Sam. fr. 2. Nota ista equis inusta dicebatur etiam ἵππου τρόχος, v. Phot. p. 112, 16. « *M.*

18.

Idem ad Odyss. p. 1535, 18 : ὅτι δὲ καὶ ἐδασύνοντο ἀττικῶς αἱ ἄρκυες, οὐκ ἄδηλον, καὶ φέρεται χρῆσις E-δος εἰς τοῦτο τοιαύτη·

— Σὺ δὲ τὰ καλώδια
ταῦθ' ἁρκυώρει,

ἐπεὶ καὶ ἁρκυωρὸς ὁ τῶν ἀρκύων φύλαξ.

19.

σας ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου. » Eustath. ad Il, p. 813, 46 : Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἱστορεῖ, τοὺς κωμικοὺς μάλιστα ἐκκλίνειν πᾶν τὸ ἔχον σιγμὸν καὶ ἐξήχησιν καὶ ψόφον. (Interpretamenta videntur verba κ. ἐξ. κ. ψ.) ... διὸ καὶ διασύροντες τοὺς τραγικοὺς, ὡς μὲν (male libri μὴ) τοιούτους, προσπαίζουσιν ἐν τῷ « Ἔσωσας ἡμᾶς ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐρ. » Idem ib. p. 896, 56 : καὶ ἡ κωμῳδία μετὰ τὴν εὕρεσιν τῆς χρήσεως τῷ (non τοῦ, ut vulgo) τ ἀντὶ τοῦ σ ἐπισημαίνεται χαίρειν, ὡς ἀπαλλαγεῖσα τῶν σιγμάτων Εὐρ. et ad Odyss. p. 1379, 58 : ὅτι δὲ ὁ τοῦ σίγμα ἦχος καὶ ἄλλως λυπεῖν οἶδεν (*solet* : v. Herm. ad Viger. ann. 188) ἀκρόασιν διὰ τὸ συχνὸν τοῦ σιγμοῦ, ... δηλοῖ καὶ ὁ πρός τινα ἐν διπλασιασμοῖς τοῦ τ ἀττικίζοντα εἰπὼν « Ὡς εὖ γέ σοι, ὅτι ἀπήλλαξας ἡμᾶς τῶν σιγμάτων Εὐρ. » Probabiliter Mein., cum Cobeto Obss. p. 183 delens ἡμᾶς,

Εὖ γέ σοι γένοιθ᾽ ὅτι
ἔσωσας ἐκ τῶν σίγμα τῶν Εὐριπίδου.

De nomine indeclinabili σῖγμα præter Porsonum et Schæferum ad Eurip. l. l. Mein. adhiberi jussit Huschk. Explicat. inscript. Locrensis p. 7. Chœroboscus Bekker. Anecd. p. 1169 : τινὲς παραναγινώσκουσιν ἐν τῇ κωμῳδίᾳ « Ἔσωσά σ᾽ ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐρ. » τὸ δὲ ἀληθέστερον κατὰ διάστασιν ἀναγινώσκεται, οἷον « Ἔσ. σ᾽ ἐκ τῶν σῖγμα », καὶ ἐπιφέρεται « τῶν Εὐρ. » ἵνα εὑρεθῇ τὸ ἄρθρον ἐπιφερόμενον, λέγω δὲ τὸ τῶν. Etiam apud Xenophontem Hell. 4, 4, 10, pro τὰ σίγματα ταῦτα Porsonus recte reponi jussit τὰ σῖγμα ταῦτα.

8.

Eustath. ad Odyss. 1, 150, p. 1403, 34 ; Παυσανίας δὲ παράγει καὶ χρήσεις τοιαύτας. Πλ. Σοφιστῇ (sic)

Ἐν τρισὶ
πληγαῖς ἀπηδέσθη τὸ ῥάμφος.

(Gramm. Bekkeri An. p. 424, 24, Ἀπηδέσθη : ἀπεβρώθη) καὶ ἐν Ἑορτ.

Κατηδέσθημεν ἂν
καὶ κατεκόπημεν εὐθύς.

9.

Idem ib. 5, 490, p. 1547, 58 : τὸ δὲ ὀπτῆσαι ἐξαῦσαι. Πλ. Ἑορτ.

Ὅδε τὸν ἐγκέφαλόν τις ἐξαύσας καταπίνει.

Perperam vulgo Ὁ δέ. Ὅδε τις, *vicinus aliquis* : v. ann. ad Aristoph. Ran. 479 nostræ ed. Meinekius nuper maluit τὸ ὀπτῆσαι ἐξαῦσαι Πλ. Ἑ. οἶδε· Τὸν ἐγκ. παῖς ἐξ. π.

10.

Pollux 10, 34 : καὶ ἀμφίκολλος (κλίνη)· οὕτω γὰρ τὴν κατακεκολλημένην ὠνόμασεν ἐν ταῖς Ἑορτ. Πλ.

Ἔπειτα κλίνην ἀμφίκολλον, πυξίνην.

Kuhn. : « ἀμφίκολλος κλίνη lectus est utrimque agglutinatum habens pluteum sustinendo pulvino capiti. » Cf. Schneideri Lex. v. Παράκολλος. (Festus : *Plutei* tabulæ, quibus quid præsepitur.)

11.

Idem ib. 135 : δεῖ δὲ ἐπὶ ταῖς ἐσθῆσι καὶ ῥαμμάτων. εἴρηται δὲ τοὔνομα ἐν Πλάτωνος Ἑορταῖς « Ἐμφέρεσθαι δὲ τὰ ῥάμματα. » Scribo

Ἐμφέρεσθε δὴ τὰ ῥάμματα,

in quibus imperativus a Mein. positus.

12.

Idem 7, 121 : στυλοβάτην δ᾽ ἐν τῇ οἰκίᾳ Πλ. εἴρηκεν ὁ κωμικὸς ἐν Ἑ.

13.

Idem ib. 186 : τὸ τοῦ ἀστραβηλάτου ῥῆμα ἀστραβεύειν Πλ. εἴρηκεν ἐν Ἑ.

14.

Idem 10, 54 : καὶ γὰρ τὰς ἐγκεντρίδας ἐπὶ τῇ τῶν ὑποζυγίων χρήσει Πλ. ὁ κωμικὸς ἐν Ἑ. εἴρηκεν.

15.

Antiatt. p. 102, 1 : Κόφινος οὐ ῥητέον, φασὶν, ἀλλὰ ἄρριχος. Π. Ἑορταῖς.

VIII. ΕΥΡΩΠΗ.

1.

Athen. 9, p. 367, C : ἐπὶ μὲν γὰρ ὄψου παρεσκευασμένου ποικίλου καὶ ἥδους (v. ad Ἑορτ. fr. 4.) τινὸς τοιούτου Πλάτωνα οἶδα εἰρηκότα (τὸ παροψὶς) ἐν Ἑορταῖς ... ἐν δὲ Εὐρώπῃ πάλιν ἐπὶ παροψήματος διὰ πλειόνων εἴρηκεν, ἐν οἷς ἐστι καὶ τάδε· « * Γυνὴ κα-

---

7.

— Bene tibi sit, quia (nos)
liberasti a sigmatis Euripideis.

8.

— Devorati essemus
et concisi statim.

9.

Vicinus aliquis cerebrum assatum deglutit.

10.

Deinde lectum utrimque agglutinato pluteo, buxeum.

11.

— Inferte sane nobis fila.

12.

Basin (spiram).

14.

Stimulos.

θεύδουσ' ἐστὶν ἀργόν. β. Μανθάνω. * Ἐγρηγορυίας δ' εἰσὶν αἱ παροψίδες αὗται μόνον κρείττους πολὺ χρῆμ' εἰς ἡδονὴν * ηταλλαβεῖν. οὐ γάρ τινες παροψίδες εἴσ' ἀντιβολῶ σε. » Ita hæc secundum libros edebat Mein. et pro conclamatis habebat. Nec leviter quidem corrupta sunt; adjuvant tamen nonnihil correctionem VL., in quibus legitur ἐγρηγορυῖαι et ἦνται (P. ητα) λαβεῖν. Igitur omine fausto scribamus

α. Γυναὶ καθεύδουσ' αἱ στόμαργοι.. β. Μανθάνω.
α. Ἐγρηγορυῖαι δ' εἰσὶν αἱ παροψίδες
αὗται μόνον κρεῖττον πολὺ χρῆμ' εἰς ἡδονὴν
ἢ τὰς λαβεῖν. β. Οὐ γάρ τινες παροψίδες
εἴσ'; ἀντιβολῶ σε.

Versu 3 κρεῖττον (sic enim Schweighæuserus pro κρείττους) πολὺ χρῆμα nihil aliud est quam πολὺ κρείττους. V. 4 τὰς pro ταύτας, sc. τὰς γυναῖκας. — In nupera tamen editione Meinek. suam de his sententiam aperuit, ita scriptis :

Γυνὴ καθεύδουσ' ἐστὶν ἀργόν. β. Μανθάνω.
α. Ἐγρηγορυίας δ' εἰσὶν αἱ παροψίδες,
αὐταὶ μόναι κρεῖττον πολὺ χρῆμ' εἰς ἡδονὴν
ἢ καταλαβεῖν· οὐ γάρ τινες παροψίδες
εἴσ', ἀντιβολῶ σε;

« Videtur aliquis, inquit, dormientem mulierem, fortasse Juppiter Europam, oppressurus esse. Id vetat alter. Nam, inquit, dormiens mulier ad venerem ignava est; at vigilans delicatissimis libidinum quasi additamentis, παροψίσι, te beabit, quæ vel sola per se incredibilem et vix cogitatione comprehendendam voluptatem afferunt. Nonne enim vere παροψὶς est τὸ μὴ σφόδρ' εἶναι πάνθ' ἕτοιμα, δεῖν δέ τι ἀγωνιᾶθαι καὶ ῥαπισθῆναί τε καὶ πληγὰς λαβεῖν ἁπαλαῖσι χερσίν; Hæc enim fere, quæ Timoclis verba sunt ap. Athen. 13, p. 470, F, proxime post ἀντιβολῶ σε intulerit poeta. »

2.

Idem 7, p. 328, F : πρημνάδας δὲ τὰς θυννίδας ἔλεγον. Πλ. Εὐρ. « Ἁλιευόμενός ποτ' αὐτὸν * εἶδον ἀνδράχμη μετὰ πρημνάδων, κἄπειτ' * ἀφῆκεν ὅτι ἦν βόαξ. » Sensit Mein. poetam dixisse εἷλον et ἀφῆχ'. Age, absolvamus emendationem ita scribendo,

Ἁλιευόμενος αὐτόν ποθ' εἷλον ἀνδράχλῃ
μετὰ πρημνάδων, κἄπειτ' ἀφῆχ', ὅτι ἦν βόαξ.

Versu 1 αὐτὸν secundo loco posui, ne duo continui sequerentur anapæsti, quod vitari solet iambicis senariis. Tum ἀνδράχλῃ ridicule dictum est pro εἰς ἀνδράχλην, *in foculum*, ad coquendum in foculo. Libri PVL. ἀνδράχμη, C. et Epit. ἀνδραχθῆ. Respicit versum grammat. Bekk. p. 383, 10, Ἁλιευόμενος : ἀντὶ τοῦ ἁλιεύων. Πλάτων. V. 2. Βόαξ apud Aristotelem H. A. 9, 3, vocatur βὼξ, quem gregatilibus piscibus adnumerat (ὅλως δὲ ἀγελαῖά ἐστι τὰ τοιάδε, θυννίδες, μαινίδες, κωβιοί, βῶκες, etc). Festus : « *bocas :* genus piscis a boando, i. e. clamando, appellatum. » *Bocas* intelligas βῶκας potius quam casum rectum singularis numeri, ut Gesnerus Thes. l. l. v. Boca. Isidorus 12, 6 : « *boccas* (immo *bocas*) dicunt etiam boves marinos, quasi boacas. » Nomen hodiernum hujus generis piscium ignoro, nisi forte est *cataphractus* Linn., de quo vir doctissimus Stein. *Hanbd. d. Naturgesch.* p. 229 : « *Der Knurrhahn* (*Steinpicker*), cataphractus, *an den nœrdlichen Küsten von Europa und Amerika, læsst, wenn er gefangen wird, einen knurrenden Ton hœren, der in den Kiemen entsteht. Er wird etwa 6 Zoll lang, hat einen vorn achtkantigen und von knœchernen Schilden umgebenen Leib,* » etc.

3.

Phrynichus Appar. sophist. p. 42, 5, Ἠμηχάνουν : Πλ. ἐν τῇ Εὐρ.

IX. ΖΕΥΣ ΚΑΚΟΥΜΕΝΟΣ.

« Titulus fabulæ ad nescio quam Jovis contumeliam (cf. ann. ad fr. 1. *Both.*) spectat : male enim apud Eudociam, Andronicum, et schol. Aristoph. Pac. 1244, legitur καλούμενος, quæ menda olim etiam Pollucem 7, 132, obsidebat. » *E M.*

1. 2.

Athen. 15, p. 666, D : Πλάτων δὲ ἐν Διὶ κακουμένῳ παιδιᾶς εἶδος παροίνιον τὸν κότταβον εἶναι ἀποδίδωσιν, ἐν ᾗ ἐξίσταντο καὶ τῶν σκευαρίων οἱ * δυσκυβοῦντες. λέγει δ' οὕτως·

EUROPA.

1.

a. Mulieres dormiunt loquaces... b. Intelligo.
a. Sed experrectæ sunt paropsides,
solæ hæ longe potiores ad delectandum
quam si istas adhibeas. b. Ubinam igitur sunt aliquæ
obtestor te. [paropsides ?

2.

Piscans aliquando cepi eum ad foculum
cum thunnis, deinde dimisi, quia erat box.

α. Πρὸς κότταβον παίζειν, ἕως ἂν σφῷν ἐγὼ
τὸ δεῖπνον ἔνδον σκευάσω, πάνυ βούλομαι.
β. Ἀλλ' ᾗ νόμος ἔστ'. α. Ἀλλ' εἰς θυείαν παιστέον.
Φέρε τὴν θυείαν! αἶρ' ὕδωρ! ποτήρια
παράθετε! β. Παίζωμεν δὲ περὶ φιλημάτων·
α. (Φιλημάτων ποίων;) ἀγεννῶς οὐκ ἐῶ
παίζειν. Τίθεμαι μὲν κοτταβεῖα σφῷν ἐγὼ
τασδί γε τὰς κρηπῖδας, ἃς αὐτὴ φορεῖ,
* καὶ τὸν κότυλον τὸν σόν. β. Βαβαιάξ, οὑτοσὶ
μείζων ἀγὼν * τῆς Ἰσθμιάδος ἐπέρχεται!

Apud Ath. ponendum esse οἱ δυστυχοῦντες, *aberrantes*, jampridem ostendi in Noctibus Naucraticis. Illos dicit καὶ τῶν σκευαρίων (i. e. ποτηρίων) ἐξίστασθαι, *ipsis vasculis excidisse*, h. e. vel ablatis poculis punitos esse; quod ipsi Jovi evenisse videtur ridicule, ut in comœdia (cf. fr. 3), proptereaque drama inscriptum esse Δία κακούμενον. Ipsius enim dei partes in eo fuisse sicut Herculis, consentaneum est, et Neptuni quoque orationem agnoscere mihi visus sum fr. 7. Præterea dominum (lenonem, ut vidit Cobetus Obss. p. 98), ejus uxorem, quæ significatur versu 8, et servum adfuisse oportet in scena. Versu 2 libri τὸ δεῖπνον ὃν ἐσκευάσω. Correxerunt Jacobs. et Dindorf. Dobræus ἰὼν τὸ δ. σκ. V. 3 libri ἀλλ' ἄνεμος ἐστάλλεις vel ἐστάλεις. Hermannus obscuriore sententia Ἀλλ' ἃ νόμος ἔστ', nec recte servulo tribuuntur verba φέρε ... παράθετε, quæ domini est oratio. V. 6 lacunam explens Dobr. Ποίων φιλημάτων; probabilius, ni fallor, nos Φιλ. ποίων; V. 7 libri τίθεμαι κοττ., hiante versu. Cobetus τίθημι. Jacobs. apud Schweigh. τιθ. δὲ κοττ., sed verisimilius est, —μαι syllabam offecisse simili —με, quod sequebatur. Particulam μὲν etiam non sequente alia opposita usurpari docent grammatici. V. 9 ne vox gravissima κότυλον thesi obscuretur, scripserim καὶ τόνδε σὸν κότυλον (Herculis poculum capacius). Huc respexerit Athen. 11, p. 478, E: καὶ Πλ. ἐν Διὶ κακ. τὸν κότυλον φέρει φησί. V. 10 mendosa puto verba τῆς Ἰσθμ., et malim μείζων ἀγών τις Ἰσθμιακοῦ γ' ἐπ., in quibus Ἰσθμιακὸς ἀγὼν ambigue dicitur, quasi et angustus, cui μείζων opponitur. Facetiam illustrat schol. Aristoph. Pac. 814: nam, quod Casaub. cogitabat Ἰσθμιάδος πίτυος, prorsus alienum est, parumque usitata ellipsis vocabulorum ἑορτῆς vel νίκης, quæ Mein. intelligebat.

3.

Idem 15, p. 667, B: ἀγκυλοῦντα γὰρ δεῖ σφόδρα τὴν χεῖρα εὐρύθμως πέμπειν τὸν κότταβον, ὥς Δικαίαρχός φησι, καὶ Πλ. δὲ ἐν τῷ Δ. κ. παρακελεύεται δέ τις τῷ Ἡρακλεῖ μὴ σκληρὰν ἔχειν τὴν χεῖρα μέλλοντα κοτταβίζειν. Non postrema hæc, sed priora esse verba Platonis intellexerunt Dobræus et Cobet. p. 99:

— Ἀγκυλοῦντα δεῖ σφόδρα
τὴν χεῖρα πέμπειν εὐρύθμως τὸν κότταβον.

Aberraverat, opinor, ludens Juppiter, ideoque poculum ei ablatum est (v. ann. ad fr. 1). De hoc admonens aliquis præsentium Herculem, cavere jubet eum, ne pariter peccans pariter puniatur.

4.

Idem ib. p. 677, A: διὰ δὲ τὴν σὴν γλῶσσαν τῆς ὑπογλωττίδος μνησθήσομαι, * ἧς Πλάτων ἐμνήσθη ἐν Δ. κ.

Καίτοι φορεῖτε γλῶτταν ἐν ὑποδήμασιν·
ὑπογλωττίσι στεφανοῦσθ', ὅταν πίνητέ που·
κἂν καλλιερῆτε, γλῶτταν ἀγαθὴν πέμπετε.

Ap. Athen. ἧς Πλ. ἐμνήσθη suspecta propter tautologiam τοῦ ἐμνήσθη. Quare malim ὡς Πλ. ἐν Δ. κ. Versu 1 γλῶτταν, *lingulam*. Festus: « Lingula per deminutionem linguæ dicta; alias a similitudine linguæ exsertæ, ut in calceis (lorum coriaceum. *Gesner*. Thes. L. L. v. Lingula sive Ligula) alias insertæ, i. e. intra dentes coercitæ, ut in tibiis. » Dicitur quoque vario modo *ligula* prima correpta: Gesner. ib.; Schneider. Lex. v. Γλῶσσα.

JUPPITER MALE HABITUS.

1.

a. Cottabo ludere, donec vobis
ego cœnam apparavero intus, valde volo.
b. At qua mos est. a. At in mortarium ludendum.
Affer mortarium! hauri aquam! pocula
apponite! b. Ludamusque in oscula.
a. (Quænam in oscula?) illiberalem non permitto
ludum. Propono autem vobis ego præmia cottaborum
has quidem crepidas, quas ipsa gerit,
et hunc tuum cyathum. b. Papæ, hoc
majus quoddam Isthmiaco certamen appropinquat!

3.

Oportet valde sinuantem
manum, musice mittere cottabum.

4.

Quanquam geritis lingulam in calceis,
hypoglottidibus coronamini, sicubi potatis;
et, si litastis, bona verba dicitis.

V. 2 libri στεφάνους δ' ὑπογλωττίσιν. Schweigh. στεφανοῦσθε δ', Pors. Misc. p. 44 et Mein. στεφανοῦσθ' ὑπ., hiante versu, cui succurrens edidi ὑπ. στεφανοῦσθ'. Ibidem ὅτε legebatur ante Schweigh., qui *hypoglottidem* recte interpretatur coronam ex hypoglosso, qua de planta laudat Plinium H. N. 27, 11, 67, et 15, 30, 39, cum ann. Harduini. Cf. Schneideri Lex. vv. Ὑπόγλωσσον et Δάφνη, Stein. *Handb d. Naturg.* 2, p. 72.

5. 6.

Orion ed. Schneidewini p. 42, 17 : ἐκ Διὸς καλουμένου (sic) Πλάτωνος κωμικοῦ.

Γλώττης ἀγαθῆς οὐκ ἔστ' ἄμεινον οὐδὲ ἕν.
* * *

Ἡ γλῶττα δύναμιν τοὺς λόγους ἐκτήσατο,
ἐκ τῶν λόγων δ', ἅττ' αὐτὸς ἐπιθυμεῖς, ἔχῃς.

V. 2 vitiose liber ἔχεις. Ἔχῃς, *habeas*, habere poteris; quod etiam homœoteleuton amolitur.

7.

Athen. 3, p. 119, B : καὶ ἀρσενικῶς ὁ τάριχος λέγεται παρ' Ἀττικοῖς. ... Πλ. Δ. κ.

Ὥσθ', ἅττ' ἔχω, ταῦτ' ἐστί· ταρίχους ἀπολέσω;

Neptuni hæc verba esse putes, cujus item partes fuerint in hoc dramate, quum non felicius fratre lusisset, ne poculum suum amitteret, ridicule salsamenta piscium secum allata pro eo videtur oppignerasse, sed mox iterum aberrasse, jamque pignus illud auferentes verbis Ὥστ' — ἀπολέσω; deterrere conatus esse ab incepto. Dicas hoc hysteronproteron patheticum pro ταρ. ἀπολέσω; ὥσθ' — ἐστί. Cobetus Obss. p. 101 correxit ταῦτ' ἐς ταρίχους, in aliam prorsus sententiam.

8.

Pollux 10, 17 : Πλ. δὲ ἐν Δ. κ. καὶ τὸ τόξον ἐν παιδιᾷ παρεικάζων ἔφη

Κεράτινον εἶχον σκευοφόριον καμπύλον.

Et 7, 132 : τὸ δὲ ξύλον, ἐφ' οὗ τὰ σκεύη κατηρτημένα ἔφερον, σκευοφόριον ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Δ. κ. ὠνόμασται. Sic codd.; vulgo σκευοφορεῖον, ut Photius: σκευοφορεῖον καὶ ἀναφορεῖον, τὸ ἐπὶ τῶν ὤμων ἀμφίκολλον (male codex ἀμφίκοιλον) ξύλον, οὗ ἐξαρτῶσι τὰ βάρη. « In Platonis versu, quem ex gripho ductum suspiceris, aut καὶ delendum cum Jungermanno post σκευοφ. (quod fecimus) aut κἀγκύλον scribendum. » *M.*

9.

Schol. Luciani Merc. cond. cap. 21, Ἐπὶ Μανδροβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα : παροιμία κατὰ τῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον προκοπτόντων ἀεί. ὁ γὰρ Μανδρόβουλος οὗτος, εὑρών ποτε θησαυρὸν ἐν Σάμῳ, χρυσοῦν πρόβατον ἀνέθηκε τῇ Ἥρᾳ, τῷ δὲ δευτέρῳ ἔτει ἀργυροῦν, τῷ δὲ τρίτῳ χαλκοῦν. μέμνηται Πλ. ὁ κωμικὸς ἐν Δ. κ. « Eadem ferme Zenobius 3, 82, aliique proverbiorum scriptores, omissa tamen Platonis memoria. » *Mein.*, qui scripsit

Ἐπὶ Μανδροβόλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα.

X. ΙΩ.

Athen. 14, p. 657, A : θηλυκῶς δὲ (τὸ δέλφαξ) Νικοχάρης ἔφη, κύουσαν δέλφακα.... καὶ Πλ. Ἰοῖ « Πρόσφερε δεῦρο δὴ τὴν κεφαλὴν τῆς δέλφακος. » Versum initio uno pede truncatum putat Meinek. Mihi non sic videtur, sed forte δὲ ante δεῦρο neglectum, ubi sensit, librarium posteriore loco immisisse, idque postea in δὴ mutatum esse, ut sæpe alias : sententia enim διαλογικὴ hujus versus iambico senario apta est, neque opus, eam ad lyricum aliquod metrum assurgere. Scribam haud cunctanter

Πρόσφερε δὲ δεῦρο τὴν κεφαλὴν τῆς δέλφακος.

XI. ΚΛΕΟΦΩΝ.

De Cleophonte, duce Atheniensium et demagogo pessimo, v. Meinek. Hist. crit. Com. p. 171-173, nobisque annotata ad Aristoph. Ran. 637 et Thesmoph. 763.

1.

Athen. 7, p. 315, C, de pisce marino ὀρφῶς (v. Aristot. H. A. 5, 9, 5, et inprimis nostram annot. ad Vesp. 478) disserens : Πλάτων Κλεοφῶντι

5.
Bona lingua melius nihil est.

6.
Lingua vim orationum adepta est,
orationibusque, quidquid ipse cupis, habeas.

7.
Quum hæc sint ea, quæ habeo, salsamenta per-[dam?

8.
Corneum habebam ferculum curvum.

9.
Mandroboli modo res agitur.

10.
Afferque huc caput porcelli (*vel* porci).

— Σὲ γάρ, γραῦ, συγκατῴκισ' ἂν σαπρὰν
ὀρφῶσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βοράν.

Libri mendose συγκατῴκισεν σ., tum ὀρφοῖσι, quæ vulgaris est forma hujus nominis : v. Bergk. Commentt. p. 418. « Vetulam istam haud dubie dicit Cleophontis matrem, cujus non minimæ partes fuisse videntur in hac fabula. » *M.* Σαπρὰν, *putidam* vetustate : vid., si tanti est, Suidas v. Σαπρός. De φάγρῳ (pagro) seu παγούρῳ dictum ad Aristoph. Eq. 558.

2.

Eustath. ad Odyss. p. 1441, 26 : οὕτω καὶ λαγνίστατον καὶ κλεπτίστατον καὶ λαλίστερον εὕρηκά σε.... καὶ Πλ. Κλ.

Ἵν' ἀπαλλαγῶμεν ἀνδρὸς ἁρπαγιστάτου.

« Versus haud dubie ad ipsum Cleophontem spectat, sicut etiam is, qui sequitur. » *E M.*

3.

Gramm. Bekkeri p. 418, 15, Ἀπαρτί :... παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου.... Πλ. Κλ.

Ἀλλ' αὐτὸς ἀπαρτὶ τἀλλότρι' οἰχήσει φέρων.

« Codex αὐτό. Correxit Bergk. Commentt. p. 384. Bekkerus et Ruhnken. Hist. crit. Oratt. p. XLIV αὔτ' ἀπαρτί. » *E M.* Hoc aliquis responderit ei, qui metueret, ne propter scelera solum vertens Cleophon bonorum jactura puniretur.

4.

Phrynichus Præp. sophist. p. 9, 6 : Ἀναψαθάλλειν τὸ πέος... Ἕρμιππος ἄνευ προθέσεως λέγει ψαθάλλειν ἀντὶ τοῦ κνᾶν « Σὺ δὲ τὴν κεφαλὴν ψάθαλλέ μου, » ἀντὶ τοῦ ψηλάφα. καὶ Πλ. ἐν Κλεοφῶντι

— Ἐψάθαλλε, λεῖος ὤν.

Codex ἐν Κλειτοφῶντι, quod correxit Mein.

5.

Athen. 3, p. 76, F.; Σέλευκος δ' ἐν ταῖς Γλώσσαις καὶ γλυκυσίδην τινὰ (intell. πόαν) καλεῖσθαί φησι, σύκῳ τὴν μορφὴν μάλιστα ἐοικυῖαν· φυλάττεσθαι δὲ τὰς γυναῖκας ἐσθίειν διὰ τὸ ποιεῖν ματαϊσμούς, ὡς καὶ Πλ. ὁ κωμῳδιοποιός φησιν ἐν Κλ. V. Schneider. Lex. v. Γλυκυσίδη. Plinius H. N. 25, 4 : *Vetustissima inventu pæonia est, nomenque auctoris retinet, quam quidem pentorobon appellant, alii glycysiden*, etc. *Pæonia*, i. e. medicinalis. Virgilius Æn. 7, 769 : *pæoniis revocatum herbis.*

6.

Antiatt. p. 79, 20, Ἀ ρ γ ύ ρ ι α : πληθυντικῶς, οὐχ ἑνικῶς. Πλ. Κλ. Schol. Aristoph. Nubium 755 : ἡ γραφὴ ἀ ρ γ ύ ρ ι α παρὰ Φρυνίχῳ κεῖται, ὅτι οἱ κωμικοὶ πληθυντικῶς φασιν, οἱ (δὲ) ῥήτορες ἑνικῶς. « Hic Phrynichum dicere videtur grammaticum Apparatu sophistico, eo, quo nunc utimur, pleniore. » *E M.*

7.

Pollux 10, 56 : Πλ. ὁ κωμικὸς, ἐν Κλ. σ μ α ρ ά γ ν α ν τὴν μάστιγα ὠνόμασεν. « Codd. ἀμάραγαν et ἀμαράγαν. Hinc recte Jungermann. σμαράγναν. Cf. Cobet. Obss. p. 151. Penacute scribendum esse μαράγνα præceperat Herodianus, teste scholiasta Euripidis Rhes. 804. » *Mein.*

XII. ΛΑΪΟΣ.

Hæc fabula videtur fuisse parodia tragœdiæ cognominis ab Æschylo scriptæ, quæ non tulit ætatem. Neque enim probabile huc pertinere illa Athen. 13, p. 602, F : φασὶ τοιούτων ἐρώτων (scil. παιδικῶν) κατάρξασθαι Λάϊον, ξενωθέντα παρὰ Πέλοπι, καὶ ἐρασθέντα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, Χρυσίππου.

1.

Athen. 2, p. 68, C : ὅτι τοὺς πέπονας Κρατῖνος μὲν σικυοὺς σπερματίας κέκληκεν ... Πλ. Λαΐῳ

Οὐχ ὁρᾷς ὅτι
ὁ μὲν Λέαγρος, Γλαύκωνος ὢν μεγάλου γένος,
ἀβελτεροκόκκυξ ἠλίθιος περιέρχεται,
σικυὸς πέπων, εὐνουχίου κνήμας ἔχων;

V. 1 et 2 libri ὁρᾷς δθ' ὁ Μελέαγρος, quod correxit Meinek. Idem versu 2 nunc revocavit codi-

---

CLEOPHON.

1.

— Nam te, anus, una habitatum misissem putidam
cum orphis, cartilagineis et paguris.

2.

Ut disjungamur a viro rapacissimo.

3.

At ipse e contrario alienis abibit raptis.

4.

Contrectabat se, quum lævis esset.

LAIUS.

1.

— Non vides,
Leagrum quidem, Glauconis magni genus,
stupidum cuculum, stulte circumire,
cucurbitæ caput, eunuchiique crura habens ?

cum γένους, quem dicendi modum rariorem tuetur exemplis Aristoph. Av. 763 et Soph. OEd. T. 1383. Versu 3 libri κόκκυξ, quod integravit Bergkius ad Anacreont. p. 257, ex Phrynicho Bekk. p. 27, 24, Ἀβελτεροκόκκυξ : ἀβέλτερος καὶ κενός. κόκκυγα (add. γὰρ) λέγουσι τὸν κενὸν καὶ κοῦφον. Deinde malim, propter tautologiam vulgatæ, ἠλιθίως. Mireris autem viros doctos non emendasse versum 4 manifesto corruptum, qui sic editur σικυοῦ πέπονος εὐνουχίου κνήμας ἔχων. Integer sensus in eo quod posui. Cucurbitæ caput crassum et eunuchii crura tenuia Leagro isti affinguntur per ridiculum : lactucæ enim genus est *eunuchion*, herba sic appellata secundum Plinium 19, 8, « quoniam hæc maxime refragetur veneri. » *Crura* vocantur ejus herbæ pediculi. De casu recto reposito pro genitivo cf. prolegomena Laconum.

2.

Schol. Aristoph. Pluti 179, de Philonide poeta : κωμῳδεῖται ὡς εὔπορος, καὶ ὡς μέγας τῷ σώματι, καὶ ἠλίθιος. καὶ Πλ. ἐν Λ. φησὶν

Οὐχ ὁρᾷς, ὅτι
Φιλωνίδην πη τέτοκεν ἡ μήτηρ ἄνουν,
τὸν Μελιτέα, κοὐκ ἔπαθεν οὐδέν;

Versu 2 et 3 libri που τ. ἡ μήτηρ ἀνόητον Μελιτέα, quorum ποὺ ineptum reliquerunt, Bentlejus autem et Hemsterhus. aliique confidenter scripserunt ὄνον τὸν Μελ., abusi illis in Ἀφροδισίοις Theopompi

Ὄνος μὲν ὀγκᾶθ' ὁ Μελιτεὺς Φιλωνίδης·
ὄνῳ (δὲ) μιγείσης μητρὸς ἔβλαστεν πόλει.

Ἄνουν, ut Acharn. 691. Potest ut vel forte scriptum ανουτον abierit in ανοητον, vel interpretandi causa rariori ἄνουν allitum ἀνόητον genuinam vocem expulerit. Πῇ, *aliquo modo*. Intelligas *cum bruto animali concumbens*, quod Theopompus dixit ὄνῳ μιγεῖσα. Non improbabiliter autem H. Jacobi, plaudente Meinekio, hæc cum superiori fragmento conjunxit, ita ut scholiastes vocabula Οὐχ ὁρᾷς ὅτι ab initio longioris periodi huc delata repetierit; scribendo Φιλωνίδην δ' οὐ τέτοκεν...; pro που.

3.

Antiatt. p. 96, 24 : Ἐπινέφελον : Πλ. Λ.

4.

Idem p. 100, 26, Ἴσσα : τὸ ἐπιχαρτικὸν ἐπιφώνημα. * μέμφεται. Πλ. Λ. Photius, Ἴσσα : ἐπίφθεγμα τῶν ἀπολαχόντων καὶ ὅλως δυσπραγούντων. ἔστι καὶ ἐν Μεσσηνίᾳ Μενάνδρου, καὶ ἑτέρωθι. « Similiter Suidas, nisi quod vitiose scriptum habet ἐπὶ τῶν ζ λαχόντων, pro ἀπολάχοντων (?) vel ζημίαν λαχόντων. Apud Antiatt. fortasse legendum est μέμφονται. Fuit igitur malevolorum hominum exclamatio, alienis malis gaudentium. » *E M.* Issa est nomen catellæ apud Martialem 1, 110. — Præterea Cobetus Obss. p. 126 ad Laium refert Symmach. fragm. 3.

XIII. ΛΑΚΩΝΕΣ Η ΠΟΙΗΤΑΙ.

« Plenum titulum fabulæ servarunt Suidas et Eudocia, ceteris eam simpliciter appellantibus Λάκωνες. De auctore dubitatum esse docet Harpocration v. Σθένελος : ἐκωμῴδει δὲ αὐτὸν (intell. Sthenelum, poetam tragicum) ὁ τοὺς Πλάτωνος Λάκωνας γράψας, ὡς ἀλλότρια ἔπη σφετεριζόμενον. » *E M.* Sed absurdi quid sonant verba ὁ τοὺς Πλ. Λ. γράψας, vereorque ne nomen Πλ. delendum sit, vel ortum ex Πλάτων, interpretamento. De hoc quidem cf. ann. ad Laii fr. 1, 4; de diverso autem argumento Poetæ prolegomena ejus dramatis.

1.

Athen. 15, p. 665, B : καὶ γὰρ καὶ περὶ τάξεως τῶν περιφορῶν πολλάκις ἐλέχθη, καὶ περὶ τῶν μετὰ τὸ δεῖπνον ἐπιτελουμένων, ἅπερ καὶ μάλα (inepte libri μόλις) ἀναπεμπάζομαι (recordor), εἰπόντος τινὸς τῶν ἑταίρων τὰ ἐκ τῶν Λακώνων Πλάτωνος ἰαμβεῖα·

α. Ἄνδρες δεδειπνήκασιν ἤδη σχεδὸν ἅπαντες. β. Εὖγε.
α. Τί οὐ τρέχων σὺ τὰς τραπέζας ἐκφέρεις; ἐγὼ δὲ
λίτρον παρέξων ἔρχομαι. β. Κἀγὼ δὲ παρακορήσων·
σπονδὰς δ' ἔπειτα παραχέας τὸν κότταβον παροίσω.
α. Τῇ παιδὶ τοὺς αὐλοὺς ἐχρῆν ἤδη πρὸ χειρὸς εἶναι,

2.

— Non vides,
matrem nescio quo modo peperisse Philonidem
Melitensem, nihil passam?

LACONES sive POETÆ.

1.

a. Cœnarunt jam propemodum omnes. b. Euge.
a. Quidni tu curris mensas exportatum? ego vero nitrum datum eo. b. Egoque sane scopis verram cubiculum;
libationibusque dein affusis cottabum afferam.
a. Puellæ tibias jam ad manum esse oportuit,
ut eas inflaret. Unguentum jam affundam
Ægyptium, posteaque irinum; deinde autem coronam unicuique

καὶ προαναφυσᾶν. Τὸ μύρον ἤδη παράχεον βαδίζων
Αἰγύπτιον, κἆτ' ἴρινον· στέφανον δ' ἔπειθ' ἑκάστῳ
δώσω φέρων τῶν ξυμποτῶν. Νεοκρᾶτά τις ποιείτω.
β. Καὶ δὴ κέκραται. α. Τὸν λιβανωτὸν ἐπιτιθῇ τις. β. Εὖγε.
Σπονδὴ μὲν ἤδη γέγονε, καὶ πίνοντές εἰσι πόρρω·
καὶ σκόλιον ᾖσται, κότταβος δ' ἐξῴχετ' οὖν θύραζε·
αὐλοὺς δ' ἔχουσά τις κορίσκη Καρικὸν μέλος τι
ἐμελίζετ' ἐν τοῖς ξυμπόταις· κἄλλην τρίγωνον εἶδον
ἔχουσαν, εἶτ' ᾖδεν πρὸς αὐτὸ μέλος ἰωνικόν τι.

Colloquium dispensatoris, sive curatoris rerum domesticarum domini alicujus, cum servo primario coram aliis servulis. Versu 1 recte Dind. ἄνδρες pro ἄνδρες. Εὖγε est assentientis. V. 3 libri εἰσέρχομαι, corrigente Hermanno. Ibidem et v. 6 libri mendose παραχέων. Mein. hoc l. παραχέας, Cobet. melius παρέξων. « Nitrum lavandis manibus adhibuisse Græcos, constat ex Libanio vol. 4, p. 145, Alciphrone 3, 61, et aliis. » *Mein.*, qui in nupera edit. prætulit conjecturam Casauboni νίπτρον. V. 5 πρὸ χειρὸς Hermannus. Libri προχείρους. Meinek. in ed. alt. προχειρίσασθαι. V. 6 προαναφυσᾶν Cobetus pro edito προσαναφ. Deinde Meinek. παραχέων βαδίζω. V. 8 libri νεόκρατα correctum a Dindorfio. V. 9 mendose libri ἐπιτιθεὶς εἶπε : quod correxi. Meinekius in εἶπε latere putat εἶτ' ἐ[πάγει], et plura ab Athenæo hic esse omissa demonstravit Cobetus Obss. p. 90. V. 10 sic codex optimus, nisi quod με pro μέν. In fine εἰσὶ πόρρω Porsonus Misc. p. 247 : libri ἤδη πόρρω. Versu 11 læsa temporum consecutione libri ἐξοίχεται θύρ., quod emendavi; itidem ut v. 13 quod legebatur μελίζεται τοῖς. V. 12 τι in fine addidit Hermannus. V. 13 κἄλλην Schweighæus. pro καλήν. V. 14 cod A τιτηδε, vulgo ἦτ' ᾖδεν. Recte Schweigh. εἶτ ᾖδεν

2.

Schol. Dioscoridis in Matthæi Medicis Græcis p. 361 : Καυλὸν γωνιοειδῆ κεκλιμένον] ἀντὶ τοῦ μέγαν καὶ στερεὸν, ὡσεί τις λέγοι γωνιαῖον λίθον. Πλ. Λάκωσιν « Ὅταν δέωμαι γωνιαίου ῥήματος, τούτῳ* παριστῶ καὶ* μοχλεύω τὰς πέτρας. » Suspicor, hæc Sthenelum, Tragicum ineptum (v. schol. ad Aristoph. Vesp. 1266) dixisse quem alienis carminibus, præsertim grandiloquorum poetarum, velut Æschyli, usum esse pro suis in hac ipsa fabula tradiderat Plato, teste Harpocratione p. 166 3 (v. annot. ad prolegomena Laconum). Non dissimile est illud Aristoph. Nub. 1334 : ὦ καινῶν ἐπῶν κινητὰ καὶ μοχλευτά. Proprio sensu Euripides Cycl. 226, πέτρας μοχλεύειν. Locum ita refingas :

α. Ὅταν δὲ δέωμαι γωνιαίου ῥήματος;
β. Τούτῳ παρίστω, καὶ μόχλευε τὰς πέτρας.

a. *Quid vero, si angularibus verbis* (i. e. tropice vastis, grandibus, magnificis. Germani dicant *vierschrætige Worte. Both.*) *mihi opus est?* quibus alter respondet : *Ad hujus societatem te applica, rupesque move.* (Simili proverbio nostrates solent dicere de eo qui magna audet, *er kann Berge versetzen.* Livius quoque 9, 3 : *Num montes moliri sua sede paramus?*) Æschylus adfuisse videtur in scena (sicut alii plures poetæ, quod titulus comœdiæ indicat. *Both.*). » *E M.* Quem ego secutus in ceteris postrema sic scribam καὶ μοχλεύσονται πέτραι. Alienus enim articulus, facileque ι et σ litteræ confunduntur, quemadmodum Odyss. 1, 297, in codice uno νηπιάσας scriptum est pro νηπιαίας, etc.

3.

Schol. Aristoph. Avium 471, de Æsopo : ὁ δὲ κωμικὸς Πλ. καὶ ἀναβιῶναι αὐτόν φησιν ἐν τοῖς Λάκωσιν οὕτως « Καὶ μὴν ὀμοσόν μοι μὴ τεθνάναι, ψυχὴν δ' αὖ ἥκειν ὥσπερ Αἰσώπου ποτέ. » Suidas v. Ἀναβιῶναι : ἤδη δέ τινές φασιν εἰς τοσοῦτον ἄρα τὸν

dabo convivarum. Denuo quis vinum misceto.
b. Jam mixtum est. a. Libanotum quis imponat. b. Euge.
Libatio quidem jam facta est, perguntque bibere;
et scolion cecinerunt; tum cottabus exportatus est foras;
tibiasque tenens quædam puella Caricum nescio quod melos
modulabatur apud convivas; aliamque vidi, quæ trigonum
habebat, ad quod deinde cecinit quoddam Ionicum.

2.

a. Si vero sesquipedalis verbi indigeo?
b. Huic te applica, et movebuntur petræ.

Αἴσωπον θεοφιλῆ γενέσθαι, ὡς καὶ ἀναβιῶναι αὐτόν... καὶ Πλ. φησὶν ὁ κωμικὸς « Καὶ νῦν ὅμοσόν μοι μὴ τεθν. τὸ σῶμα ἐγώ. ψυχὴ δ' ἀπὸ νίκης ὥσπερ Α. π. » Platonis hæc videtur manus :

α. Καὶ νῦν ὅμοσόν μου μὴ τεθνάναι τὸ σῶμ'..
β. Ἐγώ.
α. Ψυχὴν δ' ἐπανήκειν, ὥσπερ Αἰσώπου ποτέ.

Ambigui vitandi causa dedimus ὅμοσόν μου (τὸ σῶμα, sive ἐμὸν σῶμα) pro ὅμοσόν μοι. Kusteri est ἐπανήκειν. Cobetus Obss. p. 95 Τὸ σῶμ' ἐγώ, ψυχὴν δ' et seqq. alteri personæ dedit. De Æsopo v. Herodotus 2, 134.

4.

Antiatt. p. 105, 10, Κιόκρανα : τὰς τῶν χιόνων κεφαλάς. Πλ. Α. « Iisdem verbis Pollux 7, 121, ubi corrigunt χιονόκρανα, quod habes ap. Xenoph. Hell. 4, 4, 5. et Eustathium Odyss. p. 111, 67. Sed breviorem formam κιόκρανα ap. Strabon. 4, 4, 6, et in titulo apud Bœckh. C. I. vol. 1, p. 262, 29. Conf. Lobeck. ad Phryn. p. 669. » *Mein.*

5.

Photius p. 279, 19, Μυλακρίδες : σίλφαι μαλακαὶ, ἢ λευκαί· ἢ τρωξαλλίδες καὶ ἀλετρίδες. Πλ. Α. Mendose codex μυλαβρίδες σίλφαι αἱ μαλ., ἔλλευκοι et ἀετρίδες, quod correxit Mein. : v. interpp. Hesychii vol. 1, p. 631. Emendandus etiam Plinius H. N. 29. : *mylæcos* (immo *mylacris*), *vermiculi genus ex blattis, circa molas fere nascens.*

6.

Athen. 9, p. 380, E : Σώφρων δ' ἐν Γυναικείοις κατὰ κοινότερον κέχρηται (verbo παραφέρειν), λέγων « Παράφερε* χοικόα τὸν σκύφον μεστόν. » Καὶ Πλ. δ' ἐν Λάκωσιν ἔφη « * Πάσας περιφερέτω. » Suspicor scribendum esse apud Sophronem Παράφερε χυχῶνος τὸν σκ. μ. et apud nostrum Πάστας. Meinek. supplebat κύλικας, nisi sit scribendum Πλήσας. Præter necessitatem Schweigh. παραφερέτω.

XIV. ΜΕΝΕΛΕΩΣ.

1.

Athen. 14, p. 641, B : Πλ. δ' ἐν Μενέλεῳ ἐπιτραπεζώματα αὐτὰ καλεῖ, [οἷον τὰ ἐπιτιθέμενα ταῖς τραπέζαις βρώματα,] λέγων οὕτως « Εἰπέ μοι, ὡς ὀλίγα λοιπὰ τῶν ἐπιτραπεζωμάτων. Ὁ γὰρ θεοῖσιν ἐχθρὸς αὐτὰ κατέφαγεν. » Sic scribendum esse arbitror :

— α. Εἰπέ μοι,
ὡς ὀλίγα λοιπὰ τῶν ἐπιτραπεζωμάτων;
β. Ὁ γὰρ θεοῖσιν ἐχθρὸς αὐτὰ κατέφαγεν.

Athen. 4, p. 170, F : ἔλεγον δὲ καὶ ἐπιτραπεζώματα τὰ ἐπιτιθέμενα τῇ τραπέζῃ βρώματα. Πλ. Μενελάῳ (sic) « Ὡς ὀλ. etc., » Eustath. ad Il. 18, p. 1141, 5 : Πλ. δὲ, φασίν, ὁ κωμικὸς ταῦτα (intell. τὰ ἐπιφορήματα, quæ etiam Athen. priore loco sic dici putat, recte id negante Casaubono) ἐπιτραπεζώματα καλεῖ. Priore loco male adscripta sunt verba οἷον — βρώματα, quæ uncis notavi.

2.

Zenobius 6, 17, Τί οὐκ ἀπήγξω, ἵνα* Θήβησιν ἥρως γένῃ : ταύτης (scil. τῆς παροιμίας) Πλ. ἐν Μ. μέμνηται· φασὶ δὲ ὅτι ἐν Θήβαις οἱ ἑαυτοὺς ἀναιροῦντες οὐδεμιᾶς τιμῆς μετεῖχον· καὶ Ἀριστοτέλης δέ φησι περὶ Θηβαίων τὸ αὐτὸ τοῦτο, ὅτι τοὺς αὐτόχειρας ἑαυτῶν γενομένους οὐκ ἐτίμων. τὸ οὖν ἵνα ἥρως γένῃ κατ' εὐφημισμὸν (rectius dixisset κατ' ἀντίφρασιν) εἴρηται. Photius p. 590, et Suidas : Τί οὐκ — γένῃ; κέχρηται τῇ παροιμίᾳ Πλ. ἐν Μενελάῳ (sic). παρὰ δὲ τὴν ἱστορίαν· οἱ γὰρ ἐν Θήβαις ἑαυτοὺς διαχειρωσάμενοι οὐδ' ἡστινοσουν τιμῆς ἠξιοῦντο.

3.

Athen. 3, p. 110, D : Πλ. δ' ὁ κωμῳδιοποιὸς... ἐν τῷ Μενελάῳ (sic) ἐπιγραφομένῳ ἀγελαίους τινὰς ἄρτους καλεῖ. « Hinc sua petiit Eustath. ad Il. p. 265, 32. Gramm. Bekkeri Anecd. p. 326, 4 : καὶ ἀγελαῖον ἄρτον τὸν χυδαῖον. Similiter ἀγελαῖαι ἰσχάδες dixit Eupolis fr. incert. 74. » *M.*

XV. ΜΕΤΟΙΚΟΙ.

1.

Pollux 10, 24 : ἐν μέντοι τοῖς Πλάτωνος τοῦ κωμικοῦ Μετοίκοις

Σημεῖα παρασημεῖα, κλεῖν παρακλείδιον.

Ita codd.; edd. κλεῖς.

2.

Apollonius De pronomine p. 348, C : εὐθείας (i. e. casus recti, seu nominativi) ἀμοιρεῖ ἡ προ-

---

3.

a. Jamque jura, corpus meum non esse moriturum..
[b. Juro.
a. Animamque redituram, ut Æsopi olim.

MENELAUS.

1.

— a. Dic mihi :
tam pauca reliqua sunt mensæ impositorum?
b. Diis enim invisus ea devoravit.

2.

Quidni te suspendisti, ut Thebis heros fieres?

INQUILINI.

1.

Sigilla adulterina, clavem adulterinam.

κειμένη γενική (ἐμαυτοῦ). οὐ γὰρ, εἰ ἅπαξ εἴρηται καὶ ταῦτα ὑπὸ κωμικῆς ἀδείας, ὡς ἐν Μετ. Πλάτωνος, τοῦτο κανών ἐστι τῆς κατὰ φύσιν εὐθείας σιγηθείσης. Idem p. 404, B : ἐν Μετ. Φερεκράτους (hunc errorem putat Mein. Hist. crit. Com. p. 175) ἅπαξ ἐστὶν εἰρημένη (intell. ἡ εὐθεῖα τοῦ ἐμαυτοῦ), καὶ ἴσως ἕνεκα τοῦ γελοίου. « De nominativo ἐμαυτὸς idem Apollonius disseruit Syntax. p. 176. Eustath. ad Hom. p. 1480, 30 : οὐ ποιεῖ καθ' Ἕλληνας... ὁ τολμήσας εἰπεῖν ἐμαυτοὺς, ἢ σαυτῶν, ἤ τι τοιοῦτον. » *E M.*

XVI. NIKAI.

« Νῖκαι spectabant fortasse ad aureas illas victorias, archonte Antigene olymp. 93, 2 (ante Chr. nat. 406) e Victoriolis cusas, quas ob admixtam majorem æris partem ridet Aristoph. (Ran. 671 seqq.). V. Valesius ad Harpocr. p. 74, Bœckh. OEcon. Att. 1, p. 24; vol. 2, p. 136, Schneider. Addendis ad Xenoph. Hell. 1, 3, 8. De tempore fabulæ hoc unum affirmes, eam post Pacem Aristophanis commissam esse : v. schol. Platonis Bekker. p. 331. » *E M.* Hist. crit. Com. p. 175.

1.

Schol. Aristoph. Lysistr. 288, et Suidas v. Σιμός : τὸ σιμὸν ἀντὶ τοῦ πρόσαντες. καὶ ἐν Βαβυλωνίοις (fragm. 20) « Μέσην ἔρειδε πρὸς τὸ σιμόν. » Καὶ Πλ. ἐν Νίκαις

Τουτὶ προσαναβῆναι τὸ σιμὸν δεῖ.

Legebatur ἀεὶ, quod correxit Elmsl. ad Acharn. 377. Idem Platonis nomen restituit : nam libri πρὸς τὸ σιμὸν καὶ πλατύ. Malim probioribus numeris Τουτὶ τὸ σιμὸν προσαναβῆναι δεῖ.

2.

Idem Avium 1297, de Midia : διαβάλλεται εἰς πονηρίαν, ὡς Πλ. Νίκαις. Hinc Zonaras p. 1342, πονηρὸς Μειδίας.

3.

Schol. Platonis Bekker. p. 331 : κωμῳδεῖται δὲ (Aristophanes), ὅτι καὶ τὸ τῆς Εἰρήνης κολοσσικὸν ἐξῆρεν ἄγαλμα. Εὔπολις Αὐτολύκῳ, Πλ. Ν.

4.

Pollux 7, 40 : ἰχθύων δὲ πλύμα Πλ. ἐν Ν. εἴρηκεν ὁ κωμικός. Cf. Medeam a Porsono editam p. 33.

[NOMOI.]

Hujus fabulæ vestigium leve monstravimus in annot. ad Ἑλλάδος fragm. 6.

XVII. ΝΥΞ ΜΑΚΡΑ.

« Νὺξ μακρὰ Casaubono ad Athen. 3, p. 110, D, non dissimilis argumento fuisse videtur Amphitruoni Plautinæ. Nox enim, inquit, longa fuit illa, qua satus Hercules. Ἡρακλέα ἐκ νυκτὸς γεννώμενον μακρᾶς habemus apud Clementem Alex. Protrept. p. 9 Sylburg. » *Mein.* Hist. crit. Com. p. 176.

1.

Athen. 3, p. 110, D : Πλάτων δὲ ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Νυκτὶ μακρᾷ τοὺς μεγάλους ἄρτους καὶ ῥυπαροὺς Κιλικίους ὀνομάζει διὰ τούτων·

— Κᾆθ' ἧκεν ἄρτους πριάμενος,
μὴ τῶν καθαρύλλων, ἀλλὰ μεγάλους Κιλικίους.

Hinc petiit Eustath., omisso Κᾆθ', p. 1817, 60. Versu 1 libri χᾆτ' ἄρτους ἧκεν, quod correxit Mein. Observandum insolenter dictum καθαρύλλος pro ἁπλοῦς, *simplex*, vulgaris.

2.

Idem 15, p. 700, F, de λύχνῳ disserens : καὶ Πλ. ἐν Ν. μ.

Ἐνταῦθ' ἐπ' ἄκρων τῶν κροτάφων ἕξει λύχνον
δίμυξον.

Non temere est quod Reisigius hæsit in producenda prima vocis ἄκρων, vixque dubitandum, quin Pl. dixerit sine offensione Ἐνταῦθ' ἐπὶ τῶν ἄκρων κροτ., etc. Cratinus autem Incert. 138, excluso inutili participio ἑστώς,

Ὃς τὴν πίτυν ἔκαμπτε χαμόθεν τῆς κόμης
ἄκρας καθέλκων,

et Strattis Maced. 1, restitutis versibus troch. tetr., quorum posteriore deficit semipes (de metro cf. Aristoph. Eccles. 893, etc.)

Τὸν πέπλον δὲ τοῦτον ἕλκουσ' ἄνδρες ἀνάριθμοι τοπείοις,
ἱστίον, ὀνεύοντες, ὥσπερ εἰς ἄκρον τὸν ἱστόν.

Quibus pulcre confirmatur erutum a Meinekio ex

VICTORIÆ.

1.

Hoc acclive ascendendum est.

4.

Piscium ablutio.

NOX LONGA.

1.

Posteaque adfuit panibus emptis,
non simplicibus, sed magnis Ciliciis.

2.

Ibi in summo vertice habebit candelam
duplici filo.

Harpocratione ὀνεύοντες. Phrynichus Appar. sophist. p. 57, 21, Ὀνεύειν : τὸ περιάγειν τὰ μηχανήματα, οἷς τούς τε λίθους καὶ τὰ ἄλλα ἕλκουσιν. ὄνος δ' ἐστὶν αὐτὸ τὸ μηχάνημα τὸ διὰ τροχιλίων καὶ σχοινίων. (« Usus est eo verbo etiam Thuc. 7, 25. Cf. Foesii Œcon. Hippocr. p. 465. » *Mein.* V. etiam Bæhr. ad Herodot. 7, 36.) Ipse reposita voce Æschyli (Pers. 39) et Xenophontis (Cyrop. 7, 4, ubi unus tantummodo liber msc. habet vulgare et glossematicum ἀναριθμήτους), versum sanavi. Metrorum ratione non perspecta, non est mirum, librarios passim et verba transponere et interpretamenta allinere pro lubitu.

3.

Athen. 15, p. 562 Schweigh., p. 1561 Dind.: Πλ. ἐν Ν. μ.

Ἕξουσιν οἱ πομπῆς λυχνούχους δηλαδή.

Πομπῆς Mein. pro vulgato πομπεῖς, attice.

4.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 384, 10, Ἀλλ' αὖ : ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ πάλιν. Πλ. Ν. μ.

Ἀλλ' αὖ γέλοιον, ἄνδρα μοι μὴ φροντίσαι μηδέν.

Codex Ἀλλ' οὐ γ. ἄ. μοι φρ. Præter necessitatem, minusque exquisite viri docti ἄνδρα μου.

5.

Pollux 6, 142 : τὸ δ' ἐν τῇ Ν. μ. Πλάτωνος αὐτοσχεδίασμα φαῦλον. Utitur tamen hoc nomine Aristoteles Poet. 4, et αὐτοσχεδιάζειν dixit Xenophon Hell. 5, 2, 32, αὐτοσχεδιαστὰς autem τῶν στρατιωτικῶν Laced. rep. 13, 5

XVIII. ΞΑΝΤΡΙΑΙ Η ΚΕΡΚΩΠΕΣ.

« Ξάνται ἢ Κέρκωπες non nisi a Suida et Eudocia commemorantur. Photius v. Τευτάζει et Andronicus simpliciter Ξάνται vocant; unus Hephæstio Ξάντριαι. Et sic fortasse etiam Etym. M. p. 595, 40, si vera sunt, quæ monui in Curis crit. p. 40, Gaisfordii ad Hephæst. p. 91, assensu comprobata. In hac fabula Herculem carminantem introductum fuisse, ex titulo dramatis probabiliter conjecit Lobeckius Aglaoph. p. 1303. » *E M.*

1.

Hephæst. 15, p. 91 : γίνεται δὲ καὶ τριπενθημιμερὲς ἐκ τούτων, τὸ καλούμενον Πλατωνικόν, ἐν ᾧ τὰ μὲν ἑκατέρωθεν δύο δακτυλικά ἐστι πενθημιμερῆ, τὸ δὲ μέσον ἰαμβικόν. κέχρηται δὲ αὐτῷ Πλ. ἐν Ξαντρίαις,

Χαῖρε, παλαιογόνων ἀνδρῶν θεατῶν ξύλλογε παντοσόφων!

Simile Atheniensium encomium habetur apud Cratinum fr. incert. 51.

2.

Photius p. 583, et Suidas v. Τευτάζειν : Πλ. Ξάνταις (sic)

Ἦν δὴ θόρυβος τευταζόντων.

ἀντὶ τοῦ πραγματευομένων ἢ διατριβόντων. Etym. M. p. 755, 43 : Πλάτων « ἦν δὲ θ. τευτ. », ubi cod. Dorvill. Πλ. ξτ (superscripto σ) ἦν δὴ θόρμος τευτ.

3.

Etym. M. p. 595, 40 : βουλευτής, βουλευτίς.

Τῶνδε βουλευτὶς πόνων

ἐν ταῖς Ξαντρίαις. Platonis nomen excidisse putat Mein., quum alii hæc referant ad Æschyli fabulam cognominem, quod mihi verosimilius : nam dea Λύσσα dici videtur, quam Æschylus induxit.

XIX. ΠΑΙΔΑΡΙΟΝ.

« Παιδάριον commemorat schol. Aristophanis Pac. 733, 948, et hinc Suidas v. Παράβασις, qui in recensu fabularum Platonis habet Παιδίον, ut Andronicus et Eudocia. Ap. Athen. 7, p. 316, C, libri Πλ. Παιδὶ, quod in Παιδίῳ mutatum est. Parabasin habuit Παιδάριον secundum schol. Ar. Pacis 733. Itaque archonte Philocle doceri non potuit. » *E M.*

1.

Schol. Aristoph. Pacis 733 : παράβασιν δὲ τοῦτο ἐκάλουν ἀπὸ τοῦ παραβαίνειν τὸν χορὸν ἀπὸ τῆς νενομισμένης στάσεως εἰς τὴν καταντικρὺ τοῦ θεάτρου ὄψιν, ὁπότε ἐβούλετο ὁ ποιητὴς διαλεχθῆναί τι ἔξω τῆς ὑποθέσεως, ἄνευ τῶν ὑποκριτῶν, πρὸς τὸ θέατρον [διὰ

3.
Habebunt scilicet comites lucernas.

4.
At rursus ridiculum est, virum mihi de nihilo cogitare.

CARMINATRICES SIVE CERCOPES.

1.
Salve, antiquorum virorum spectantium conventus, qui omnium periti estis!

2.
Fuit sane tumultus occupatorum.

3.
Horum malorum consiliatrix.

τοῦ χοροῦ]. ἐστρέφετο δὲ ὁ χορὸς, καὶ ἐγίνοντο στίχοι δ'· εἶτα, διελθόντες τὴν καλουμένην παράβασιν, ἐστρέφοντο πάλιν εἰς τὴν προτέραν στάσιν. δῆλον δὲ ποιοῦσιν αὐτοὶ οἱ ποιηταὶ, τὸ στρέφεσθαι σημαίνοντες καὶ τὸ παραβαίνειν. Πλ. ἐν τῷ Παιδαρίῳ

Εἰ μὲν μὴ λίαν (ἀνιῶν), ὦνδρες, ἠναγκαζόμην
στρέψαι δεῦρ', οὐκ ἂν παρέβην εἰς λέξιν τοιάνδ' ἐπῶν.

« Similiter Suidas v. Παράβασις, ubi ἄνδρες legitur; lacunam a Bentlejo indicatam expleas verbis ὑπὸ τοῦδ'. » *E M.* Verum hoc et arbitrarium est, nec perspicuum, quis ita notetur; verisimile autem, ἀνιῶν forte excidisse inter — αν ὦν —. De genitivo causæ v. Matth. Gramm. § 345, etc. De quantitate vocis ἀνία diximus ad Æschyli Prom. 93; hic quidem —νί— corripiendum est.

2.

Idem ib. 948 : ἐκέκρυπτο ἐν τῷ κανῷ ἡ μάχαιρα ταῖς ὀλαῖς καὶ τοῖς στέμμασι. ...* καὶ ἐντεῦθεν κανοῦν ἀπὸ τοῦ κνεῖν. Πλ. ἐν Π.

— Φέρε, τουτό μοι
δεῖξον τὸ κανοῦν, παῖ, δεῦρ', ὅπη μάχαιρ' ἔνι.

Apud schol. scribamus καὶ ἐντεῦθεν κανοῦν ἀπὸ τοῦ κανεῖν (hoc ponendum esse secundum Etym. M. p. 489, 9, annotavit Meinek.). Commentum pro captu atque ingenio plerorumque horum grammaticorum. Apud Platonem libri τοῦτ' ἐμοὶ δ. τὸ κανοῦν μοι (hoc om. cod. Ven.) δεῦρο πῆ μ. ἔνι. De μ et π sæpius confusis v. ann. ad Aristoph. Plut. 1016. Πῆ pro ὅπη solœcum. Ceterum non improbabiliter Dobræus δεῦρο μὴ μάχαιρ' ἔνι : *ne forte insit culter.*

3.

Athen. 7, p. 316, C : Ἀττικοὶ γὰρ πουλύπουν λέγουσι. ... Πλ. Παιδὶ (recte Casaub. et Dind. Παιδίῳ) » Ὥσπερ τοὺς πουλύποδας πρώτιστά σε. » Et sententiæ et metro prospicimus scribendo

Ὥσπερ τε τοὺς πουλύποδας ἄν, πρώτιστα σέ.

Τὲ haustum dicas a το—, quod sequitur, ἂν ab antecedente simili—ας. Σέ, intelligas φαγοῦμαι. Περιτρώγειν inseruit Bergkius, versum Eupolideum fingens.

4.

Schol. Aristoph. Ran. 308 : ὁ... Ἰξίων... ἐν ἔθει εἶναι διασκώπτειν τοὺς ἀκροωμένους, ὡς καὶ Πλ. ἐν Παιδαρίῳ (cod. Flor. παιδαρίοις) ποιεῖ. Ad hanc fabulam fortasse referendum fragm. incert. 3.

XX. ΠΕΙΣΑΝΔΡΟΣ.

« Duo Pisandri in historia illorum temporum commemorantur; quorum alter, nullius homo dignitatis, στρεβλὸς dicitur Eupolidi apud schol. Aristoph. Avium 1555; alter, notissimus demagogus, populari imperio everso, effecit, ut Quadringenti viri remp. cum summa potestate administrarent : v. Thuc. 8, 53, 65, 68, Aristot. Rhetor. 3, 18, Plut. Alcib. cap. 26. Schol. Bekkeri ad Æschinem De falsa leg. § 51 : οἱ περὶ Πείσανδρον τὸν Ἀχαρνέα δημαγωγὸν ἔπεισαν τὸν δῆμον, ἐπεὶ δεῖται τὰ πράγματα σπουδῆς καὶ ἐπινοίας ταχείας, ποιήσασθαι κυρίους ἁπάντων Τετρακοσίους. Antiquissimam hominis memoriam reperio apud Aristoph. Babyloniis, olymp. 88, 2 (ante Chr. nat. 426) actis. Secundum schol. Avium l. l. fuit eorum unus, quos pecunia corruptos bellum excitasse criminabantur; cf. Lysistr. 460. Postea olymp. 91, 1 (ante Chr. nat. 415) in causa Hermocopidarum ζητητὴς (v. Droysen. De Avibus p. 27) creatus est, et duobus annis interjectis archon eponymus. Abolito autem Quadringentorum imperio olymp. 92, 2 (ante Chr. nat. 410), quum summum ei periculum intenderetur, Deceleam fugit (Thuc. 8, 98), bonaque ejus publicata sunt (v. Lysias De sacra olea § 4), nec videtur Athenas revertisse; v. Hanovii Exercitt. crit. 1, p. 80. Timiditatis crimen quum alias (schol. Avium l. l. ἁπανταχοῦ δὲ ἦν δειλός. Comicus ipse Av. 1440. Ælian. H. A. 4, 1 : Ἀριστόδημος ὁ τρέσας, καὶ Κλεώνυμος ὁ ῥίψας τὴν ἀσπίδα, καὶ ὁ δειλὸς Πείσανδρος, οὔτε τὰς πατρίδας ἥδοντο, οὔτε τὰς γαμετὰς, οὔτε τὰ παιδία), tum maxime olymp. 89, 3 (ante Chr. nat. 421), subiisse videtur, quo tempore Athenienses, finitis induciis, novam expeditionem in Thraciam parabant (Thuc. 5, 2), Pisandro militiam detrectante (Xenoph. Sympos. 2, 14). Itaque si forte ἀστρατείας homo postulatus causa cecidit, non inepte dixit Eupolis Marica (acta olymp. 89, 4) apud schol. Avium l. l.

α. Ἄχους νῦν, Πείσανδρος ὡς ἀπόλλυται
β. Ὁ στρεβλός; α. Οὐχ, ἀλλ' ὁ μέγας, οὑνοκίνδιος.

PUERULUS.

1.

Nisi vehementer, o viri, *molestiis* adigerer,
ut huc me converterem, non prodiissem ad hanc habendam orationem.

2.

— Age hoc mihi
canistrum, puer, huc monstra, in quo machæra inest.

3.

Et primum te *devorabo*, sicut polypos.

Hoc enim convicium hæsit Pisandro a vasta corporis statura, quam ridens illo scholio Hermippus eum vocat ὄνον κανθήλιον. Voracium quoque hominum exemplis hunc apposuit Athen. 10, p. 415, D. Primarium igitur fabulæ argumentum ab Acharnensi Pisandro ductum fuit, et videtur Plato alterum illum nonnisi prætereundo tetigisse, » etc. *E M.*

1.

Athen. 9, p. 385, D : ὀψάριον δὲ τῶν μὲν ζώντων ἡμεῖς λέγομεν· ἅπερ (male libri ἀτὰρ) καὶ Πλ. ἐπὶ τοῦ ἰχθύος ἐν Πεισάνδρῳ

α. Ἤδη φαγών τι πώποθ', οἷα γίγνεται,
ὀψάριον ἔκαμες, καὶ προσέστη τοῦτό σοι;
β. Ἔγωγε, πέρυσι κάραβον (φάγον) φαγών.

Versu 3 libri Ἐγὼ δέ. Correxit Dind. Cf. Eupolis Incert. 9. « In fine fortasse addendum μέγαν. » *M.* Id quomodo exciderit, nemo dicat, longeque verosimilius est, neglectum esse φάγον ante simile φαγών. De voracitate cancrorum v. Aristot. H. A. 8, 3, 5.

2.

Gramm. Bekkeri Anecd. p. 368, 12, coll. p. 365, 21, et Suida, Ἀκόλαστον καὶ ὕβριστον πρᾶγμα : διττὴν δ' ἔχει τὴν θεωρίαν· μίαν μέν, ὅτι ἐχρήσατο τῷ ὕβριστον ἀντὶ τοῦ ὑβριστικόν, ὅμοιον ὂν τῷ τύπῳ τοῖς τοιοῖσδε τῶν ὑπερθετικῶν, βέλτιστον, κάλλιστον, κράτιστον, καὶ τοῖς ὁμοίοις· ἑτέραν δέ, διότι συμπέπλεκται τὸ ὑβριστικὸν τῷ ἀκολάστῳ. Πλ. δ' ἐχρήσατο ἐν Π. λέγων

—Γυνὴ γάρ, ἣν μὲν αὐτὴν
ἀεὶ κολάζῃς, ἐστὶ πάντων κτημάτων κράτιστον·
ἐὰν δ' ἀνῇς, (ἀνὴρ,) ὕβριστον χρῆμα κακόλαστον.

V. 2 codex κολάζῃς ἀεί. Lacunam explens Mein. versu 3 ἐὰν δ' ἀνῇς, λίαν ὕβρ. etc. Dobræus autem ὕβριστόν ἐστι. Sed probabilius est ἀνήρ, i. e. ἀνὴρ ὤν, *quum vir sis.*

3.

Schol. Aristoph. Nubium 249 : λεπτοῖς δὲ νομίσμασι φαίνονται κεχρῆσθαι Βυζάντιοι. διὸ καὶ δωρικῶς εἶπεν (ἔνιοι δὲ κατὰ πολυμάθειαν δωρίζουσι) Πλ. Π.

Χαλεπῶς ἂν οἰκήσαιμεν ἐν Βυζαντίοις,
ὅπου σιδαρέοισι τοῖς νομίσμασι
χρῶνται.

Versu 2 τοῖς a Bentlejo est. Sed gramm. ab Hermanno editus in calce libri De emend. ratione gramm. p. 384 : νομίζω καὶ τὸ νομίσμασι χρῶμαι, δοτικῇ, ὡς Ἀριστοφάνης α Βυζάντιοι σιδήρῳ νομίζουσι. » Similiter Suidas v. Νομίζουσιν, neque alia potestate hoc verbo utuntur Thuc. 1, 77; 2, 38, Aristides Orat. 46, Pollux 9, 78. Inde Reisigius Conjectt. 1, p. 247, ὅπου σιδαρέοις νομίζουσι. Versum μείουρον cauda donabimus scribentes

ὅπου σιδαρέοισι νομίζουσιν (νόμοις).

Νόμος enim *nummum* quoque Græcis antiquioribus significat, sicut postea usitatum eo sensu νόμισμα. Epicharmus apud Pollucem p. 436 :

Ἀλλ' ὅμως καλαί τε πῖοί τ' ἄρνες εὑρήσουσί μοι
δέκα νόμους· πωλατικαὶ γὰρ ἐντὶ μετὰ τᾶς ματέρος.

Itemque

Κᾶρυξ, ἰὼν εὐθὺς πρίω μοι δέκα νόμων μόσχον καλήν.

Ita scilicet legendum est, nec ferenda νούμμους et νούμμων, quibus evertuntur versus. Mire credulus Polluci Bentlejus Opusc. philol. p. 415 ed. Lips.:

« — Κᾶρυξ, ἰὼν
εὐθὺς πρίω μοι δέκα νούμμων μόσχον καλήν.

Haud dubium videtur, quin sic versus a poeta fuerint scripti; *tamen observet lector, pedem quartum* (νούμμων) *spondeum esse in loco iambici*; *tum autem lenitur duabus brevibus syllabis, quæ proxime antecedunt* (!). »

4.

Herodianus Περὶ μον. λέξεως p. 39, Τύλη (Soph. Iphicle fr. 2, Aristoph. Amphiarao fr. 11) : ὅπερ σύνηθες Ἀττικοῖς κνέφαλλον καλεῖν, ὁμωνύμως τῷ περιεχομένῳ τὴν περιέχουσαν ... ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τοῦ κνάφος, ὅστις σημαίνει ἀκανθώδη ὕλην, ᾗ περιπετανvύντες τὰς ἐσθῆτας ἐξέθλιβον τὸ πλεονάζον τοῦ περὶ τὰς ἐσθῆτας χνοῦ, ᾧ καὶ πρὸς τὰς τύλας ἐχρῶντο, ὥσπερ καὶ νῦν. μέμνηται δὲ αὐτοῦ ἐμβαλλομένου Πλ. ὁ κωμικὸς ἐν Π.

Ὥσπερ κνεφάλλων ἢ πτίλων σεσαγμένος,

PISANDER.

1.

a. Jamne aliquando, ut solet fieri, ab esu alicujus opsonii male habuisti, id fastidiens?
b. Ita : anno, quum cancrum *edacem* edissem.

2.

— Mulier enim, si semper eam
castiges, omnium, quæ possidemus, optimum est;
sin autem laxes frenos, vir quum sis, contumeliosum
[atque indomitum.

3.

Difficulter viveremus Byzantii,
ubi ferreis utuntur nummis.

4.

Velut lanis vel plumis instructus.

ὥστε καὶ ἀντίθεσις ἐγένετο τοῦ α εἰς ε, ἐπεὶ παρὰ τὸ κνάφος ἐγένετο. Codex κνέφον, ἥτις σημ. ... ἢ περιπετ. ... χνοῦ, οἷς καὶ. ... νεφάλλων ἢ πτιλῶν, quæ correxit Mein. Ipse dedi αὐτοῦ ἐμβαλλ. pro αὐτοῦ τοῦ ἐμβαλλ. (αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ἐμβ. Mein.) et in proxime antecedentibus ponendum arbitror τοῦ περὶ ταύτας χνοῦ : glossema enim videtur τὰς ἐσθ. » Voce κνέφαλλα de iis quæ pulvinari continentur (ἐπὶ τοῦ ἐμβαλλομένου πληρώματος) usus est etiam Theopompus comicus Polluc. 10, 41. Attigi hæc ann. ad Cratini Lacones fr. 3, ubi pro ἀντίθεσις scripsi μετάθεσις. Sed Orion p. 155, 19, similiter : ἀντίθεσις τοῦ ε εἰς υ, quemadmodum apud Asclepiadem Athen. 14, p. 501, B, ἀντιστοιχία permutatio litterarum dicitur : ἡ μὲν φιάλη κατ' ἀντιστοιχίαν ἐστὶ πιάλη. » *E M.*

5.

Phrynichus Appar. sophist. p. 57, 33 : Πλ. δὲ ἐν Π. τὸ πολιτοκοπεῖν ἀντὶ τοῦ λοιδορεῖν καὶ κωμῳδεῖν εἶπεν.

6.

Suidas, Ἀρεοπαγίτης : διφορεῖται. καὶ παροιμία ἐπὶ τῶν σκυθρωπῶν καὶ ὑπερσέμνων, καὶ σιωπηλῶν. (Vix sana oratio. Scripserim potius διφ., ὡς παρ. ἐστὶν ἐπὶ etc.) καὶ Ἄρεος νεοττὸς (Av. 788) καὶ Ἄρεος παιδίον ἐπὶ τῶν θρασυτάτων. κέχρηται τῷ μὲν πρώτῳ Πλ. Π. Aristoph. Vid. Cobet. Obss. p. 130.

7.

Idem, Ἀρκάδας μιμούμενοι : παροιμία ἐπὶ τῶν ἑτέροις πονούντων ... ταύτῃ τῇ παροιμίᾳ κέχρηται Πλ. ἐν Π. διὰ γὰρ τὸ τὰς κωμῳδίας αὐτὸς ποιῶν ἄλλοις παρέχειν διὰ πενίαν Ἀρκάδας μιμεῖσθαι ἔφη. Eustath. ad Il. p. 302, 32, ex Pausania : καὶ Πλ. ὁ κωμικὸς διὰ τὸ τὰς κωμῳδίας, φησίν, αὐτὸς ποιῶν ἄλλοις ἐκδιδόναι διὰ πενίαν Ἀρκάδας μιμεῖσθαι ἔφη. Quod Platonem de Aristophane dixisse, multis demonstratum ivit Cobetus Observatt. p. 102-109.

8.

Schol. Aristoph. Avium 1556, de utroque Pisandro : καὶ Π. περὶ ἀμφοτέρων λέγει. V. prolegomena fabulæ.

9.

Idem Vesp. 592 : Εὔαθλος ῥήτωρ συκοφάντης, οὗ μνημονεύει καὶ ἐν Ἀχαρνεῦσι καὶ Ὁλκάσιν, ... μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Πλ. ἐν Π. καὶ Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις (fr. 14).

10.

Plut. Vitæ decem oratt. in Antiph. p. 833, C : κεκωμῴδηται δὲ (Antipho Rhamnusius) εἰς φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Π. « Suspiceris, ad hanc maxime fabulam spectare illa nescio cujus grammatici apud Eudociam p. 59 : καθάπτεται δὲ ἡ κωμῳδία τὸ Ἀντιφῶντος, ὡς δεινοῦ τὰ δικανικά, καὶ λόγους κατὰ τοῦ δικαίου συγκειμένους ἀποδιδομένου πολλῶν χρημάτων. » *E M.*

Probabiliter ad Pisandrum referas fragm. incert. 12.

XXI. ΠΕΡΙΑΛΓΗΣ.

« Doluisse videtur ille vicem reipublicæ, luxurie malisque artibus Morychi, Glaucetæ, Leogoræ, Sebini, Midiæ, graviter afflictæ. Apud schol. Aristoph. ad Av. 1297, pro Aristophane Platonis nomen reponendum esse, e scholio ad Lucianum vol. 2, p. 696 intelligitur. » *E M.*

1.

Schol. Aristoph. Nubium 110 et Suidas v. Φασιανοί : Λεωγόρας δὲ τρυφερός τις, ὁ Ἀνδοκίδου πατήρ. Πλ. Περιαλγεῖ·

Ὦ θεῖε Μόρυχε, τέως γὰρ εὐδαίμων ἔφυς,
καὶ Γλαυκέτης ἡ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας,
οἳ ζῆτε τερπνῶς, οὐδὲν ἐνθυμούμενοι!

Τέως, h. e. πρῴην, Suidas, quod scholiastæ lectioni νῦν merito præferunt Ruhnken. ad Tim., Sluiter. Lectt. Andoc. p. 12, Reisig. Conjectt. p. 72. In altera ed. Mein. posuit : πῶς γὰρ οὐ δαίμων ἔφυς. Versu 3 schol. τερπνόν, ne id quidem probandum ambigui causa. « De Morycho et Glauceta Aristophanis testimonia Ruhnken. apposuit. Ψῆτταν Pl. dixerit, quod, more gulosorum (v. Clem. Alex. Pæd. 2, 1, p. 240 ed. Colon.), hoc genere piscium cupidissime vescebatur. Similem ob causam Callimedonti *carabi* cognomen hæsit. Alio pertinet ψῆττα Ar. Lysistr. 115 et 131. De Leogora Athen. 9, p. 387, B : κωμῳδεῖται γὰρ ὁ Λεωγόρας ὡς γαστρίμαργος ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Π. » *Mein.*

2.

Priscianus Institt. gramm. 18, p. 211 ed. Krehlii : « Attici ἠράμην πόλεμον πρὸς τοῦτον καὶ τούτῳ. Πλ. Περιαλγεῖ

Ὃς πρῶτα μὲν Κλέωνι πόλεμον ἠράμην.

7.

Arcadum imitatione.

VEHEMENTER DOLENS.

1.

O divine Moryche, olim scilicet beatus eras,
et Glaucetas rhombus, et Leogoras,
qui vivitis jucunde, incogitantes!

2.

Qui primum quidem Cleoni bellum feci.

Apud Putschium Πλάτων περὶ Λάγιος Πρῶτα, etc. Ὅς addidit Porsonus ad Med. 139, cujus vestigia supersunt in cod. Monac. « Maledicentiæ crimen, quo notatur Plato com. a Dione Chrys. Orat. 33, p. 4 ed. Reiskii, ad corruptos sæculi mores, odium nebulonum, qualis fuit Cinesias, poeta dithyrambicus (v. Galen. Hypomn. in Hippocr. Aphor. 7, Plut. Sympos. 7, 8) et inprimis ad improbitatem eorum, qui remp. administrabant, et malas oratorum publicorum artes pertinuisse videtur, quos, velut hydræ capita succrescentia, Iolaum aliquem igni ferroque delere jubet Stobæi Eclog. phys. 2, p. 26; cf. Porsonus ad Medeam p. 410. Contra excellentium civium, velut Themistoclis, memoriam non sine magno quodam animi motu ac desiderio recolit apud Plutarchum Them. c. 32. » *E M.*

3.

Idem ib. p. 248: « Attici προέχοντες τούτων, καὶ τούτοις, καὶ * πολλῇ πάντων. Πλ. * Περὶ πάσης ἄλλης οὖν ἔοιχ' ἀνδρείας πολλῷ πάντων προέχοντες. » Etiam in Prisciani verbis scribendum πολλῷ. Deinde codex Monac. Πλάτων περὶ αΛΤει αΛΛεΓΟΥΝεC dΟΥΚαΝd ΡΙΩC ΠΟΛΛΝ πάντων προέχοντες, et Leidensis Πλ. Περιαλγει αλλ' ηγουνεσθαγκανδριως πολλων παντων προεχοντες, in quibus hæc agnosco

Ἀλλ' ἡγούμεσθ' ἂν κἀνδρείας πολλῷ πάντων προέχοντες.

Minus enim verosimiliter editor Scapulæ Oxon. aliique Ἀλλ' ἡγ. εὖ κἀνδρείως π. π. πρ., etsi Mein. formulæ εὖ καὶ ἀνδρείως exempla monstrat Aristoph. Thesm. 656, et Platonis Theæt. p. 157, D; Legg. 9, p. 855, A. Ἂν particula oratio paulo superbior mitigatur. Ἀνδρείας, h. e. ἕνεκα ἀνδρείας, ut Nub. 498:

Ἀλλ' ἴθι χαίρων τῆς ἀνδρείας οὕνεκα ταύτης!

Atheniensium principatum atque imperium dici annotavit Mein.

4.

Schol. Aristoph. Avium 1297: δηλοῖ δὲ τοῦτο (ὀρτυγοκόπον fuisse Midiam) Ἀριστοφάνης (immo Πλάτων: v. Mein. Quæst. scen. 2, p. 22, Fritzsch. Dissert. de Aristophanis Daet. p. 98) ἐν Περιαλγεῖ « Χρηστόν, * μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον. » Claudicanti senario succurrens Bergk. Commentt. p. 425, Χρηστόν γε, μὴ etc. Malim equidem

Χρηστὸν μέν, οὐ κατὰ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον.

Certe μὲν et μὴ sæpe confusa scimus; itemque μὴ et οὐ, de quo Schæfer. Melet. cr. p. 108. Etiam forte οὖ excidit apud Æschylum Ag. 1171 (ubi v. ann.), Cratinum Incert. 6, Pherecratem Ἰπνῷ fr. 1, etc. Schol. Luciani ad Jovem trag. 2, p. 696 ὁ δὲ Μειδίας ὀρτυγοκόπος ἦν, ὡς Πλ. Π., καὶ ὡς πονηρὸν δέ, καὶ κόβαλον, καὶ τῶν δημοσίων νοσφιστήν, Φρύνιχος (Ephialt. fr. 4) καὶ Πλάτων διαβάλλουσι. Ὀρτυγοκόπος dicitur is, qui coturnicum cantum imitatur ludo puerorum Athenis, de quo v. Athen. p. 506, D.

XXII. ΠΟΙΗΤΗΣ.

« Fabula separatim ab Suida, Eudocia et Andronico inter Platonis comœdias recensita post Λάκωνας ἢ Ποιητάς, ut diversa esse intelligatur. » *E M.* Scilicet in Laconibus, quos nolim intelligi λακωνομανοῦντας (v. Πρεσβ. fr. 2, ann.), habemus majore numero poetas læte convivantes, idque potius inter Lacones quam Athenienses corruptiores et a Platone Comicisque passim exagitatos; in Ποιητῇ autem ostenditur poeta solitarius, inopia pressus (fr. 1), superamque partem ædium habitans (fr. 3), ubi operam det arti non sine solatio poculi quamvis fictilis, non argentei vel aurei (fr. 2); vixque dubites quin hoc dramate Plato suam ipsius imaginem expresserit.

1.

Athen. 14, p. 644, A: μνημονεύων (placentam) ὁ κωμικὸς Πλ. εἴρηκεν ἐν τῷ Ποιητῇ οὕτως « Μόνος δ' ἄγευστος, ἄσπλαγχνος, ἐνιαυτίζομαι, ἀπλάκουντος, ἀλιβάνωτος. » Similiter Eustath. ad Il. p. 1345, 30, nisi quod omisit ἐνιαυτίζομαι, cujus loco codd. PVL mendose ἐνιαυγίζομαι. Illud non elisum recte mihi servasse videtur Casaubonus *in commate versus,* nec placent Gaisford. ad Hephæst. p. 222, aliique qui, et comma et interpunctionem negligentes, pro alacribus numeris ediderunt elumbe ἐνιαυτίζομ᾽ἀπλάκουντος. *Est modus in rebus.* Dixit igitur, si quid intelligo, poeta

— Μόνος δ' ἄγευστος,
ἄσπλαγχνος, ἐνιαυτίζομαι, ἀπλάκουντος,
ἀλιβάνωτος.

« Comica licentia dixit ἄσπλαγχνος pro σπλάγχνων ἄμοιρος. » *Mein.*

2.

Pollux 10, 190: ἔξεστι δὲ καὶ ἀγγεῖα ὀστρά-

3.

Sed credebamus nos fere omnibus fortitudine multum antecellere.

4.

Probum quidem, nec Midiæ similem ortygocopo.

POETA.

1.

— Solus autem, ingustato cibo,
visceribusque carens, annum transigo, sine placenta, sine libanotide.

κινα τὰ κεράμεα ἢ γήϊνα εἰπεῖν. ἐν γοῦν τῷ Ποιητῇ Πλ. φησὶ

— α. Θαυμάζω τὸν,
τήνδ' ἂν πιθάκνην πότερ' ὀστρακίνην
ἢ βίβλον ἔχονθ'. β. Ἡ δὴ πότις ἦν.

Codex Vossii θ. τὸν τὴν δαπιθάκνην πότ. ὀστρ. ἢ β. ἔχων τὴν δήποτε. Aldina θ. τὸν τὴν πιθάκνην πότερον, ὀστρ. βίβλον ἔχοντα δήποτε. Immisi colloquentes, quorum altero dubitante, utrum calix sit an liber id quod alter manu tenet, hic ridicule, calicem protendens, « Hæc scilicet, inquit, potrix (non liber) est. » Ἦν usurpatum sensu aoristi, ut ap. Aristoph. Pacis versu 584. Meinck. hæc ita digessit:

Θαυμάζω τοι τηνδὶ πιθάκνην
πότερ' ὀστρακίνην ἢ βίβλον ἔχων
τὴν δήποτε...

3.

Schol. Aristoph. Ranarum 1159, μάκτραν εἰ δὲ βούλει, κάρδοπον] εἴρηται ἐν τοῖς πρόσθεν, ὅτι τοῦτο ἀρχαιότερόν ἐστι, τὸ τὰς μεταλήψεις τῶν λέξεων τῶν ἰσοδυναμούντων (quales voces hoc l. sunt διῆρες et ὑπερῷον) ἐπιτηδεύειν. Πλ. Π.

Ὁρᾶτε τὸ διῆρες ὑπερῷον.

« Ne διῆρες, inquit Mein., in ultima habeat ictum metricum, inserendum δὲ vel τοι vel simile quid. » Magis placet Ὁρ. τὸ δὴ διῆρες ὑπ., ut versus sit iambicus senarius, pede ultimo deficiens.

4. 5.

Athen. 9, p. 375, B: Πλ. δὲ ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Π. ἀρρηνικῶς ἔφη « Τὸν δέλφακ' ἀπῆγε σιγῇ. » Idem 14, p. 657, A: δέλφακα δὲ ἀρσενικῶς (sic: vid. Schneider. Lex. v. Ἀρσενικός) εἴρηκε Πλ. ἐν Π. « Δέλφακα δὲ ῥαιότατον. » Casaub. ὡραιότατον, Toup. Emend. 3, p. 39, ἀραιότατον, *macerrimum*. Utrumque aptum. Priora sic Mein.:

— Τὸν δέλφακα
ἀπῆγε σιγῇ.

6.

Schol. Arist. Ranar. 427: καὶ Σεβῖνος ἴσως παρὰ τὸ βινεῖν. ἔστι δὲ καὶ Σεβῖνος ὠνομασμένος παρὰ Πλάτωνι Ποιητῇ.

7.

Antiatt. p. 106, 30, Λάσανα: ἐφ' ὧν ἀποπατοῦμεν. Πλ. Π. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τούτου καὶ ἐπὶ τοὺς μαγειρικοὺς βαύνους.

8.

Idem p. 116, 21, Ψήφισμα ἔθηκεν: ἀντὶ τοῦ ἔγραψε. Κρατῖνος Ὥραις, Πλ. Π.

9.

Idem ib. 24, Ψαφαρόν: τὸ ἁπαλόν. Πλ. Π.

XIII. ΠΡΕΣΒΕΙΣ.

« In hac fabula quod argumentum tractaverit Plato, docet Athenæus 6, p. 229, F, de argenteis vasis disserens: Πλ. δὲ ἐν Πρέσβεσι·

1.

Κἆτ' ἔλαβον Ἐπικράτης τε καὶ Φορμίσιος
παρὰ τοῦ βασιλέως πλεῖστα δωροδοκήματα,
ὀξύβαφα χρυσᾶ καὶ πινακίσκους ἀργυροῦς.

Scilicet *Epicrates*, cujus haud exiguæ partes in restituendo populari imperio fuerant, quum legatus in Persiam missus esset, acceptorum a rege munerum causa παραπρεσβείας accusatus et patria pulsus est. Demosthenes De falsa legat. p. 430: τῶν πρέσβεων ἐκείνων ὑμεῖς θάνατον κατεγνώκατε, ὧν εἷς ἦν Ἐπικράτης, ἀνήρ, ὡς ἐγὼ τῶν πρεσβυτέρων ἀκούω, σπουδαῖος καὶ πολλὰ χρήσιμος τῇ πόλει, καὶ τῶν ἐκ Πειραιῶς καταγαγόντων τὸν δῆμον, καὶ ἄλλως δημοτικός· ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτὸν ὠφέλησε τούτων. Plutarchus Pelop. cap. 30: Ἐπικράτους γοῦν ποτε, τοῦ σακεσφόρου, μήτ' ἀρνουμένου δῶρα δέξασθαι παρὰ βασιλέως, ψήφισμά τι γράφειν φάσκοντος, ἀντὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων χειροτονεῖσθαι κατ' ἐνιαυτὸν ἐννέα πρέσβεις πρὸς βασιλέα τῶν δημοτικῶν καὶ πενήτων, ὅπως λαμβάνοντες εὐπορῶσιν, ἐγέλασεν ὁ δῆμος. Similiter ap. Athen. 6, p. 251, A, Hegesander, ubi non possunt ferri verba θαυμάζω δὲ ἔγωγε τῶν Ἀθηναίων, πῶς τοῦτον μὲν ἄκριτον εἴασαν, quæ ab imperito addita videntur, quippe a Demosthene relatis contraria. De *Phormisio* etiam schol. Ar. Ran. 996: κωμῳδεῖται δὲ εἰς δωροδοκίαν· cujus libidinem ridens Philetærus ap. Athen. 13, p. 570, F:

2.

— a. Miror hunc incertus,
utrum calicem fictilem an librum teneat. b. At hæc [est potrix.

3.

Videte superum hoc cubiculum!

4.

Porcellum abegit silens.

LEGATI.

1.

Acceperunt Epicrates et Phormisius
a rege plurima dona,
pateras aureas, lancesque argenteas.

— Οὐκ οἶσθ' ὅτι
ἥδιστόν ἐστιν ἀποθανεῖν βινοῦνθ' ἅμα,
ὥσπερ λέγουσιν ἀποθανεῖν Φορμίσιον; »

E M., qui versu 1 κἆτ' ἔλαβον posuit pro eo quod legebatur κατέλαβον. Cf. incert. fr. 9.

2.

Aspasius ad Aristotelis Ethica Nicom. 4, 7, et Suidas v. Ἄχθομαι: τῶν Λακώνων ἐσθὴς εὐτελὴς ἄγαν ἱστορεῖται Ξενοφῶντι. διὰ ταῦτα καὶ σκώπτουσιν αὐτοὺς οἱ κωμῳδιοποιοί, ὡς Πλ. ἐν Πρεσβεῦσι (sic)

Χαίρεις, οἶμαι, μεταπεττεύσας αὐτὸν διακλιμακίσας τε,
τὸν *ὑπηνόβιον, σπαρτιοχαίτην, ῥυποκόνδυλον, ἑλκετρίβωνα.

τοῦτο γὰρ Λάκωνες ἐποίουν, ἐγκράτειάν τινα καὶ καρτερίαν ἐπαγγελλόμενοι. « Respexit Hesych., Διακλιμακίσας: διαπαλαίσας. Asp. διακλιματίζεσθαι, corrigente Porsono Miscell. p. 232, ubi laudatus Bekkeri Gramm. p. 474, 21: τὸν ῥύπον ἐπὶ τῶν γλίσχρων καὶ ἀνελευθέρων ἐτίθεσαν. οὕτω γοῦν ῥυποκονδύλους λέγουσι τοὺς τοιούτους. Eustath. ad Odyss. p. 1828, 11: ῥυποκόνδυλος καὶ συκοτραγίδης παρ' Ἱππώνακτι καὶ Ἀρχιλόχῳ. De immundo Atheniensium λακωνομανούντων habitu dixi Hist. crit. Com. p. 486. De Epicrate et Phormisio intelligenda sunt. » *E M.* Insulse libri ὑπηνόβιον. Scribo ὑπηνοφόρον (ut σακεσφόρον), quum constet, β et φ, pariterque ι et οι nonnunquam permixta esse in codicibus, facileque ρ littera exciderit inter similes. Σπαρτ., *sparteis crinibus*, i. e. crassis, concretis, non pectinatis. Ἑλκ., *amiculum trahentem*, more Spartanorum, judicum, philosophorum: v. Athen. 12, p. 535, E, Aristoph. Vesp. 116.

3.

Athen. 10, p. 424, A: κύαθον δ' ἐπὶ τοῦ ἀντλητῆρος Πλ. εἴρηκεν.... ἐν Πρέσβεσι

Κυάθους ὅσους ἐκλεπτέτην ἑκάστοτε!

Libri ἐκλέπτεθ', quod emendarunt viri docti.

4.

Schol. Aristoph. Eccles. 71: οὗτος (Epicrates) εἰς δασύτητα κωμῳδεῖται. ἦν δὲ ῥήτωρ καὶ δημαγωγός. οὗτος, μέγαν πώγωνα ἔχων, ἐκαλεῖτο σακεσφόρος. καὶ Πλ. ὁ κωμικός φησιν

Ἄναξ ὑπήνης, Ἐπίκρατες σακεσφόρε.

Probabiliter hæc ad Πρέσβεις retulit Mein., et annotavit, Etym. M. p. 361, 3, in verbis Ἐπικράτης Ἀθηναῖος, δημαγωγὸς, ὁ καὶ ἔφορος καλούμενος, Maussacum ad Harpocr. p. 162 recte scripsisse ὁ σακεσφόρος.

5.

Harpocr. p. 27, 16, Ἀποκηρύττοντες: ἀντὶ τοῦ πιπράσκοντες... Πλ. Πρ.

Σκευάρια δὴ κλέψας ἀπεκήρυξ' ἐκφέρων.

Gramm. Bekkeri p. 429, 11, et Zonaras p. 264, Ἀποκ.: ἀντὶ τοῦ πιπρ. οὕτω Δημοσθένης καὶ Πλ.

6.

Idem p. 91, 15; Ζητητής: ἀρχή τις Ἀθήνησι [καὶ] κατὰ καιροὺς καθισταμένη, εἴποτε τὸν ἀδικοῦντά τι δημοσίᾳ δέοι ζητεῖν.... οὗτος δὲ ὁ ῥήτωρ (Andocides) καὶ ζητητής ποτε ἐγένετο· ὥς φησι Λυσίας, καὶ Ἰσοκράτης, καὶ Πλ. ὁ κωμικὸς Πρέσβεσι.

7.

Athen. 7, p. 287, D: βεμβράδες.... Πλ. Π.

Ἡράκλεις, τῶν βεμβράδων!

8.

Suidas, Ἀπέσχαζε: Πλ. Πρ. καὶ σχᾶν τὸ σχίζειν.

9.

Maximus ad Dionysium Areop. De Eccles. hier. 3, 3, p 314: ἁρμοστὴν ἔλεγον οἱ Λακεδαιμόνιοι τὸν καθιστάμενον ὑπ' αὐτῶν ἄρχοντα τῶν ὑποκειμένων αὐτοῖς πόλεων, παρὰ τὸ ἁρμόζειν τοὺς ἀρχομένους ζῆν κατὰ τοὺς νόμους· ὅθεν καὶ ἁρμοστῆρας πάλιν ἐκάλουν Ἀθηναῖοι τοὺς εἰς τὸ εὖ ζῆν διατάττοντας, ὡς σαφῶς Πλ. ὁ κωμικὸς δηλοῖ ἐν Πρ. τῷ δράματι. De *harmostis* v. annot. ad Thuc. 8, 5. Æschylus Eum. 414:

Ἀγαμέμνον' ἀνδρῶν ναυβατῶν ἁρμόστορα,

ubi schol.: διάκτορα, βασιλέα. Quidni etiam ἀρ-

2.

Gaudes, opinor, sede emoto et per scalas præcipitato
barbigero, sparteis crinibus, sordidis digitis, amiculum trahente.

3.

Quot cyathos semper furabamini!

4.

Vir barbate, Epicrates scutigerule!

5.

Vasa furtim ablata proponens venditabat.

6.

Quæsitor (*de Andocide*).

7.

Hercule, quantum membradum!

9.

Harmostæ *Atheniensium*.

μοστῆρα dixerint? Dubitat tamen Mein., an hoc receptum apud Athenienses nomen fuerit ad significandos eos, quos vulgo κοσμήτας et σωφρονιστὰς appellabant. « Pro Ἀθ., inquit, fortasse Λακεδαιμόνιοι scribendum; ἁρμοστῆρες autem illi interpretandi, qui morum vitæque mulierum Laconicarum censuram agebant. Hesych. Ἁρμόσυνοι: ἀρχή τις ἐν Λακεδαίμονι ἐπὶ τῆς εὐκοσμίας τῶν γυναικῶν. »

« Alia fragmenta haud improbabili conjectura ab Πρέσβεις referenda vide in fragm. fab. inc. 9 et 11. » *Mein.*

XXIV. ΣΚΕΥΑΙ.

« Fabulæ a quibusdam Aristophani tributæ (v. fr. 1) argumentum ad artem scenicam spectasse, quum titulus ostendit (?), tum vero ex illis Athenæi 14, p. 628, D, perspicitur, ubi de chori saltatione in pejus ruente poeta conqueritur. Eodemque pertinet Stheneli et Morsimi commemoratio. » *E M.* Cf. Σοφ. fr. 9.

1.

Athen. 14, p. 628, D: εἰ δέ τις ἀμέτρως διαθείη τὴν σχηματοποιίαν (saltationum figuras), καὶ ταῖς ᾠδαῖς ἐπιτυγχάνων μηδὲν λέγοι κατὰ τὴν ὄρχησιν, οὗτος δ' ἦν ἀδόκιμος. διὸ καὶ Ἀριστοφάνης ἢ Πλάτων ἐν ταῖς Σκευαῖς, ὡς Χαμαιλέων φησὶν, εἴρηκεν οὕτως·

Ὥστ', εἴ τις ὀρχοῖτ' εὖ, θέαμ' ἦν· νῦν δὲ * δρῶσιν οὐδὲν,
ἀλλ', ὥσπερ ἀπόπληκτοι, στάδην ἑστῶτες ὠρύονται.

Libri mire ὀρχοῖθ'. Mendosum autem δρῶσιν οὐδὲν, quasi nihil agant chori, si canunt vel, cum Platone ut loquar, ὠρύονται. Dixit haud dubie poeta νῦν δ' ὁρῶσιν οὐδὲν, *nunc autem nihil considerant*, nullius rei rationem habent; quam rem præcipue intelligit saltationem scenicam, olim chori carminibus adaptatam venusto spectaculo, post separatam damno utriusque artis.

2.

Schol. Aristoph. Vesp. 1312: Σθένελος δὲ ὁ τραγικὸς ὑποκριτὴς, ὃς διὰ πενίαν τὴν τραγικὴν σκευὴν ἀπέδοτο, κακῶς πράττων. οὗτος ἐλαύνων περὶ * τοῖς τείχεσιν, ἐνδεικνύμενος, * διεχλεύαζε. περὶ τούτου γέγραπται ἐν Γηρυτάδῃ (fr. 15). Πλ. Σκευαῖς « Ἅψαι μόνον * οὐκ ἂν ἄκρῳ * τῇ Μορσίμῳ, ἵνα σου πατήσω τὸν Σθένελον μάλ' αὐτίκα. » De Sthenelo cf. ann. ad Lac. 2. Morsimus, poeta tragicus, fuit Philoclis, Æschyli ex sorore nepotis, filius, Melanthii frater, notus ex Aristophane. Schol. Ranarum 151, Μορσίμου: τραγῳδίας καὶ οὗτος ποιητὴς, καὶ ψυχρός. ἔστι δὲ Φιλοκλέους υἱός· ἦν δὲ ὀφθαλμῶν ἰατρὸς ἀγαθός. Temere Mein.: « sive potius οὐκ ἀγαθός. Hinc cum Clymeno, qui et ipse infelix medicus fuit, eum conjunxerat Aristophanes. Hesych., Κλύμενος: ἰατρὸς ἀφυής, ὃν Ἀριστοφάνης φησὶν ἀναμεμῖχθαι τῷ Μορσίμῳ, διὰ τὸ καὶ τὸν Μόρσιμον ἰατρὸν εἶναι ἀφυῆ· ἦν δὲ καὶ τραγῳδιοποιὸς ἀφυὴς ὁ Μόρσιμος. » Potuit enim homo in altera arte excellere, quamvis in altera contemneretur. Etiam ad Eq. 400 schol. simpliciter: ἔστι δὲ καὶ ἰατρὸς, vereorque ne apud Hesychium τὸ ἀφυῆ allitum sit ab imperito. Ceterum in scholio ad Vesp. l. l. in verbis corruptis ἐλαύνων περὶ τοῖς τείχεσιν latere puto ἐλ. περὶ τὴν ἐντείχισιν, ἐνδ., *circumequitans ostentationis causa munitionem*, murum urbis Apud Platonem sine dubio ponendum μενοῦν pro μόνον, quod mendum attigimus ann. ad Eupolidis Πόλ. 3, quumque etiam η et ου nonnunquam permixta reperias, ne de similibus ου et ω et neglecto ἐν post ἂν dicam, totus versiculus sic habuerit:

Ἅψαι μὲν οὖν, κοὐκ ἂν ἐν ἄκρῳ, τοῦ Μορσίμου,
ἵνα συμπατήσω τὸν Σθένελον μάλ' αὐτίκα.

V. 2 συμπατήσω Bergkius, σου πατ. codd. — Primo versu Meinekius paullo magis hærens ductibus scriptis et probabili sententia

Ἅψαι μόνον σὺ κἂν ἄκρου τοῦ Μορσίμου.

3.

Photius p. 420, 14, et Suidas, Περὶ πόδα: οἷον ἁρμόττον σφόδρα, ὡς τὰ ὑποδήματα τοῖς ποσίν. Πλ.

Ὡς ἔστι μοι τὸ χρῆμα τοῦτο περὶ πόδα.

καὶ ἐν Σκευαῖς·

Καὶ τοῖς τρόποις ἁρμόττον ὥσπερ περὶ πόδα.

Libri ὡς περὶ π., omissa -περ syllaba. Correxit Pierson. ad Mœrin p. 22. « Locutionem attigit Pollux 2, 196; cf. Casaub. ad Theophrasti Char. p. 49 ed. Lips. » *M.*

ORNAMENTA.

1

Ita ut, si quis saltabat pulchre, vere esset spectaculum; nunc vero nihil respiciunt, sed, velut attoniti, adstant rugientes.

2.

Tange igitur, neque tantum in summo, Morsimum, ut statim Sthenelum conculcem.

3.

Et propter mores aptum, ut pedi calceum.

4.

Mœris Attic. ed. Bekkeri p. 188, 14, Ἀναβιῶν (sic) : Ἀττικοί, ὡς Πλ. Σχ.

Ἀναβιῶν' ἐκ τῆς νόσου.

ἀναβιώσασθαι κοινόν. « Ex hac annotatione intelligas, scribendum esse apud Mœrin cum Hudsono ἀναβιῶναι et apud Nostrum metri gratia ἀναβιῶν' (quod dedimus) quamvis elisione paulo insolentiore, ut infinitivus respondeat infinitivo. Gramm. Marcianus apud Bekkerum ad Harpocr. p. 35 : Ἀναβιὼν ἀντὶ τοῦ ἀναβιώσας· immo ἀναβιῶσαι [et superius ἀναβιῶναι. *Both.*]. Mœris improbasse videtur aoristum βιώσασθαι sensu intransitivo *reviviscere*. Active id esse *in vitam revocare*, e Platone docuit Buttmannus. » *E M.* Cf. Aristoph. Ran. 177.

5.

Schol. Aristoph. Avium 151, de Melanthio tragico : Πλ. δὲ αὐτὸν ἐν Σχύθαις (sic : correxit Piersonus) ὡς λάλον σκώπτει.

6.

Idem Ran. 367 : τοῦτο εἰς Ἀρχῖνον. μήποτε δὲ καὶ εἰς Ἀγύρριον. μέμνηται δὲ τούτων καὶ Πλ. ἐν Σχ., καὶ Σαννυρίων ἐν Δανάῃ. οὗτοι γὰρ προϊστάμενοι τῆς δημοσίας τραπέζης τὸν μισθὸν τῶν κωμῳδῶν ἐμείωσαν, κωμῳδηθέντες. « Aristoph. de imminuta comicorum mercede conqueritur,

ἢ τοὺς μισθοὺς τῶν ποιητῶν, ῥήτωρ ὤν, εἶτ' ἀποτρώγει.

De Archino, oratore haud incelebri, dixerunt Vales. ad Harpocr. p. 253, et Ruhnken. Hist. crit. orat. p. XLII. Agyrrhius acerbe notatur incertorum Platonis dramatum fr. 5. » *E M.*

XXV. ΣΟΦΙΣΤΑΙ.

« In Sophistis quid consilii secutus sit poeta satis indicat elogium, quanquam cum Sophistarum nomen sensu latiore usurpasse intelligitur e scholio ad Aristoph. Nub. 331, excerpto a Suidæ v. Σοφιστής : Πλ.... ἐν δράματι Σοφισταῖς καὶ τὸν Ὀπούντιον αὐλητὴν (ποιητὴν ap. Suidam) Βακχυλίδην εἰς τοὔνομα κατέταξε τῶν σοφιστῶν. Male Pausan. apud Eustath. ad Odyss. p. 1403 Σοφιστῇ pro Σοφισταῖς, quod mendum etiam ex Harpocratione sustulit Jungermannus ad Pollucem vol. 2, p. 760; tollendumque est ex Athenæo 10, p. 422, F, ad quæ cf. Antiatt. p. 89. Præter Bacchylidem Pl. in hac fabula lacessivit Apolexin (v. Harpocr. v. Ἀπόληξις), Xenoclem tragicum (schol. Ar. Pac. 792), Dracontidem (schol. Vesp. 157), alios. » *E M.*

1.

Schol. Aristoph. Pacis 792 : Ξενοκλῆς ὁ Καρκίνου δοκεῖ μηχανὰς καὶ τερατείας εἰσάγειν ἐν τοῖς δράμασι. Πλ. Σοφισταῖς·

— Ξενοκλῆς δὲ δωδεκαμήχανος,
ὁ Καρκίνου παῖς τοῦ θαλαττίου.

Cf. Suidas v. Καρκίνος, ann. ad Pac. 739, et Meineck. Hist. crit. Com. p. 512 — 517. « Nota est Cyrene meretrix, δωδεκαμήχανος dicta, ut etiam Euripidis Musa Aristoph. Ran. 1355. De epitheto θαλαττίου conf. Vesp. 1519. » *E M.*

2.

Idem Av. 299 : ὁ δὲ Σποργίλος ἦν κουρεύς. μνημονεύει αὐτοῦ Πλ. ἐν Σοφ.

Τὸ Σποργίλου κουρεῖον, ἔχθιστον τέγος.

Omisso nomine fabulæ habet hoc etiam Suidas v. Σποργίλος.

3.

Syncellus Chronogr. p. 149 Paris., p. 282 Dind. : Προμηθεὺς ... ἐμυθεύετο πλάττειν ἀνθρώπους ἐξ ἀπαιδευσίας καὶ ἀλογίας εἰς παίδευσιν μετάγων, ὥς φησιν ὁ Πλ. ὁ τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας (mendose libri ὁ τὴν παλαιὰν κωμῳδίαν) ἐν Σοφ.

Προμηθία γάρ ἐστιν ἀνθρώποις ὁ νοῦς.

Libri Προμήθεια. Correxit Dindorfius. — In altera editione Meinekius :

Ὁ γὰρ Προμηθεύς ἐστιν ἀνθρώποις ὁ νοῦς,

« duce scholiasta Voss. inedito ad Æschyli Prom. 114 ap. Cobetum Obss. p. 190 : καὶ Πλ. ἐν τῇ παλαιᾷ κωμῳδίᾳ φησὶν ἐν Σοφισταῖς· Προμηθεύς γάρ ἐστιν ἀνθρ. ὁ ν. Præterea nescio an Plato scripserit ὁ γὰρ Πρ. ἐστι νοῦς ἀνθρώπινος. Quæ vide an Protagoram dicentem fecerit poeta, quem Promethei fabulam explicantem induxit etiam philosophus in Protagora p. 320 sq. »

4.

Athen. 7, p. 312, B, Λειόβατος : οὗτος καλεῖται καὶ ῥίνη· ἔστι δὲ λευκόσαρκος, ὡς Ἐπαίνετος ἐν Ὀψαρτυτικῷ. Πλ. Σοφ.

SOPHISTÆ.

1.

— Xenocles autem decem machinarum inventor,
Carcini filius marini.

2.

Sporgili tonstrina, odiosissimum tectum.

3

Providentia enim hominibus est mens.

Κἂν ᾖ γαλεὸς, κἂν λειόβατος, κἂν ἔγχελυς.

Λειόβατος, *raja lævis*, quæ vereor ut eadem dicenda fuerit τῇ ῥίνῃ, *squalo*.

5.

Eustath. ad Odyss. p. 1403, 32 : Παυσανίας δὲ παράγει καὶ χρήσεις (aoristi ἠδέσθην) τοιαύτας. Πλ. Σοφιστῇ (sic)

— Ἐν τρισὶ
πληγαῖς ἀπηδέσθη τὸ ῥάμφος.

Malim alacrioribus numeris πληγαῖσιν. Cf. Ἑορτ. fr. 8. Gramm. Bekkeri Anecd. p. 424, 24, Ἀπηδέσθη : ἀπεβρώθη. De syllaba brevi ante ρ in voce ῥάμφος v. ann. ad Pherecrat. Metall. 1, 29.

6.

Zonaras Lex. p. 1555, Πλαίσιον : εἶδος μέτρου, ἢ ἡ ἐν τετραγώνῳ τῶν στρατιωτῶν τάξις, ὡς Πλ. ἐν Σοφιστῇ (sic).

7.

Athen. 10, p. 422, F, de forma δεδειπνάναι disserens : καὶ Πλ. Σοφισταῖς καὶ Ἐπικράτης, etc. Antiatt. p. 89, Δεδειπνάναι : Πλ. Σοφ.

8.

Pollux 7, 100 : καὶ κογχυλίας λίθος ἐν Ἀριστοφάνους Δαιδάλῳ.... λυχνίας δὲ παρὰ Πλάτωνι ἐν τοῖς Σοφ.

9.

Idem 10, 167 : ἐκ δὲ τῶν σκευῶν ἐστι καὶ προσωπεῖον... καὶ προσωπίς, καὶ, ὡς ἐν τοῖς Σοφ. Πλ., ὀθόνινον πρόσωπον. Sic Hœschelius pro ὠθόνιον πρ.

10.

Antiatt. p. 79, 30, Ἀπαρτί : ἀντὶ τοῦ ἄρτι, * ἀπὸ νῦν. Πλ. Σ. Legam ἢ τοῦ νῦν.

11.

Idem p. 103, 6 : Κέρκους τὰς οὐρὰς οὐκ οἴονται δεῖν λέγειν, ἐπιχωριάζει δὲ κατὰ τὴν Ἀσίαν, βάρβαρον μέντοι νομίζεται. Πλ. Σοφ.

12.

Schol. Aristoph. Vesp. 157, Δρακοντίδης : πονηρὸς οὗτος καὶ πλείσταις καταδίκαις ἐνεχόμενος, ὡς Πλ. Σοφ.

13.

Idem Nub. 331 et Suidas v. Σοφιστής: Πλ. γοῦν (schol. γὰρ οὖν) ὁ κωμικὸς et cetera quæ posui in prolegomenis; conf. ann. ad Cratini Archil. 2.

14.

Harpocr. p. 28, 3, Ἀπόληξις : εἷς τῶν ν' συγγραφέων, ὃν Πλ. κωμῳδεῖ ἐν Σοφιστῃ (sic). « Pro ν' fortasse scribendum ι' : videtur enim dicere decem illos συγγραφεῖς, de quibus Thuc. 8, 67. Conf. Cobet. Obss. p. 187. » *Mein.*

XXVI. ΣΥΜΜΑΧΙΑ.

« Συμμαχίαν fuisse qui Cantharo tribuerent, docet Priscianus 18, p. 182 Krehl. aliisque locis, a Porsono Adv. p. 264 citatis. (Fabulam fortasse emerat a Platone Cantharus.) Platonis, nulla dubitatione adjecta, fabulam dicunt Antiatt. p. 104, Pollux locis pluribus, Photius v. Παραθήκην, et Hermias apud Platonem philosophum Phædro p. 90. » *E M.* Conf. ann. ad fr. 2.

1.

Priscianus Institt. gramm. 18, p. 182 Krehl. : *abundat enim* γάρ. Πλάτων, ἢ Κάνθαρος Συμμαχίᾳ, οὕτως ἤρξατο (minus recte libri ἤρξαντο)·

Ἐγὼ γὰρ ὑμῖν νῦν φράσω.

2.

Hermias in Platonis Phædrum p. 90 ed. Ast., et apud Bekkerum ad schol. Platonis p. 314 : τοῦτο δέ ἐστιν ἐκεῖνο, ὃ κατὰ τὴν ὀστρακίνδα καλουμένην παιδιὰν γινόμενόν ἐστιν, ἣν Πλ. ὁ κωμικὸς ἐν τῇ Συμμ. σαφῶς συνίστησι διὰ τούτων·

Ἐίξασιν γὰρ τοῖς παιδαρίοις τούτοις, οἳ ἑκάστοτε, γραμμὴν
ἐν ταῖσιν ὁδοῖς διαγράψαντες, διανειμάμενοι δίχ' ἑαυτοὺς
ἑστᾶσ', αὐτῶν οἱ μὲν ἐκεῖθεν τῆς γραμμῆς, οἱ δ' ἂν ἐκεῖθεν·

4.

Seu squalus sit, sive raja, sive anguilla.

5.

— Tribus
ictibus abrosum est rostrum.

9.

Linteus vultus (*persona*).

BELLI SOCIETAS.

1.

Ego enim vobis nunc dicam.

2.

Similes enim sunt pueris illis, qui nonnunquam, [linea
descripta in viis, bipartiti
adstant, alii cis lineam, alii trans eam;

εἷς δ' ἀμφοτέρων ὄστρακον αὐτοῖσιν ἀνίησ'
εἰς μέσον ἑστὼς,
κἂν μὲν πίπτῃσι τὰ λεύκ' ἐπάνω, φεύγειν
ταχὺ τοὺς ἑτέρους δεῖ,
τοὺς δὲ διώκειν.

Iidem versus leguntur ap. Eustath. ad Il. p. 1161, 42. Versu 1 γὰρ Hermias Bekkeri; Astii autem δὲ, quasi Plato scripsisset παιδαρίοισιν. Eust. omittit. In οἳ ἑκ. insolens οἳ correptum, præsertim in hoc genere carminum : quare malim οἳ 'κάστοτε. V. 3 libri οἱ δ' αὖ, quod eodem nomine displicet; nec dubium quin ponenda fuerit morem indicans ἂν particula. V. 4 Eustath. αὐτοῖς ἀνίησιν. Pridem etiam Mein. versui opitulatus, αὐτοῖσιν ἀνίησ', neque opus verbis transpositis αὐτοῖς εἰς μέσον ἑστὼς ἀνίησιν. Hermias αὐτοῖς omittit. V. 5 πίπτῃσι Eust.; Herm. πίπτῃ, quod ἄμετρον. Eustathius l. c. : παῖδες δύο, γραμμῇ τινι μεσολαβούσῃ διεστηκότες ἀλλήλων, ὄστρακον ἀνεῤῥίπτουν, οὗ θάτερον μὲν μέρος (latus) πεπισσωμένον ἦν, τὸ ἐντὸς δηλαδὴ, τὸ δὲ ἐκτὸς ἀπίσσωτον· διώριστο δὲ (intell. τὰ ὄστρακα) τοῖς συμπαίζουσι, τινῶν μὲν τὴν πίσσαν ἐχόντων, τινῶν δὲ τὸ λευκόν· καὶ ὅτε ἀναβληθὲν τὸ ὄστρακον πέσοι, ὧν μὲν ἦν τὸ κάτω τοῦ ὀστράκου, ἔφευγον, οἱ δὲ λοιποὶ ἐδίωκον. χρῆσις τῆς λέξεως (ὀστρακίνδα) ἐν τῇ κωμῳδίᾳ (Eq. 795) πρὸς αἴνιγμα τοῦ ῥηθέντος ἐξοστρακισμοῦ. Πλ. δὲ, φασὶν, ὁ κωμ. φράζει αὐτὴν οὕτως (sequitur ῥῆσις poetæ). ὁ δὲ ἀναῤῥίπτων τὸ ὄστρακον ἐπιλέγει « Νὺξ ἢ ἡμέρα! » In his quidem libri mira corruptione τίνων μὲν τὸ τὴν πίσσαν ἔχον, τίνων δὲ τὸ λοιπόν. De κ et π litteris confusis ad Iliad. 3, 406. « Ceterum Bergkio poeta respexisse videtur Hyperboli condemnationem : hic enim quum populo suasisset, ut Niciam, aut Alcibiadem, aut Phæacem, e civitate ejiceret, illi, societate inter se inita, effecerunt ut ipse iisdem suffragiis damnaretur. Ab hac igitur societate potentissimorum tunc Athenis virorum Platonem putat fabulam inscripsisse Συμμαχίαν, neque ita multo post olymp. 91, 1 docuisse. Quæ in conjectura esse posita, facile apparet. » *E M.*

3.

Pollux 2, 83 : ὠτογλυφὶς δὲ εἴρηται παρὰ Πλάτωνι τῷ κωμικῷ ἐν Σύμμ. « Σὺν ἐλαίῳ, ὠτογλυφίδα λαβοῦσ' * ἀνασκάλλεται. » Probabiliter Mein. ἀνασκαλεύεται (ὦτα). Scribam

Σὺν δ' ἐλαίῳ γ' ὠτογλυφίδα λαβοῦσ' ἀνασκαλεύεται.

'Ανασκ., *rimatur* et purgat aures, oleum ad manum habens, quo deinde eas illiniat. Versus asynartetus, constans e trochaico et iambico dimetris, qualis est Æschyli Ag. 427 :

ἀλλὰ ταχύμορον γυναικοκήρυκτον ὄλλυται κλέος,

metrum etiam Plauto et Terentio usitatum. Ceterum verba ἐν Συμμ. absunt ab optimo cod. Bekkeri. Cobetus Obss. p. 126 : ἐν Συμμαχίᾳ καὶ ἐν Λαΐῳ : 'Ωτ., etc.

4.

Idem 6, 17 : τὸ νῦν ἕψημα ὀνομαζόμενον, ὅπερ ἐστὶν οἶνος ἡψημένος εἰς γλυκύτητα. καὶ τοῦτ' ἂν εἴη τὸ εἰρημένον ἐν τῇ τοῦ Πλάτωνος τοῦ κωμικοῦ Συμμ.

— Τὸ γὰρ ἕψημά σου
γευόμενος ἔλαθον ἐκροφήσας.

« Figurate dictum, ut videtur, *Quod tu intrivisti, egomet exedi.* » *E M.* De hoc quidem v. Terentii Phorm. 2, 2, 4 ; sed vereor ut id Pl. significaverit.

5.

Athen. 2, p. 68, C, et ex eo Eust. ad Il. p. 1148, 26 : θηλυκῶς (τὴν ὀρίγανον λέγει) Πλ. ἢ Κάνθαρος (v. prolegomena)·

Ἦ 'ξ Ἀρκαδίας τοι δριμυτάτην ὀρίγανον.

« Libri 'Αρκ. οὕτω δριμ. Correxit Person., probabiliter hæc referens ad Συμμαχίαν. Origanum Arcadicum commemorat Theophr. H. Pl. 6, 24. » *E M.*

6.

Idem 7, p. 312, D : Πλ. δὲ ἢ Κάνθαρος ἐν Συμμ. σὺν τῷ σ (scribunt μύραινα),

Βατίς τε, καὶ σμύραινα προσέτι.

Libri πρόσεστι, quod correxit Mein. De *bato* ad Aristoph. Plut. 1007; cf. Vesp. 495.

7.

Idem ib. p. 314, A : Νάρκη. Πλ. ἢ Κάνθαρος ἐν Συμμ.

---

unus autem utrorumque testam in medium progressus jacit;
et album latus si superne cadit, altera pars cito effugere debet,
altera vero persequi.

3.

Cum oleo illa simul sumpto auriscalpio rimatur.

4.

— Defrutum enim tuum
gustatum clam exsorbui.

5.

Vel ex Arcadia origanum acerrimum.

6.

Batusque, et muræna præterea.

Νάρκη γὰρ ἑφθὴ βρῶμα χάριεν γίγνεται.

Ἑφθὴ pro ἔφη Bentl. ad Menandr. p. 69; χάριεν pro χαρίεν Dindorf.

8.

Harpocr. p 139, 17; Ὀρνιθευτής: ὁ ὀρνιθοθήρας ... Πλ. ἢ Κάνθαρος Συμμ.

9.

Pollux 7, 202: Πορνοβοσκῆσαι ἐν τῇ Πλάτωνος Συμμ.

10.

Antiatt. p. 104, Κεναγγίαν: τὴν πεῖναν. Πλ. Συμμ. Pollux 6, 31: Πλ. δὲ καὶ κεναγγίαν εἴρηκε· Ξενοφῶν δὲ βούλιμον, καὶ Ἀριστοτέλης δὲ «τὸν Πειραιέα μὴ κεναγγίαν ἄγειν.» De quibus Meinek.: «Horum postrema ne quando in Aristotelis fragmentis ponantur, partim ex codicibus scribe καὶ Ἀριστοφάνης δὲ «Τὸν Πειραιᾶ δὲ (malim μέν. V. Comici fragm. incert. 10, p. 182 nostræ ed. *Both.*) μὴ κεναγγίαν ἄγειν.»

11.

Photius p. 383, 14, Παραθήκην: Πλ. Συμμ.

12.

Idem p. 404, 18, Πεζὰς μόσχους: ἀντὶ τοῦ ἑταίρας ... τὰς χωρὶς ὀργάνων. Κάνθαρος Συμμ.

Αὐλητρίδα πεζήν.

Cf. autem dicta in Eupolidis Adulatoribus fr. 6.

XXVII. ΣΥΡΦΑΞ.

Multitudinem hominum varii generis plebejorum ac tenuium, in unum locum contractam et de negotiolis suis garrientem, aut rixantem, derisisse videtur Plato in hac fabula.

1.

Hesych. Παλινδορία: τὸ σκῦτος. Πλάτων * Συρφακίσαι, μνωμοχθῆραι παλινδορία παίσας αὐτοῦ καταθήσω. Ita codex. Porsonus præfat. Hecubæ p. LVII, tentavit Πλ. Σύρφακι· Σὲ μέν, ὦ μοχθηρέ, παλινδορίαν παίσας αὐτοῦ κατ., quæ accepit Mein. parum explicata; quare malim

Σὲ μέν, ὦ μοχθηρέ, παλινδορίᾳ παίσας αὐτοῦ καταθήσω.

Te quidem, pessime, scutica verberans illico deponam, h. e. prosternam, ut Plautus Aul. 3, 6, 39: *Ut me deponat vino, eam adfectat viam*. Παλινδορίαν et σκῦτος recte flagellum coriaceum intelligas. Αὐτοῦ, *illic*, vel potius *illico*, statim: v. ann. ad Iliad. 21, 114.

2.

Schol. Aristoph. Avium 168: Πλ. Σύρφακι ἐπὶ τοῦ Τελέου «Νοεῖ μὲν ἕτερ', ἕτερα δὲ τῇ γλώττῃ λέγει.» κωμῳδεῖται δὲ εἰς πολλά. Suidas v. Τελέας «Ν. μὲν ἕτερ', ἕτ. δὲ τῇ γλ. φθέγγεται, in quibus genuinum videtur φθέγγεται, quum λέγει speciem habeat interpretamenti. Legam igitur

Νοεῖ μὲν ἕτερ', ἡ γλῶττα δ' ἕτερα φθέγγεται.

3.

Athen. 8, p. 344, D: Μυνίσκος, ὁ τραγικὸς ὑποκριτής, κωμῳδεῖται ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Σ. ὡς ὀψοφάγος οὕτως·

α. Ὁδὶ μὲν Ἀναγυράσιος ὀρφώς ἐστί σοι...
β. Ταῦθ'. α. Ὧι φίλος Μυνίσκος ἔσθ' ὁ Χαλκιδεύς.
α. Καλῶς λέγεις.

Versu 2 vulgati libri ταῦθ' ὡς, codd. AB θ' οὖθ' ὡς. P τοῦθ' ὡς. Itemque illi ἔσοιθ', codicum autem AB ἔσοθ'. Recte Blomfield. ad Æschyli Pers. præf. p. VIII, ἐσθ'. Ταῦτα, *sic*, affirmantis est, ut Καλῶς λέγεις. Cf. Aristoph. Eq. 111, etc. «*Myniscus*, fortasse nepos illius cognominis, qui Æschyli actor fuit.» *E Mein.* Qui in altera ed. scripsit β. Οἶδ', ᾧ φίλος, etc.

4.

Idem 10, p. 446, E, de futuro πίομαι: ἐνίοτε δὲ καὶ συστέλλουσι τὸ ι, ὡς Πλ. ἐν Ταῖς ἀφ' ἱερῶν (fragm. 1), καὶ ἐν Σ.

— Καὶ πίεσθ' ὕδωρ πολύ.

Similiter Ion Chius Athen. p. 463, C, et, annotante Mein., ex antiquis Comicis Amipsias fab. incert. 1, 2. Cf. Matth. Gr. § 180.

5.

Harpocr. p. 107, 10, Κατάστασις: ἔοικεν οὖν ἀργύριον εἶναι, ὅπερ οἱ κατασταθέντες ἱππεῖς ἐλάμβανον ἐκ τοῦ δημοσίου ἐπὶ τῇ καταστάσει. ... ἔτι δὲ σαφέστερον λέγεται ἐν τῷ Σ. Πλάτωνος. «V. Bœckh. Œcon. Att. 1, p. 269.» *M.*

7.

Torpedo enim cocta cibus delicatus est.

TURBA.

2

Alia quidem cogitat, alia vero loquitur lingua.

3.

a. Hic quidem Anagyrasius orphus tibi est....
b. Ita. a. Cui amicus est Myniscus Chalcidensis.
b. Bene dicis.

4.

Et multum aquæ bibetis.

XXVIII. ΥΠΕΡΒΟΛΟΣ.

« Hyperbolus natus fuit patre incertum utrum Attico, an peregrino (v. fr. 8), Antiphane (v. Androtion apud schol. Luciani vol. 1, p. 154 ed. Lips.), vel Chremete, secundum Theopompum in excursu de demagogis, quem, teste Athenæo 4, p. 166, D, decimo Historiarum libro addiderat, apud eundem schol. p. 155, et schol. Aristoph. Pacis 680, ubi Χρέμητος legendum est pro Χρέμιδος. Ælianus autem V. H. 12, 43 : Ὑπερβόλου καὶ Κλεοφῶντος οὐδεὶς ἂν εἴποι τοὺς πατέρας. Hoc utut est, certe obscurus homo fuit pater omnique contumeliæ genere oppletus, ut quem in publica moneta serviisse tradat Andocides apud schol. Vesp. 1001; neque honestiorem fuisse matris conditionem, ex Nubibus 550 sqq. et Thesmophoriazusis (840 seqq.) intelligitur. Ipse Hyperbolus utrumne Athenis natus sit, an immigraverit cum parentibus, non constat (v. fr. 7). Perithoidarum δήμῳ adscriptus (Plut. Alcib. 13, Nic. 11), initio lucernis fabricandis vitam sustentavit, fraudulenter etiam plumbo pro ære usus. (Schol. Nubium 1064 : οὐ γὰρ χαλκῷ μόνον ἐχρῆτο πρὸς τὴν τῶν λύχνων κατασκευήν, ἀλλὰ καὶ μόλιβδον ἐνετίθει.) Mox autem forum frequentans, defendendis, magisque accusandis, civibus operam dedit; et ad ipsam rempublicam tractandam mature accessit (Luciani schol. l. l. : Κρατῖνος ἐν Ὥραις ὡς προσελθόντος νέου τῷ βήματι μέμνηται καὶ παρ' ἡλικίαν), idque incredibili quadam impudentia et turpi socordis plebeculæ adulatione (v. Maximus Tyr. 20, p. 391) : neque enim eloquentiæ illecebris hominem animos Atheniensium sibi conciliasse, vel hoc documento est, quod refert Quintilianus Instt. orat. 1, 10, 18 : *Maricas* (Eupolidis), *qui est Hyperbolus, nihil se ex musicis scire nisi litteras profitetur.* Immo ne attice quidem eum locutum esse, e fragmento 1 hujus fabulæ suspiceris. Sed quoad Cleon reipublicæ præfuit, Hyperbolus nonnisi secundas agebat in civitate; illo autem mortuo, olympiadis 89 anno 2 vel 3 (422 vel 421 ante Chr. nat.), populus ex nutu ejus, velut genii cujusdam, pendebat, tantoque perditissimum hominem favore amplexus est, ut, quamvis dona Ægyptiorum Atheniensibus missa sibi soli vindicasset, tamen exercitui eum præficerent et hieromnemonis munere ornarent (schol. Aristoph. Ach. 846 et Nub. 620). Ita quum per aliquot annos primum locum in republica tenuisset et ne mordacissimis quidem Comicorum salibus (v. Plut. Alcib. 13. Cicero Brut. 62 : *Hyperboli improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notaverunt*) ad saniorem rationem revocaretur, inopinate de summo, ad quod malis artibus ascenderat, honoris potentiæque fastigio deturbatus jacuit. Nicias enim, vel Phæax (de hoc Theophrastus apud Plut. Nic. 11, et schol. Luciani l. l.), quum principatum eripere studerent Alcibiadi, Hyperbolus alterutrum eorum ostracismo expellere ex patria conatus est, quo facilius is, qui remansisset, sua ipsius opera summoveretur : at contra omnium exspectationem ipse Hyperbolus, machinante inprimis Alcibiade, eodem testularum judicio damnatus est, olympiadis, ut videtur, 91 anno 1 (ante Chr. nat. 415) : v. Plut. Alcib. 13, Nic. 11, Aristid. 7. Theopomp. scholio ad Vesp. 1001, ubi legitur ἐξωστράκισαν τὸν Ὑπέρβολον ἓξ ἔτη pro δέκα; sed legendum est πέντε auctore Philochoro in fragmento Lexici rhetor. apud Dobr. in calce Photii p. 675, qui locus sic habet : τοῦτον (scil. τὸν ἐξοστρακισθέντα) ἔδει, τὰ δίκαια δόντα καὶ λαβόντα ὑπὲρ τῶν ἰδίων συναλλαγμάτων, ἐν δέκα ἡμέραις μεταστῆναι τῆς πόλεως ἔτη δέκα· ὕστερον δὲ ἐγένοντο πέντε. Adeoque mox ejus facti pœnituit Athenienses, qui non διὰ δυνάμεως καὶ ἀξιώματος φόβον, ἀλλὰ διὰ πονηρίαν καὶ αἰσχύνην τῆς πόλεως (Thuc. 8, 73), improbum hominem honestissimo pœnæ genere affecissent, ut eam abrogarent (Plut. Nic. 11). Secessit autem Hyperbolus exilio multatus in Samum insulam, ubi olymp. 92, 1 (ante Chr. nat. 411) ab adversariis popularis imperii necatus, corpusque ejus contumeliose tractatum et in mare abjectum fuit (Thuc. l. c. etc.).

Jam ipsa hæc Platonis comœdia quo tempore acta sit, etsi nemo diserte tradidit, tamen non multum a vero aberraveris, si olymp. 91, 2 factum existimes post damnationem hominis : v. Plut. Nic. 11, et Alcib. 13, fragm. fabulæ 1, quod nisi absente Hyperbolo scribi non potuit, etc. » *E M.*

1.

Herodianus Περὶ μον. λέξεως p. 20, 1 : Πλάτων μέντοι ὁ κωμικὸς ἐν Ὑπερβόλῳ διέπαιξε τὴν ἄνευ τοῦ γ χρῆσιν (quum dicebant ὀλίος pro ὀλίγος), ὡς βάρβαρον, λέγων οὕτως·

Ὁ δ' οὐ γὰρ ἠττίκιζεν, ὦ Μοῖραι φίλαι,
ἀλλ', ὁπότε μὲν χρείη διητώμην λέγειν,
ἔφασκ' ἐδιαιτώμην· ὁπότε δ' εἰπεῖν δέοι
ὀλίγον, (ὁ δ') ὀλίον ἔλεγεν.

HYPERBOLUS.

1.

Ille vero non atticissabat, o caræ Parcæ,
sed, si διητώμην quidem dicendum erat,
pronuntiabat ἐδιαιτώμην; sin autem fari
ὀλίγον, (ille) ὀλίον dicebat.

Ex Herodiano Etym. M. p. 621, 51 : ὀλίος κατὰ διάλεκτον· Ταραντῖνοι γὰρ τὸ ὀλίγος ὀλίος λέγουσιν ἄνευ τοῦ γ ... Πλ. μέντοι ὁ κωμικὸς διαπαίζει τὴν λέξιν ὡς βάρβαρον, καίτοι τὸ γίννος ἴννος φησί· τοῦτο δὲ εἴρηκε τὸ ἐξ ἵππου μὲν μητρὸς, πατρὸς δὲ ὄνου. Ælius Dionysius ap. Eustath. p. 1160, 16 : ὀλίγον· τὸ δὲ ὀλίον : ἢ βάρβαρον, ἢ ἰακόν. « Similiter ὀλίωρος pro ὀλίγωρος dixisse minus attice loquentes, ostendit glossa Photii Lex. p. 327, 22, Ὀλίγωρος : σὺν τῷ γ. » *E M.* Hist. crit. Com. p. 192. Idem annotat ad versum 1 : « Suspicabar Μοῦσαι, quoniam, ubi de elegantia in dicendo agitur, Musarum mihi quam Parcarum aptior videbatur antestatio. » Speciosa quidem conjectura; nec tamen summovendas puto Parcas, sed invocatas, tanquam de litteris sollicitas, quippe inventrices litterarum A, B, H, I, T et Y, secundum Hyginum Fab. 277. Igitur poeta ridicule videtur vereri, ne ægre ferant deletionem τοῦ γ. V. 3 sic Mein. pro corruptis ἔρασκε δὴ τῷ μήν. Formam enim ἐδιαιτώμην improbasse ait Atticistas secundum Antiatt. p. 91, 18 (ἐδιαίτων : ἀντὶ τοῦ διῄτων). V. 4 codex ὀλίγον ἔλεγεν. Mein. auctore Blochio ὀλίγον ὀλίον, hanc vocem gravissimam occultans in thesi, quod nefas. Nos ὁ δ' addidimus. De duplici δὲ v. Matth. Gr. § 606, 3. Apud Etymologum libri male ὡς βάρβαρον, καὶ τὸ ὀγίννος γίννος φησὶ, nec sufficit correctioni quod suasit Mein. καὶ τὸ γίννος ἴννος, sufficit καίτοι τὸ γίννος ἴννος φ. Ceterum Pl. usurpasse videtur τὸ γίννος notione τοῦ ὀρεύς : v. Schneideri Lex. illa voce.

2.

Plutarchus Nic. 11, de ostracismo · Ὑπερβόλῳ δὲ τιμὴν καὶ προσποίησιν ἀλαζονείας (scil. εἶναι ἐνόμιζον τὸν ἐξοστρακισμὸν), εἰ διὰ μοχθηρίαν ταὐτὰ ἔπαθε τοῖς ἀρίστοις, ὥς που καὶ Πλ. ὁ κωμικὸς εἴρηκε περὶ αὐτοῦ « Καίτοι ... εὑρέθη · » et Alcib. 13 : φαῦλος γὰρ οὐδεὶς ἐνέπιπτεν εἰς τοῦτον τὸν κολασμὸν (ostracismum), οὐδ' ἄδοξος, ὥσπερ καὶ Πλ. τοῦ Ὑπερβόλου μνησθεὶς,

Καίτοι πέπραγε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,
αὐτοῦ δὲ κᾀτῶν στιγμάτων ἀνάξια·
οὐ γὰρ τοιούτων οὕνεχ' ὄστραχ' εὑρέθη.

Libri πέπραχε, quod activam notionem habet, qua huic loco aptior est neutralis τοῦ πέπραγε, quod suasit Mein. Idem recte apud Platonem οὕνεχ' pro εἵνεχ'. Ipse correxi verba vulgata αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν (στιγμ.). Ceterum *moribus* suis, h. e. adulatione, profecisse modo se digno dicitur Hyperbolus. *Stigmata* metaphorice intelligenda, respectu habito ad vera stigmata, quibus pater ejus punitus fuit. Andocides in scholio ad Aristoph. Vesp. 1001 : περὶ Ὑπερβόλου λέγειν αἰσχύνομαι, οὗ ὁ μὲν πατὴρ ἐστιγμένος ἔτι δουλεύει τῷ δημοσίῳ, ὁ δὲ (sic Mein. pro ὡς δὲ) ξένος ὢν καὶ βάρβαρος, λυχνοποιεῖ. Ceterum conf. Cobet. Obss. p. 140. Quo auctore Mein. hoc fragm. in Incerta deduxit.

3.

Schol. Aristoph. Thesmoph. 808 : καὶ ἡ Εὐβούλη πέπλασται· τὸ δὲ ὅλον τί βούλεται, οὐκ ἔστι σαφές· ἀλλ' οὐδὲ παρὰ Πλάτωνι ἐν Ὑπερβόλῳ· λέγει γάρ τι περὶ τοῦ ἐπιλαγχάνειν τοῖς βουλευταῖς·

— α. Εὐτυχεῖς, ὦ δέσποτα
β. Τί δ' ἔστι· α. Βουλεύειν ὀλίγου 'λαχες πάνυ.
ἀτὰρ οὐ λαχὼν ὅμως ἔλαχες, ἢν νοῦν ἔχῃς·
β. Πῶς οὖν ἂν ἔχων νοῦν; α. Ὅτι πονηρῷ καὶ ξένῳ
ἐπέλαχες ἀνδρί γ', οὐδέπη γὰρ ἐλευθέρῳ.

« Dilucidius subsortitionis rationem explicuit, eundem Platonis l. respiciens, Harpocrat. p. 81, 9 : ἐκληροῦντο οἱ βουλεύειν ἢ ἄρχειν ἐφιέμενοι· ἔπειτα ἑκάστῳ τῶν λαχόντων ἕτερος ἐπελάγχανεν, ἵν', ἐὰν ὁ πρῶτος λαχὼν ἀποδοκιμασθῇ ἢ τελευτήσῃ, ἀντ' ἐκείνου γένηται βουλευτὴς ἢ ἄρχων ὁ ἐπιλαχὼν αὐτῷ. ὑποφαίνεται δὲ ταῦτα ἐν τῷ Πλάτωνος Ὑπ. Versu 3 ἀτὰρ οὐ pro mendoso ἄγαρου (sic) Hanovius Exerc. critt. 1, p. 93, adstipulante Bergkio Commentt. p. 312, et Mein., qui præter hos laudat etiam Fritzschium ad Arist. Thesmoph. p. 312. V. 4 codex πῶς οὖν ἢν ἔχω v. Confusa ἂν et ἢν, ut Thuc. 8, 46, etc. Temere extruserunt οὖν. Elegans ἄν. V. 5 codex cum hiatu ἀνδρὶ, οὐδέπω, η et ω permixtis, ut sæpius. Fritzschius μηδέπω, Hanovius κοὐδέπω γ', Bergkius κοὐδαμῶς γ'. Ἐλευθέρῳ dictum pro ἐλευθερίῳ, quippe oppositum τῷ πονηρῷ.

Eodem loco sic pergit scholiastes : καὶ ἐν ταὐτῷ·

2.

Quanquam viguit, ut dignus quidem erat moribus,
sed indignus qui illico etiam his stigmatibus notaretur:
neque enim talium causa testæ inventæ sunt.

3.

a. Beatus es, domine.
b. Quidnam est? a. In senatum ut cooptareris pæne tibi sorte obtigit,
sed non sortitus tamen sortitus es, si sapis.
b. Quomodo igitur, si sapio? a. Quia pravo homini et peregrino
subsortitus es : nequaquam enim liberali...

β. Ἄπερρ'! ἐγὼ δ' ὑμῖν τὸ πρᾶγμα δὴ φράσω·
Ὑπερβόλῳ βουλῆς γὰρ, ὦνδρες, ἐπέλαχον.

Quibus apte continuantur illa, quæ antecedunt: subiratus enim dominus servo, familiarius audaciusque locuto in concione, hominem abigit, jamque civibus exponit, quid rei sit. « Βουλῆς pendet ab ἐπέλαχον. » *Mein.* Ibidem codex minus usitate ἄνδρες, confusis α et ω litteris, ut Odyss. 10, 343, etc.

4.

Idem Avium 121, εὔερον: οἷον μαλακὴν, ὥσπερ σισύραν εὐέριον. Πλ. Ὑπ.

Καὶ τοσοῦτον εὐερίας ἀπολέλαυκεν Ὑπέρβολος,
ὥστ' αὐχμέστατός ἐστι.

Libri vulgati αὐχμότατος, quod abhorret a versu pherecrateo: αὐχμέστατος jam olim propositum a me est ann. ad Avium l. l. Ridicule Pl., proprio sensu lanositatis intellecta voce εὐερίας (quemadmodum Germani: *er sitzt in der Wolle*), *sordidissimum* figurate dixit Hyperbolum, quia sordes colligere solent lanæ ovium, qua de causa Ovidius Art. am. 3, 221:

Quas geritis vestes, *sordida lana* fuit.

Suidas h. v. ὥστ' ἀθλιωτάτη ἐστί, corrupte pro ἀθλιώτατος, quod exhibet codex Venet., nunc prælatum a Mein.: « Hunc fructum ex vita omnibus bonis affluente Hyperbolum percepisse dicit, ut jam sit miserrimus. »

5.

Athen. 2, p. 56, F: ὑποκοριστικῶς δ' εἴρηκε Πλ. ἐν Ὑπ. « Φύλλιον ἢ ῥαφανίδιον. » Dobræus Advers. 2, p. 298, φυλλεῖον ἢ ῥαφανιδίου. Malim φυλλεῖον ἂν ῥαφανιδίου, sed fortasse φύλλιον non est mutandum, ut etiam hic versus sit pherecrateus, producta syllaba -νι-, ut in voce ῥαφανίδων Arist. Plut. 540.

6.

Gramm. Bekkeri Anecd. p. 447, 27, Ἀρτοσιτεῖν: τὸ ἐναντίον τῷ ὀψοφαγεῖν. Πλ. ἐν Ὑπ. κέχρηται τῷ ὀνόματι.

7.

Schol. Luciani Tim. 1, p. 142, de Hyperbolo: Πλ. δὲ ὁ κωμικὸς Λυδὸν αὐτόν φησιν εἶναι.

XXIX. ΦΑΩΝ.

« Serioribus poetæ comœdiis accensenda videtur Φάων, fabula omissa ab Andronico in Platonicorum dramatum recensu. Argumentum Phaonis fortasse cognosci potest ex Servio ad Virg. Æn. 3, 279: *Phaon quum esset navicularius, solitus a Lesbo in continentem proximam* (male editum *proximos*) *quosque mercede transvehere, Venerem mutatam in anus formam gratis transvexit; quapropter ab ea donatus unguenti alabastro, quum se in dies inde tum ungeret, feminas in sui amorem trahebat.* His similiter alii, quorum testimonia apposui ad Menandrum p. 105. Adde Apulejum De orthogr. p. 8, et de argumento fragm. dramatis 1 et 2. » *E M.* Palæphatus cap. 49, ex recensione Westermanni (in Μυθογράφοις p. 308): Περὶ Φάωνος [διήγημα]. Τῷ Φάωνι βίος ἦν περὶ πλοῖον καὶ θάλασσαν. πορθμὸς (fretum) ἦν θάλασσα. ἔγκλημα δὲ οὐδὲν παρ' οὐδενὸς ἐνομίζετο [suspicor Palæph. scripsisse καὶ θάλασσαν (π. ἡ θάλασσα)· ἔγκλημα δὲ etc. *Both.*], ἐπεὶ καὶ μέτριος ἦν, καὶ παρὰ τῶν ἐχόντων μόνον ἐδέχετο. θαῦμα ἦν τοῦ τρόπου τοῖς Λεσβίοις· ἐπαινεῖ (malim ἐπ. τε ... καὶ ... Τὸ videtur haustum a vicino το. *Both.*) τὸν ἄνθρωπον ἡ θεός (Ἀφροδίτην λέγουσι τὴν θεόν) [interpretamenti speciem habet τὴν θεόν. Codex C apud Westerm. ἡ θεὸς Ἀφροδίτη. *Both.*] καὶ ὑποδῦσα θέαν ἀνθρώπου γυναικὸς ἤδη γεγηρακυίας τῷ Φάωνι διαλέγεται περὶ πλοῦ. ταχὺς ἦν ἐκεῖνος (forte omissum putes δὲ post ταχύς. *Both.*) καὶ θεραπεῦσαι καὶ διακομίσαι (glossema me judice: neque enim aliud significat θερ. quam διακ. *Both.*) καὶ μηδὲν ἐπαιτῆσαι. τί οὖν ἐπὶ τούτοις ἡ θεός; ἀμεῖψαί φασι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀμείβεται νεότητι καὶ κάλλει τὸν γέροντα. (Hoc maxime observandum est, quod neglexit Servius: *senex* fuit, si fabula vera, Phaon, beneficioque deæ juvenis factus est, quem Sappho amaret; cf. Ælianus V. H. 12, 18. Ceterum congruentiæ causa pro ἀμείβεσθαι scribamus ἀμείβεται: quas formas permutari inter se constat: v. ad Thuc. 1, 120; 3, 36. *Both.*) οὗτος ὁ Φάων ἐστίν, ἐφ' ᾧ τὸν ἔρωτα αὐτῆς Σαπφὼ πολλάκις ᾆσμα ἐποίησεν. Ælianus V. H. l. l.: Ὅτι Φάων ὡραῖος ἦν. Τὸν Φάωνα, κάλλιστον ἀνθρώπων ὄντα, ἡ Ἀφροδίτη ἐν θριδακίναις ἔκρυψε. λόγος δὲ ἕτερος, ὅτι ἦν πορθμεύς, καὶ εἶχε τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα. ἀφίκετο δέ ποτε ἡ Ἀφροδίτη, διαπλεῦσαι βουλομένη· ὁ δὲ ἀσμένως ἐδέξατο, οὐκ εἰδὼς ἥτις ἦν (libri male ὅστις ἦν, η et οσ confusis, de quo mendo v. nos ad Iliad. 18, 214, vol. 6, p. 392), καὶ σὺν πολλῇ φροντίδι ἤγαγεν, ὅποι ποτὲ ἐβούλετο. ἀνθ' ὧν ἡ θεὸς ἔδωκεν ἀλάβαστρον αὐτῷ, καὶ εἶχεν αὐτὴ (fortasse legendum est αὐτὸς vel αὐτό: v. Schneideri Lex. h. v.) μύρον, ᾧ χριόμενος ὁ Φ. ἐγένετο ἀνθρώπων κάλλιστος· καὶ ἤρων γε

Apage te! egoque scilicet vobis rem dicam:
Hyperboli enim loco, o viri, in senatum me subsortiti sunt.

4.

Et adeo lanosus evasit Hyperbolus,
ut sordidissimus sit.

αἱ γυναῖκες αὐτοῦ αἱ Μιτυληναίων. τά γε μὴν τελευταῖα ἀπεσφάγη, μοιχεύων ἁλούς. (Cave tamen putes Mitylenæos tum Phaonem prorsus perditum credidisse, sed ulnis juvenem exceptum fuisse ab aliqua Naïde, etiam in posterum una cum illa suaviter victurum. Alioqui comœdia in tragœdiam, cujus fere parodia est, degenerasset.) Mire idem, incertum quo auctore, 12, 19 : Περὶ Σαπφοῦς. Τὴν ποιήτριαν Σαπφὼ, τὴν Σκαμανδρωνύμου θυγατέρα, ταύτην καὶ Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος σοφὴν ἀναγράφει. πυνθάνομαι δὲ, ὅτι καὶ ἑτέρα ἐν τῇ Λέσβῳ ἐγένετο Σαπφὼ ἑταίρα, οὐ ποιήτρια. De Sapphone v. Herodot. 2, 135, et Horatii interpretes Carm. 2, 13, Epist. 1, 19, 28. — De tempore quo acta fuerit hæc comœdia, cf. dicenda ad fr. 1 et 2.

1.

Athen. 1, p. 5, B : τοῦ Φιλοξένου δὲ τοῦ Λευκαδίου (hæc τοῦ Λευκ. delenda sunt) Δείπνου Πλάτων ὁ κωμῳδιοποιὸς μέμνηται « Ἐγὼ δ', etc. Ex Phaone hæc desumpta esse, ipse Athenæus docet 7, p. 325, A, ubi versus 20 et 21 disertim ex hac fabula afferuntur, et 4, p. 146, F, ubi commemorato Philoxeni Cytherii Convivio, ita pergit : εἴπερ τούτου καὶ ὁ κωμῳδιοποιὸς Πλ. ἐν τῷ Φάωνι ἐμνήσθη, καὶ μὴ τοῦ Λευκαδίου Φιλοξένου. » *E M.* Ex hisce intelligas supra verba τοῦ Λευκαδίου ab alio adscripta esse. « De Philoxeni Cytherii (dithyramborum poetæ apud Dionysium tyrannum) Symposio dixit Bergkius Commentt. p. 211, qui bene monuit, hexametros, qui sequuntur inde a versu 6 hujus eclogæ, non ipsius esse Philoxeni, sed ad irridendum eum a Platone confictos. » *E M.* En ipsi illi versus, in quibus Phaon in parte interiore ædium inclusus, ut fragmento 2, colloquitur cum parasito (α):

— α. Ἐγὼ γὰρ ἐνθάδ' ἐν τῇ ῥημίᾳ
τουτὶ διελθεῖν βούλομαι τὸ βιβλίον
πρὸς ἐμαυτόν. β. Ἔστι δ', ἀντιβολῶ σε, τοῦτο τί;
α. Φιλοξένου καινή τις Ὀψαρτυσία.
β. Ἐπίδειξον αὐτὴν, ἥτις ἔστ'. α. Ἄκουε δή.
Ἄρξομαι ἐκ βολβοῖο, τελευτήσω δ' ἐπὶ θύννον.
β. Ἐπὶ θύννον; οὐκ ἦν τῆς τελευταίας πολὺ
κράτιστον ἐνταυθὶ τετάχθαι τάξεως.
α. Βολβοὺς μὲν σποδιᾷ δαμάσας, καταχύσματι δεύσας,
ὡς πλείστους διάτρωγε· τὸ γὰρ δέμας ἀνδρὸς ἀνορθοῖ.
Καὶ τάδε μὲν δὴ ταῦτα· θαλάσσης τέκνα δ' ἔσειμι.

καὶ μετὰ μικρὸν

Οὐδὲ λοπὰς κακόν ἐστιν· ἀτὰρ τὸ τάγηνον ἄμεινον.

καὶ μετ' ὀλίγα

Ὀρφὼν αἰολίαν, συνόδοντά τε, καρχαρίαν τε,
μὴ τέμνειν, μή σοι νέμεσις θεόθεν καταπνεύσῃ·
ἀλλ' ὅλον ὀπτήσας παράθες· πολλῷ γὰρ ἄμεινον.
Πουλύποδας πλεκτῇ δ' ἂν ἐπεὶ λήψῃ κατὰ καιρὸν,
ἑφθὴ τῆς ὀπτῆς, ἢν ᾖ μείζων, πολὺ κρείττων·
ἢν ὀπταὶ δὲ δύ' ὦσ', ἑφθῇ κλαίειν ἀγορεύω.
Τρίγλη δ' οὐκ ἐθέλει νεύρων ἐπιήρανος εἶναι·
παρθένου Ἀρτέμιδος γὰρ ἔφυ, καὶ στύματα μισεῖ.

PHAON.

1.

— a. Ego enim hîc in solitudine
hunc librum perlegere volo
seorsum. b. Quisnam, te obtestor, hic est?
Philoxeni nova quædam Ars coquinaria.
b. Ostende eam, quæ sit. a. Audi igitur.
Ordiar a bulbo, finiamque thynno.
b. Thynno? non licebat hîc in ultimo
ordine longe optimum collocari.
a. Bulbos, cinere domitos, jusculo rigatos,
quamplurimos comede : erigit enim corpus viri.
Et hæc quidem hactenus? nam ad maris filios [transeo.
* * *
Nec patina mala est; sartago tamen melior.
* * *
Orphum, æoliam, denticemque, et canem carchariam,
noli dissecare, ne divina te afflet nemesis,
sed totum assatum apponito : multo enim melius est.
Polypos si accepisti in fiscina justo tempore,
elixus, si grandior, asso longe præferendus est;
sin autem duo sunt assi, elixum plorare jubeo.
Tum trigla nervis non solet conducere :
virginis enim Dianæ est et tentigines odit.

Σκορπίος αὖ... β. Παίσειέ γε σοῦ τὸν πρωκτὸν ὑπελθών.

Versu 1 libri difficiliore metro 'Εγὼ δ' ἐνθ. Recte Bergk. Comm. p. 211 γὰρ siquidem γάρ, et δὲ sæpius confusa sunt. Mein. δέ γ'. V. 5 idem Mein. ἔστ' pro ἔστιν. V. 7 οὐχ ἦν, i. e. οὐχ ἐξῆν. Mendose libri οὐκοῦν, permutatis inter se η et ου, sicut Thuc. 3, 62; 8, 52, etc. Iidem libri τῆς τελευτῆς, correctum a Casaubono. (In altera ed. Mein. illa τῆς τελευτῆς pro interpretamento habet sequentium ἐνταυθὶ τάξεως, quo obliteratam fuisse scripturam fere talem : οὐκοῦν δεινὸν ἦν τὸ πολὺ κράτ. etc. : articulum quippe esse necessarium ad πολὺ κράτ.). V. 8 libri versu pessumdato ἐνταῦθα. Casaub. ἐνταυθοῖ, Dind. et Mein. ἐνταυθί. V. 10 vulgo δέμας ἀνορθοῖ, ut Eustath. ad Hom. p. 1283, 33 : Πλ. ὁ κωμικὸς εἰπὼν περὶ βολβοῦ, ὃς πολὺς ἐν Ἀθήναις φύεται, ὅτι τὸ δέμας ἀνορθοῖ, τούτεστι τὸ αἰδοῖον ἐντείνει. Recte supplevit Casaub. δέμας ἀνδρὸς ἀνορθοῖ. Videtur fraudi fuisse ἀνορθοῖ simili voci ἀνδρός. Dindorf. δέμας ἀνέρος ὀρθοῖ. In cod. C post v. 10 additum ἡ ψωλὴ δέμας ἐστί. V. 11 libri durissime et procul dubio mendose θαλ. δ' ἐς τέκν' ἄνειμι. Post versum 12 οἶμαι ut glossema ἄμετρον delevit Dind., sed poni poterat initio alterius versus. Non agnoscunt tamen qui huc respiciunt Eustath. ad Odyss. p. 1862, 20, et gramm. ap. Cramer. Anecd. Ox. 3, p. 168. V. 15 vulgo πολλὸν γ. ἄμεινον, homœoteleuto facile evitabili : v. Bornemann. indice Cyropædiæ v. Πολύς. V. 16 aperte vitiosa est scriptura codicum hæc πουλύποδος πλεκτὴ δ' ἂν ἐπιλήψη. Oxymoro lepido poeta dicit, si quis polypos habeat, elixum majorem præstare parvo asso ; sin autem duo sint assi, contemnendum esse unum elixum. « Quo tempore non conducat polypi captura, docet Aristoteles H. A. 5, 12, sive apud Athen. p. 317, E. » *Mein.*, qui in altera edit. correxit πλεκτὴ δ', εἰ πιλήσεις κατὰ καιρόν, siquidem ἂν addito olim postquam illa in ἐπιλήψη abierant. Confert Ephippum Geryon. fr. 2, 10 : πιλεῖν τε πολλὰς πλεκτάνας ἐπιστρόφως· et Aristoph. fr. 189 : πληγαὶ λέγονται πουλύπου πιλουμένου. V. 21 libri fere uno tenore σκ. αὖ παίσειέ γε, etc. « VL παυσειέ γε, unde Jacobsius Addit. p. 4. σκ. αὖ παύσει σε πόθου. Sed Elmslejus ad Acharn. 93 orationem ab altera persona interpellari sensit, secuto Dindorfio. Scorpionem mœchis subditum esse, annotavit, laudatus Schweighæusero, Gesnerus Aquatil. p. 851. » *E M.*

2.

Idem 10, p. 441, E : Πλ. Φάωνι, διηγούμενος ὅσα διὰ τὸν οἶνον συμβαίνει ταῖς γυναιξὶ, φησὶν

Εἶεν, γυναῖκες... ὡς ὑμῖν πάλαι
οἴνῳ γενέσθαι τὴν ἄνοιαν εὔχομαι.
Ὑμῖν γὰρ οὐδεὶς, καθάπερ ἡ παροιμία,
ἐν τῷ καπήλου νοῦς ἐνεῖναί μοι δοκεῖ.
Εἰ γὰρ Φάωνα δεῖσθ' ἰδεῖν, προτέλεια δεῖ
ὑμᾶς ποιῆσαι πολλὰ πρότερον τοιαδί·
πρῶτα μὲν ἐμοὶ γὰρ κουροτρόφῳ προθύεται
πλακοῦς ἐνόρχης, ἄμυλος ἐγκύμων, κίχλαι
ἕνδεχ' ὁλόκληροι, μέλιτι διαμεμιγμέναι,
λαγῷα δώδεκ' ἐπισέληνα· τἄλλα δὲ
ἤδη τοιούτων εὐτελέστερ' (ἄκουε δή)·
βολβῶν μὲν Ὀρθάνῃ τρί' ἡμιεκτέα,
Κονισάλῳ δὲ καὶ παραστάταιν δυοῖν
μύρτων πινακίσκος χειρὶ παρατετιλμένων
(λύχνων γὰρ ὀσμὰς οὐ φιλοῦσι δαίμονες)·
πυγῆς τετάρτη κυνί τε καὶ κυνηγέταις,
Λόρδωνι δραχμὴ, Κυβδάσῳ τριώβολον,
ἥρῳ Κέλητι δέρμα καὶ θυλήματα·
ταῦτ' ἐστὶ τἀναλώματ'· εἰ μὲν οὖν τάδε
προσοίσετ', εἰσέλθοιτ' ἄν· εἰ δὲ μὴ, μάτην
ἔξεστιν ὑμῖν διὰ κενῆς κινητιᾶν.

Versu 1 post γυναῖκες forte periisse suspicor librariorum negligentia simile τῷ -αικες vocabulum

---

Contra scorpius... b. Pungat tibi quidem podicem subiens.

2.

Age igitur, mulieres (capræ) : quippe longo ex tempore
vinum creare vobis insaniam affirmo.
Vobis enim, opinor, nulla, ut in proverbio est,
apud cauponem inveniri videtur sapientia.
Quodsi igitur Phaonem videre cupitis, prævia
multa vobis facienda sunt sacra hujuscemodi :
primum enim mihi juvenum curatrici offertur
placenta testiculata, libum gravidum, turdi
undecim integri, melle permixti,
leporinæ carnes duodecim, bellaria lunata : cetera vero
jam talibus viliora sunt (audi sane) :
bulborum quidem Orthani tres semisextarii ;
Conisalo autem et adjutoribus duobus
vulvarum patella manu depilatarum
(luminum enim odores non amant dæmones) ·
culi quadra cani ac venatoribus,
Lordoni drachma, Cybdaso triobolum
heroi Celeti corium et thus.
Hi sunt sumptus : igitur hæc si affertis,
introibitis; sin minus, vano labore
licet vobis frustra moveri.

cusum est aliquid nunc tandem, ut Germani eadem metaphora : *Jezt endlich ist etwas geschmiedet.* Ἐς πέρας, *tandem*. Sic Aristoph. Avium 758, εἰς εὐτέλειαν, ubi schol. εὐτελῶς. Thuc. 3, 64, εἰς τὸ ἀληθὲς pro ἀληθῶς, etc.

9.

Idem ib. 116 : τὰ δὲ ἴχνη τῶν τροχῶν, ἃ Ὅμηρος (Il. 23, 505) ἁρματροχιὰς εἴρηκε, Κ. ἐν Κύκλωψιν ἁ μ α ξ ο τ ρ ο χ ί α ς λέγει. « Unus codex ἁματροχίας, ut Il. 23, 422 ἁματροχιάς. Confudit hæc Pollux, ut Callimachus fragm. 135, ubi ἁματροχίας dixit rotarum vestigia : v. schol. ad utrumque Homeri locum. » *E M.*

III. ΠΕΔΗΤΑΙ.

In hac fabula Callias Lamponem, Euripidem, Socratem, Acestorem et Melanthium traduxit.

1.

Schol. Aristoph. Avium 151 : Μελάνθιος ὁ τραγικὸς κωμῳδεῖται... εἰς μαλακίαν καὶ ὀψοφαγίαν. Πλάτων δὲ αὐτὸν ἐν Σκύθαις ὡς λάλον σκώπτει. Κ. Πεδήταις

α. Τίς τις ἄρα; τοὺς Μελανθίους τῷ γνώσομαι;
β. Οὓς ἂν μάλιστα λευκοπρώκτους εἰσίδῃς.

Immisi personas colloquentes. Codd. τίς ἄρα. Parum probabiliter Meinek. Πῶς ἄρα τοὺς Μελ., etc. Dindorfius τοὺς Μελανθίου.

2.

Diogenes Laert. 2, 18, disserens de Socratis familiaritate cum Euripide : ἐδόκει δὲ συμποιεῖν Εὐριπίδῃ... καὶ Κ. ἐν Πεδ.

α. Ἤδη σὺ σεμνοῖ καὶ φρονεῖς οὕτω μέγα;
β. Ἔξεστι γάρ μοι. α. Σωκράτης τἄρ' αἴτιος!

V. 1 libri mendose σεμνή. Mein. auctore Dindorfio σεμνοῖ, recte quidem; sed idem nulla necessitate, cum eodem ad Aristoph. fragmenta p. 21 : τί δὴ σὺ etc. Euripidis persona respondere videatur. Inficete codd. v. 2 Ἔ. γάρ μοι· Σώκρ. γὰρ αἴτ. Imo alter irridens : Σ. τἄρ' (i. e. τοὶ ἄρα) αἴτιος. V. ann. ad Acharn. 298.

3.

Schol. Aristoph. Avium 31, de Acestore tragico : εἰς δὲ τὴν ποίησιν αὐτοῦ κεχλευάκασι, Κ. μὲν ἐν Πεδ. « Καὶ Σάκαν οἱ χοροὶ μισοῦσι. » Immo potius

— Καὶ Σάκαν χοροὶ
μισοῦσι,

vel Κεἰ Σ. χοροὶ μισ. quasi coryphæus dixerit, Sacam quidem odio esse choris, sed Calliam probatum. De καὶ et κεὶ confusis v. ann. ad Æschyli Eum. 752; de omisso articulo v. ann. ad Aristoph. Ran. 27; nec bene Burges. et pejore sede versus posito nomine, et servato articulo,

— Καὶ Σάκαν,
ὃν οἱ χοροὶ μισοῦσι.

« Sacam vocabant eum, peregrinam hominis originem ridentes. Photius p. 496, 18 : Σάκας ἐπεκαλεῖτο ὁ τραγῳδιοποιὸς Ἀκέστωρ ὡς ξένος καὶ βάρβαρος· οἱ γὰρ Σάκαι Σκυθικὸν γένος. Similiter schol. Aristoph. Vesp. 1216 (cf. schol. Av. 31, *Both.*). Eundem στιγματίαν dicit Eupolis Adul. 1, 14. » *E M.*

4.

Athen. 8, p. 344, E : καὶ Λάμπωνα τὸν μάντιν ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις (scil. ἐπὶ τῇ ὀψοφαγίᾳ) κωμῳ-

---

9.

Curriculi cursus. — Concursus rotarum.

PEDICIS VINCTI.

1.

a. Quis igitur quisque (est)? Melanthios quo signo [agnoscam?
b. Quos forte albissimis culis conspexeris.

2.

a. Jamne tu te effers, tantosque sumis spiritus?
b. Licet enim mihi. a. Socratis nimirum causa!

3.

— Et (*vel* etsi) Sacam chori
oderunt.

δοῦσι Κ. Πεδ., καὶ Λύσιππος Βάκχαις. » V. Cratini Δραπετ. » *E M.*

5.

Pollux 7, 113 : τρύπανον, τέρετρον τρυπανοῦχον (libri minus commode τέρετρον, τρυπανοῦχος), ἀρίς· Κ. γοῦν ἐν Πεδ. λέγει « Τῆς πατρικῆς ἀρίδος. »

6.

Etym. M. p. 301, 55 : Εἰσῇμεν ἀντὶ τοῦ εἰσῄειμεν, σὺν τῷ ι (subscripto) Κ. Πεδ., καὶ εἰσῇσαν ἀντὶ τοῦ εἰσῄεσαν σὺν τῷ ι Ἀγάθων Ἀερόπῃ.

7.

Athen. 4, p. 176, F : τῶν δ' ἐλύμων αὐλῶν μνημονεύει καὶ Κ. ἐν Πεδ. Schneiderus in Lexico, incertum quo auctore, ἐλύμους αὐλοὺς intelligit tibias buxeas.

8.

Schol. Platonis p. 391 Bekk. : καὶ Περικλέα δημηγορεῖν παρεσκεύασεν (ἡ Ἀσπασία), ὡς Αἰσχίνης ἐν διαλόγῳ Ἀσπασίᾳ, καὶ Κ. ὁμοίως Πεδήταις. Legebatur καὶ Πλάτων ὁμοίως Πεδήταις, quod Meinek. olim mutabat in Ποιηταῖς.

ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗ ΤΡΑΓΩΔΙΑ.

Drama ridiculum, in quo Noster litteras personatas induxisse videtur veteres ΤΗ, ΠΗ, ΚΗ, ΚΣ, ΒΣ, ΠΣ, de principatu contendentes cum recentioribus Θ, Φ, Χ, Ξ, Ψ (v. Matth. Gr. § 12); idque apparatu tragico, quem imitati esse dicuntur Sophocles, Euripides, aliique. Athenæus 7, p. 276, A, auctore Clearcho Solensi in libro De griphis : καὶ γὰρ Καλλίαν τὸν Ἀθηναῖον γραμματικὴν συνθεῖναι τραγῳδίαν, ἀφ' ἧς ποιῆσαι τὰ μέλη καὶ τὴν διάθεσιν Εὐριπίδην ἐν Μηδείᾳ, καὶ Σοφοκλέα τὸν Οἰδίπουν· et p. 453, E : ὥστε τὸν Εὐριπίδην μὴ μόνον ὑπονοεῖσθαι τὴν Μήδειαν ἐντεῦθεν πεποιηκέναι πᾶσαν, ἀλλὰ καὶ τὸ μέλος αὐτὸ μετενηνοχότα φανερὸν εἶναι· τὸν δὲ Σοφοκλέα διελεῖν φασιν ἀποτολμῆσαι τῷ μέτρῳ (quod ad metrum sive metricam rationem attinet) τοῦτ' (hoc Calliæ poema) ἀκούσαντα (scil. privatim recitatum : neque enim unquam publico theatro spectatum est), καὶ ποιῆσαι ἐν τῷ Οἰδίποδι (?) οὕτως « Ἐγὼ οὔτ' ἐμαυτὸν, οὔτε σ', ἀλγυνῶ. τί ταῦτ' ἄλλως ἐλέγχεις; » διόπερ οἱ λοιποὶ τὰς ἀντιστρόφους (στροφὰς) ἀπὸ τούτου παρεδέχοντο πάντες, ὡς ἔοικεν, εἰς τὰς τραγῳδίας. Fragmentum hoc OEdipi alibi me non memini legere. Displicet autem in thesi occultatum, et extremo versu, et elisum, ταῦτα. Quare librarios imprudenter transposuisse verba suspicor, quum Callias dixisset

Ἐγὼ οὔτ' ἐμαυτὸν, οὔτε σ', ἄλλως ἀλγυνῶ.
Τί ταῦτ' ἐλέγχεις;

Plura de hoc dramate v. apud Bergkium Commentt. p. 117 et seqq. et in peculiari dissertatione God. Hermanni.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Clemens Alex. Strom. 6, p. 743 : Καλλίᾳ τῷ κωμικῷ γράφοντι

Μετὰ μαινομένων φασὶν χρῆναι μαίνεσθαι πάντας ὁμοίως,

Μένανδρος ἐν Πωλουμένοις παρισάζεται, λέγων « Οὐ πανταχοῦ, etc. Grotius Excerpt. p. 864 :

Apud insanos omnibus ajunt insanire esse decorum.

Minus bene Grotius *esse insanire.*

2.

Athen. 2, p. 57, A : Κ. δὲ ἐπὶ ῥαφανῖδος εἴρηκε τὴν ῥάφανον. περὶ γοῦν τοῖς τῆς ἀρχαιοτάτης κωμῳδίας διεξιὼν φησιν « Ἔτνος, * πῦρ, γογγυλίδες, ῥάφανοι, δρυπεπεῖς, ἐλατῆρες. » Libri corrupte περὶ γοῦν τῆς ἀρχαιότητος τῆς κωμῳδίας διεξ., neque assentior viro docto, qui hoc annotavit : « De cibariorum exilitate agit antiquis comœdiæ temporibus in choreutas collatorum, » sed τὰ τῆς ἀρχαιοτάτης κωμ. (nam τοῖς restituendum fuit, haustum, ut videtur, a sequente τῆς) intelligo argumenta veteris comœdiæ Atticæ, quibus subridicule significatur Atheniensium vita quotidiana, cum domestica, tum mare navigantium et festis diebus : cf. Aristoph. Acharn. 232, Eq. 1070. In versu Calliæ πῦρ non est ferendum. Probabiliter Fritzschius πυριάτης, quo recepto completur anapæsticus t. catal. :

Ἔτνος, πυριάτης, γογγυλίδες, ῥάφανοι, δρυπεπεῖς, ἐλατῆρες.

3.

Pollux 2, 102 : ἀναστομῶσαι (aperire, dilatare) τὰς τάφρους φησὶν Ἡρόδοτος (immo Xenophon Cyr. 7, 5, 15), καὶ Κ. ὁ κωμικὸς,

Τραυλὴ μέν ἐστιν, ἀλλ' ἀνεστομωμένη.

« Dicuntur hæc in mulierem blæsam, sed multa verborum acrimonia utentem. Similiter Sophocles in OEd. Col. 798, στόμα πολλὴν ἔχον στόμωσιν. » *E M.*

4.

Idem ib. 101 : Κ. δὲ ὁ κωμικὸς καὶ μεταλλου στόμιον εἴρηκε. Sic Bekkerus edidit pro στόμα. *Me-*

---

2. [placentæ.
Puls cum colostra rapa, brassicæ, siccæ olivæ,

3.
Blæsa quidem est, sed ore late hiante.

tullicum os, ut Cicero In Pisonem 63, *os ferreum*, Suetonius Ner. 2, *os ferreum, plumbeum cor*, etc.

5.

Idem ib. 112 : καὶ στρηνόφωνος παρὰ Καλλίᾳ τῷ κωμικῷ. Librorum Καλλίστῳ κωμ. correxit Porsonus Miscell. p. 57.

6.

Idem ib. 186 : καὶ τὸ βουβωνιᾶν ἐκεῖθεν (a βουβών), ὡς ὁ Κ.

7.

Idem 3, 25 : ἀδελφίζειν Ἰσοκράτης εἶπε, καὶ ἀδελφὰς δὲ ἐρεῖς ἐπιθυμίας. Κ. δὲ * « δυαδελφίδην ταὐτῷ μυχῷ. » Corruptis opem ferens Mein. probabiliter

— Δύ' ἀδελφίδι' ἐν ταὐτῷ μυχῷ,

duo fraterculi in eodem cavo, i. e. utero matris, gemini nondum partu editi.

8.

Idem 4, 9 : καὶ μέντοι καὶ δοκησίνους, ἢ καὶ δοκησιδέξιοι (ut Pherecrates Pseudhercule), Κ. εἴρηκεν ὁ κωμικός.

9.

Athen. 1, p. 22, C : ὀρχησταὶ ἔνδοξοι Βόλβος μὲν παρὰ Κρατίνῳ καὶ Καλλίᾳ, Ζήνων δὲ ὁ Κρὴς... παρὰ Κτησίᾳ. Vulgo Βολβός.

10.

Schol. Aristoph. Vesp. 1489 : ἐκ δὲ τοῦ ἐλλεβόρου καὶ ἐλλεβοριᾶν τὸ ἐλλεβόρου δεῖσθαι, ὡς Κ. φησί, καὶ ἐλλεβορίζειν. Etym. M. p. 331, 30, Ἐλλεβοριᾶν· τὸ ἐλλεβόρου δεῖσθαι ὡς φαρμάκου. οὕτω Κ. Sic item Suidas et Zonaras; cf. Plautus Pseud. 4, 7, 89. Sic Aristoph. Plut. 1117 : τὸ θύριον φθεγγόμενον ἄλλως κλαυσιᾷ, *janua sine causa crepans vapulabit* (immo *ploret, vapulet*. Both.) » *Mein.*, alios strepitum januæ dici putantes merito reprehendens.

11.

Photius p. 245, 2, Μαμμᾶν : Ἀργεῖοι τὸ ἐσθίειν. οὕτω Κ.

12.

Idem p. 616, 17 : Ὑηνῶν (a recto ὑηνὸς vel ὑηνεύς) : σκαιῶν καὶ ἀμαθῶν. καὶ ὑηνία : σκαιότης καὶ ἀμαθία. οὕτω Κ. Zonaras Lex. p. 1764, Ὑηνεύς : ὁ σκαιός, φλύαρος, ὁ ἀμαθής. καὶ ὑηνία. οὕτω Κ. Ut incertum sit utrum ὑηνός vel ὑηνεύς an ὑηνία ex Callia afferatur. Pherecratis fab. incert. 11. confert Mein.

13.

Hesychius, Μεγαρικαὶ Σφίγγες : Καλλίας πόρνας τινὰς οὕτως εἴρηκεν. Photius p. 252, 2, Μεγαρικαὶ σφίγγες : αἱ πόρναι οὕτως εἴρηνται· ἴσως δὲ ἐντεῦθεν καὶ σφιγκταὶ οἱ μαλακοὶ ὠνομάσθησαν. ἢ καὶ ἀπὸ Μαίας οὕτως λεγομένης ἐν Μεγάροις.

XXI.

HEGEMON.

De hoc poeta, Cratini senescentis et Alcibiadis æquali (v. Athen. 15, p. 698, C, et Chamæleon ap. eundem 9, p. 406, E.), Athen. 1, p. 5, B : Ἡγήμων ὁ Θάσιος, ὁ ἐπικληθεὶς Φακῆ, ὃν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ τινὲς ἐντάττουσιν. Id quidem, ut censet Mein., propter Philinam fabulam, de qua Athen. p. 699, A : γέγραφε δὲ καὶ (præter parodias plurimas, quæ fama celebrabantur) κωμῳδίαν εἰς τὸν ἀρχαῖον τρόπον, ἣν ἐπιγράφουσι Φιλίνην. « Fortasse Athenæus τὸν ἀρχαῖον τρόπον intellexit antiquissimam comœdiæ formam, qualis ante Cratinum fuit, scurrilium dicteriorum et factorum procacitate insignis; quo pertinet id, quod vix credibile narrat Chamæleon l. l. : εἰσῆλθέ ποτε καὶ εἰς τὸ θέατρον, διδάσκων κωμῳδίαν, λίθων ἔχων πλήρες τὸ ἱμάτιον, οὓς βάλλων εἰς τὴν ὀρχήστραν διαπορεῖν ἐποίησε τοὺς θεατάς. » *E M.*

ΦΙΛΙΝΗ.

Athen. 3, p. 108, C : Ἡγήμων δ' ἐν Φιλίνῃ (vulgo Φιλίννῃ, B Φιλλίνῃ) καὶ γόνον ἐκ ταγήνου ἐσθίοντας ποιεῖ ἐν τούτοις·

Μάλα ταχέως αὐτῶν πρίω (που) πουλύπουν,
καὶ δὸς καταφαγεῖν κἀπὸ τηγάνου γόνον.

V. 1 πού forte haustum fuerit a vocabulo sequente. verisimilius enim est quam μοι, quod edidit Meinek., quum in libris legatur, πρίω (vel mendose πριῶ) πουλύπουν. Hom. Iliad. 1, 178 : θεός που σοὶ τόγ' ἔδωκεν. Æschylus Ag. 642 : μέγα που στένει. Cf. ann. ad Xenoph. Cyropæd. 5, 5, 18. « Αὐτῶν nummos intelligas, in antecedentibus memoratos. Γόνον, *fœturam* piscium, pisciculos, ut Schweigh. interpretatur. Archestratus Athen. 7, p. 285, B, de apuis Phalericis :

Τὸν γόνον ἐξαυδῶ, τὸν ἀφρὸν καλέουσιν Ἴωνες. »

PHILINA.

Citissime abiens eme mihi polypum,
et da comedendum, mullumque e sartagine.

E M., qui in Add. edit. alterius malit

Μάλα ταχέως ἰὼν πρίω μοι πουλύπουν.

Nimirum ἰὼν semel in τῶν corrupto prona erat correctio αὐτῶν.

XXII.

LYSIPPUS.

Tragicis poetam hunc temere accensuit I. G. Vossius De poetis Gr. p. 227. Eudocia quoque: Λύσιππος, τραγικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ εἰσὶ Βάκχαι, καὶ ἕτερα τοιαῦτα δράματα. Sic enim legendum arbitror pro vulgatis tautologis καὶ ἕτερα αὐτοῦ δράματα. Similiter autem in ceteris nugatus Suidas recte omisit τὸ τραγικὸς, contraque in fine addidit ὡς Θυρσοχόμος, quem titulum putes comœdiæ alicujus bacchicæ sit inscriptæ, i. e. *Thyrsi* (pro Bacchi) *minister*, quemadmodum ἱεροκόμος Hesychio est ἱερεύς. « Temporis quo vixerit indicium præbet didascalia marmorea, quam edidit Odericus, lin. 6: ἐπὶ Ἀντιλοχίδου ... υσιππος ἐνίκα μεν ... πον Καταχήναις. Vicit igitur fabula Καταχῆναι inscripta olymp. 86, 2 (ante Chr. nat. 434): quare Athen. 8, p. 344, E, recte conjungit eum cum Callia: Λάμπωνα τὸν μάντιν .... κωμῳδοῦσι Καλλίας Πεδήταις καὶ Λύσιππος Βάκχαις. — Alius quidam Lysippus videtur ille, cujus meminit Photius p. 498, 3, Σάμακα: Ἐρατοσθένης ἀπέδωκε τὸν φορμόν· ἄμεινον δὲ τὸν τοξικὸν κάλαμον. οὕτω Λύσιππος. Nisi forte *Lysaniæ* aliusve grammatici nomen latet. » *E M.*

ΒΑΚΧΑΙ.

1.

Athen. 3, p. 124, D: ὅτι δὲ καὶ τὸν οἶνον ἔψυχον ὑπὲρ τοῦ * ψυχρότερον αὐτὸν πίνειν, Στράττις φησὶν ἐν Ψυχασταῖς (fr. 1), καὶ ὁ Λύσιππος ἐν Βάκχαις

α. Ἕρμων, τί ἐστι; πῶς ἔχομεν; β. Τί δ' ἄλλο γ' ἢ
ὁ πατὴρ ἄνωθεν ἐς τὸ φρέαρ, ἐμοὶ δοκεῖν,
ὥσπερ τὸν οἶνον τοῦ θέρους, * καθεικέναι.

In verbis Athenæi ψυχρότερον tautologia intolerabilis, nec dubie depravata vox. Scribamus φαιδρότερον, *lætius*, quum constet, φ et ψ, itemque δ et χ litteras nonnunquam permixtas esse a librariis; quemadmodum δωροῦντ' pro χωροῦντ' perperam scriptum est apud Pherecratem Tyrann. 1, 3; et φ et χ confusorum exempla allata sunt a Jacobsio Anthol. Palat. 3, p. 166, 586. Ἐν βάκχοις codd. plerique. V. 2 codd. A et C μοι δοκεῖν, VL. μὴ δοκεῖν. V. 3 καθεικέναι solœcissat, quidquid comminiscuntur, et vix aptius quidquam sententiæ reperias quam καθεῖχ' ἕνα, i. e. τινά, ut πεπρέσβευκας ἑνὶ pro τινὶ Arist. Acharn. 475, etc. Dobræus Adv. 2, p. 304, καθεῖκέ με. Pater ille opinor, ira furens servulum aliquem nequam in puteum præcipitaverat, quo se ipsi nonnunquam abjiciebant saluti desperantes: vid. Cicero De provinc. consul. 6.

2.

Pollux 7, 89: καὶ θετταλὶς δὲ ὑπόδημα, μηνῦον τοὺς εὑρετάς. μέμνηται δ' αὐτοῦ Λύσ. ἐν Β.,

Βλαύτῃ, κοθόρνῳ, θετταλίδι.

Steph. Byzant. p. 394: ἔστι καὶ θετταλὶς ὑπόδημα ποιὸν (libri tautologice ὑπόδημά τι ποιόν. Videtur τι ortum ex π, quod sequitur), ὡς Λύσιππος (codd. Λύσις) ἐν Β. De βλαύτῃ ad Hermippi Mœr. fr. 2, 4.

3.

Idem 10, 50: ἔξεστι δ' εἰπεῖν καὶ πλεκτοὺς πίλους καὶ ἐπὶ τῶν ὀνομαζομένων (a Latinis) οὐδώνων πίλους (hoc deleam) τριμίτους, Λυσίππου εἰπόντος ἐν Β.

Ἀλλὰ τρίμιτός ἐστι πλεκτός.

De *udonibus* Ulpianus l. 25, § 17, de aur. et arg. leg.: *calceamenta sunt ex hircinis pellibus contexta.* Martialis 14, 140:

Udones cilicii.
Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti:
Cinyphio poterit planta latere sinu.

Cf. Schneideri Lex. v. Πίλος. Apud comicum Meinek. scribit τρίμιτός ἐστι πῖλος, probatus a Bekkero ad Polluc. l. c.

4.

Idem ib. 154: τὸ μέντοι γλωττοκομεῖον εἴρηκε Λ. ἐν Β. « Αὐτοῖσιν αὐλοῖς * ὁρμαὶ καὶ γλωττοκομείῳ. » Unus Ms. αὐτοῖς et ἑρμαί. Probante Meinekio Salmasius et Bentl. Epist. ad Hemsterh. p. 69:

— Αὐτοῖς αὐλοῖς ὁρμᾷ καὶ γλωττοκομείῳ,

tibicen irruit cum ipsis tibiis et prostomide (German. *Mundstück*).

BACCHÆ.

1.

a. Hermon, quid est? quomodo habemus? b. Quid aliud, nisi, quod
pater, ut mihi videtur, ex alto in puteum,
velut vinum æstate, quendam demisit.

2.

Sandalio, cothurno, thessalide.

3.

Sed triplici filo est plexus.

5.

Idem 7, 41 : καὶ θεῖον δὲ τὸ ὑπουργοῦν τῷ κναφεῖ, ἀφ' οὗ Λ. « Ὁ δ' ἐπιγνάψας (cod. Falck. ἀναγνάψας, Jungerm. σὺ δὲ ἀνακνάψας) καὶ θειώσας τὰς ἀλλοτρίας ἐπινοίας. » Mein. cum Dobræo ad Pluti 166 :

Οὐδ' ἀνακνάψας καὶ θειώσας τὰς ἀλλοτρίας
ἐπινοίας.

Pollux ib. 77 : δευτερουργῆ δὲ χλαῖναν ἐκάλουν, ἣν οἱ νῦν ἐπίγναφον, καὶ δευτερουργοὺς τοὺς τοῦτο ποιοῦντας. τάχα δὲ τοῦτο ὑποδηλοῖ καὶ Λ. ἐν Β., ubi Bekkeri et Falck. codd. totum fragmentum exhibent : « Οὐδ' (σὺ δ' AF.) ἀνακνάψας (ἀναγν. iid.) καὶ θ. τ. ἀλλ. διανοίας (sic). » Ex eodem Pollux 7, 37 ἀναγνάψαι verbum citat. « Versus ex parabasi, in qua Lys. videtur æmulorum poetarum injurias propulsasse. Recte Dobr. : *De se loquitur Comicus, ut Aristoph. Nub.* 538-550, *Pac.* 750, 761. » *M.*

6

Athen. 8, p. 344, E : καὶ Λάμπωνα δὲ τὸν μάντιν ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις (τῇ ὀψοφαγίᾳ) κωμῳδοῦσι Καλλίας Πεδήταις (fr. 4) καὶ Λ. Β. Hesychius v. Ἀγερσικύβηλις : καὶ Λύσ. ἐν Β. τὸν αὐτὸν (Lamponem) ἀγύρτην κωμῳδεῖ.

FRAGMENTA INCERTARUM FABULARUM.

1.

Dicæarchus Descript. Græc. p. 22 ed. Buttm.: τὸ καθόλου δ' ὅσον αἱ λοιπαὶ (hoc deleo) πόλεις πρός τε ἡδονὴν καὶ βίου διόρθωσιν τῶν ἀγρῶν διαφέρουσι, τοσοῦτο τῶν λοιπῶν πόλεων ἡ τῶν Ἀθηνῶν παραλλάττει. φυλακτέον δ' ὡς ἔνι μάλιστα τὰς ἑταίρας, μὴ λάθῃ τις ἡδέως ἀπολόμενος. οἱ στίχοι Λυσίππου·

Εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, στέλεχος εἶ·
εἰ δὲ τεθέασαι, μὴ τεθήρευσαι δ', ὄνος·
εἰ δ' εὐαρεστῶν ἀποτρέχεις, κανθήλιος.

Αἱ [λοιπαί] πόλεις, importunum glossema, ex sequentibus petitum : hic enim generaliter urbes agris opponuntur.

2.

Idem ibid., de Rhodiorum civitate :

Αὕτη πόλις ἔσθ' Ἑλληνίς, ἡ ῥόδοις ἴσην
εὐηδίαν ἔχουσα, χἅμ' ἀηδίαν·
τὰ γὰρ Ἁλιεῖ' ἂν ἦγε μεγάλην εὖ σχολήν,
τό θ' ἁ λ ι α κ ὸ ν ἔ τ ο ς με μαίνεσθ' οὐ ποιεῖ·
ὅταν δὲ τὴν λεύκην τις αὐτῶν πρατίας
ἁ λ ι α κ ὸ ν εἶναι σ τ έ φ α ν ο ν εἴπῃ, πνίγομαι
οὕτως ἐπ' αὐτοῖς, ὥστε μᾶλλον ἂν θέλειν
ἀποκαρτερεῖν ἢ ταῦτ' ἀκούειν καρτερεῖν·
τοιοῦτο τῶν ξένων τι καταχεῖται σκότος.

Horum versuum primo libri ἡ ῥόδοις δισσὴν, quod correxit Mein. V. 2 iidem εὐωδίαν, η et ω confusis, ut sæpenumero, cujus scripturæ absurditatem intellexi, et καὶ ἀμαληδίαν, quod emendavit Hermannus in Creuzeri Melet. 3, p. 183, jam recte oppositis nominibus εὐηδία et ἀηδία. V. 3 codd. τὰ γ. ἁλιεῖα μεγάλην εἰς σχολήν, quæ expedivisse mihi videor pariter ac v. 4 vulgata τὸ δ' ἁλ. ἔ. με μαίνεσθαι ποιεῖ, et v. 5 ineptum πρᾳέως pro πράως dictum, si diis placet. « De Solis sacris Rhodiorum laudant Athen. 13, p. 561, E, Aristid. vol. 1, p. 808, Eustath. ad Hom. p. 1562 extr. Sequentia ad irrisionem Rhodiorum spectant, qui quotidiana quævis et levissima a sacris solaribus denominabant. *Populeæ frondis* mentio explicatur a scholiaste Pindari Olymp. 7, 147 : ὁ Πίνδαρος τὸν ἀγῶνα Ἡλίῳ τελούμενον (a Rhodiis) εἰς Τληπόλεμον μετήγαγεν .... ἀγωνίζονται δὲ παῖδες καὶ ἄνδρες· ὁ δὲ στέφανος λεύκη δίδοται. V. 8 Lys. ludit in verbis ἀποκαρτερεῖν et καρτερεῖν, ut Timocles Athen. 6, p. 240, E :

— Οὐκ ἀπεκαρτέρησε γὰρ
ἐκεῖνος, ἀλλ' ἐκαρτέρησ', ὦ φίλτατε,
πίνων. » *Mein.*

V. 9 τῶν ξένων σκότος, *insolite dictorum obscuritas.* Καταχεῖται pro καλεῖται bene Meineck., auctore Hermanno.

3.

Etym. M. p. 531, 53, Κορυθάλη : ἡ πρὸ τῶν θυρῶν τιθεμένη δάφνη, ὅτι οἱ κλάδοι, οὓς κόρους κα-

---

5.

Nec fullonica subigens, nec
sulphurans nova cogitata.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Si non vidisti Athenas, stipes es;
si vero vidisti, nec tamen captus es, asinus;
et placitas si fugis, cantherius.

2.

Hæc est civitas Græca, quæ rosis similem
delectationem habet, simulque fastidium :
nam Solis quidem festa bene afferre solent magnam
voluptatem,
neque « solaris annus » me adigit ad insaniam ;
sed populum albam si quis illorum venditor
« solarem » esse ait « coronam », suffocor
sic istis, ut propemodum fame
confici malim quam hæc impigre audire :
tantas nescio quas tenebras inusitata obducunt,

λοῦσι, θάλλουσιν, ὡς καὶ Χρύσιππος (sic) « Ἀλλὰ δᾶδας ἡμμένας * μου δότω τις ἔνδοθεν, καὶ χόρους πλεκτοὺς * ἀκραπνεῖς μυρρίνης. » Quæ depravatiora etiam in Etym. Gud. p. 338, 15. Mein. secundum Hemsterh. ad Plutum v. 1195, ἡμμ. ἐμοὶ δ. τις ... ἀκραιφνεῖς μ. Scribamus

Ἀλλὰ δᾶδας ἡμμένας πού μοι δότω τις ἔνδοθεν,
καὶ χόρους πλεκτοὺς ἀκραιφνεῖς μυρρίνης.

Ἀκραιφνεῖς, i. e. ἀκεραίους, *integros*, virides, recentes. Ἀκεραίους milites non fatigatos vel saucios dixit Xenophon Anab. 6, 5, 9. Χρύσιππος per errorem pro Λύσιππος scriptum putavit Meinek.; Hemsterh. autem l. l. et Porsonus Adv. p. 267, de Strattidis Chrysippo cogitaverunt.

4.

Hesych., Βούδιος (?) : παρὰ Λυσίππῳ τὸ ὄνομα, « Κύων δέ τις ἐβόα δεδεμένος ὥσπερ Βούδιος. » Σέλευκος ἀποδίδωσιν ἄφρων, ἀνόητος. Deleto τὶς pronomine glossematico restituamus senarium ita scribentes

Κύων δ' ἐβόα δεδεμένος ὥσπερ Βούδιος.

Suspicionem autem movet inauditum viri nomen Βούδιος. Æschylus Cho. 619, habet βουλιώτερον, nec rara est Δ et Λ literarum confusio : potest igitur, ut poeta dixerit Βούλιος, quod placet.

5.

Photius p. 498, 3, Σάμαχα : Ἐρατοσθένης ἀπέδωκε τὸν φορμόν. ἄμεινον δὲ τὸν τοξικὸν κάλαμον. οὕτως Λύσ. Cf. Chion. Heroibus fr. 1.

XXIII.

LEUCON.

« Suidas : Λεύκων * Ἀγνώς, γεγονὼς ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι ταῦτα, Ὄνος, Ἀσκοφόρος, Φράτορες. Ita Ms. Paris. pro Ἀγνὸς, quod habet Eudocia p. 282. Corrigunt Ἀγνούσιος (Id legitur apud Demosthenem, Plutarchum Thes. 13. *Both.*) Præstare videtur Ἄγνωνος, *Hagnonis* (de quo Thuc. et alii. *Both.*) *filius*, ut voluit Toupius Emend. 1, p. 382. Recte Suidas tempore belli Peloponnesiaci eum vixisse ait, qui Melanthium rideat ap. Athen. 8, p. 343, C, et Hyperbolum apud Hesychium v. Πάαπις. Adde quod Πρέσβεις simul cum Vespis Aristophanis docuit olymp. 89, 2 (ante Chr. nat. 422) et anno post Φράτερας cum Pace et Eupolidis Adulatoribus, in utroque certamine tertius habitus, ut constat e didascaliis dramatum Aristophaneorum. Ceterum hæc Leuconis fabula etiam in didascalia Pacis vocatur Φράτορες, quæque de hoc discrimine allata sunt ab eruditis, eo redeunt, ut φράτωρ Ionum forma existimanda sit, φράτηρ autem Atticorum. Philemon p. 112 ed. Burn. : οἱ δὲ ἀρχαῖοι φράτερας διὰ τοῦ ε, οὗ, φασίν, εὐθεῖα φράτηρ. φέρεται δὲ (minus bene libri καὶ errore frequentissimo, de quo v. Schæfer. Melet. crit. p. 59), ὅτι φράτηρ Ἀττικοί φασιν, Ἴωνες δὲ διὰ τοῦ ω μεγάλου. Et Theodosius apud Bekkerum Anecd. p. 992 : τῶν εἰς ηρ βαρυτόνων ὅσα μὲν μακρᾷ παραλήγεται, διὰ τοῦ ε κλίνεται, φράτερος, Πίερος, ὅσα δὲ βραχείᾳ παραλήγεται, διὰ τὸ η κλίνεται, Ἴβηρος, ἐρίηρος. Vetustior autem forma apud Atticos scriptores plerumque videtur oblitterata esse, etc. » *E M.* Hist. crit. Com. p. 217 seq., et Bergk. Commentt. p. 107 seq.

ΦΡΑΤΕΡΕΣ.

1.

Hesych. * Παάπης : οὗτος ποτήριά τινα τοῖς Ἀθηναίοις ἔπεμψε δῶρα. Λεύκων Φράτερσιν « Ἀτὰρ ὁ * Μεγάκλεες ὑσθάτου Παάπιδος Ὑπέρβολος τἀκπώματα κατεδήδοκεν. » Ita codex mendose; sed in promptu est emendatio

Ἀτὰρ, ὁ Μεγακλέης (οἶσθα), τοῦ Παάπιδος
Ὑπέρβολος τἀκπώματα κατεδήδοκεν.

Ὁ Μεγακλέης eleganter dictum est pro ὦ Μεγάκλεες, quod aliis placuit : v. Matth. Gr. § 312, 1. Οἶσθα per parenthesin, ut οἶδα Aristoph. Nub. 835, sæpiusque apud Sophoclem; similiter etiam Æschylus Prom. 286 : ταῖς σαῖς δὲ τύχαις (ἴσθι) συναλγῶ. « De Paapide Ægyptio, qui Atheniensibus pocula illa pretiosa misisse dicitur, præterea nihil constat. Nomen Ægyptiis usitatum. Diogenes Antonius Photii Bibl. 166, p. 109 : Παάπις (Παᾶπίς) τις, ἱερεὺς Αἰγύπτιος. » *E M.*

2.

Athen. 8, p. 343, C : κωμῳδοῦσι δ' αὐτὸν (Melanthium) ἐπ' ὀψοφαγίᾳ Λεύκων ἐν Φράτερσιν, Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ, Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ (fr. 3).

4.

Sed faces accensas aliquis dato mihi domo,
et ramos plexos virides myrti.

4.

Canis autem latravit vinctus, ut Budius (?)

PHRATORES.

1.

At, o Megacles (nosti), Paapidis
pocula Hyperbolus comedit (i. e. *intervertit*).

3.

Photius p. 587, 17, Τίβιοι: ἔθνος. Α. ἐν Φράτερσι. τάχα δὲ οἱ αὐτοὶ τοῖς Τιβαρηνοῖς. « At Tibareni Pontum accoluerunt, Chalybum et Leucosyrorum vicini; Tibii vero Phrygiam inhabitabant, ut satis clare indicat Stephanus Byzant. p. 708, Τίβειον (Τίβιον): ὄρος Φρυγίας, ἀπὸ Τιβίου τινός. ἐκ τούτου καὶ Τιβείους (Τιβίους) τοὺς δούλους καλοῦσι. Proverb. Bodl. 647: καὶ ὅλη Φρυγία Τιβία καλεῖται. (Cf. Strabo p. 357, Lucian., Suidas.) Accedit quod Τιβαρηνὸς prima correpta, Τίβιος autem longa pronuntiatur. Problema arithmet. Brunck. Anal. 17, 11:

Πεντήκοντα Σύρος, Συνέτη δέκα, Τίβιος ὀκτώ. »
E M.

XXIV.
METAGENES.

« Metagenes, Atheniensis, servi filius, si Suidæ et Eudociæ fides. Ætatis indicium satis certum præbent scholia Platonis Bekker. p. 332, in quibus Lyconem, Autolyci patrem, ab eo exagitatum esse legimus, et Aristophanis Avium 1297, ubi una cum Aristophane, Phrynicho et Platone, Midiam irrisisse dicitur. Fabularum tituli perpauci apud Suidam: τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι ταῦτα, Αὖραι, Μαμμάκυθος (Eudocia Μαρμάκουθος), Θουριοπέρσαι, Φιλοθύτης, Ὅμηρος (Eudocia Ὁμέρης) ἢ Ἀσκηταί. Scribendum Αὖραι ἢ Μαμμάκυθος, secundum Athen. 8, p. 355, A: ἐπειπὼν τὸ ἐκ Μαμμακύθου ἢ Αὐρῶν Μεταγένους ἰαμβεῖον. Quod idem dicit 13, p. 571, B, κατὰ τὰς Μεταγένους Αὔρας ἢ τὸν Ἀρισταγόρου Μαμμάκυθον, sic interpretandum videtur, ut, quam Metagenes fabulam sub Αὐρῶν nomine docuisset, eam posteà retractaverit Aristagoras et Μαμμάκυθον inscripserit, quod nomen hominem bardum stupidumque significat: v. interpretes Aristophanis Ran. 1017, etc. » *E M.*

I. ΑΥΡΑΙ

1.

Athen. 13, p. 571, B: ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες σύσσιτοι, οὐ, κατὰ Μεταγένους Αὔρας ἢ τὸν Ἀρισταγόρου Μαμμάκυθον, ὑμῖν

— Ὀρχηστρίδας εἶπον ἑταίρας
ὡραίας πρότερον, νῦν δ' οὐχ ὑμῖν ἀγορεύω
ἄρτι χνοαζούσας αὐλητρίδας, αἵτε τάχιστα
ἀνδρῶν φορτηγῶν ὑπὸ γούνατα μισθοῦ ἔλυσαν·

ἀλλὰ περὶ τῶν ὄντως ἑταιρῶν τὸν λόγον πεποίημαι, τουτέστι τῶν φιλίαν ἄδολον συντηρεῖν δυναμένων. Dixit igitur Met. Οὐχ ὀρχηστρίδας, etc., negatque ejus verbis Athenæus se vel antea locutum esse, vel nunc loqui, de vulgaribus scortis, sed veras virorum amicas prædicare. Alii aliter, quos brevitati studens non refellam. Versu 3 χνοαζούσας, lanugine vulvæ. Puerorum χνοῦς dicitur Aristoph. Nub. 946. Αἵτε pro αἵ, ut apud Homerum, Euripidem (ὅστε pro ὃς Hel. 1390), aliosque. V. 4 φορτηγοὺς ἄνδρας recte Schweigh. intelligit mercatores peregrinos navibus onerariis appulsos, quorum membra et vires frangere dicuntur meretrices. » *E M.* Cf. ann. ad Lysippi fr. incert. 1. In fine Meinek. conjicit μίσθι' ἔλυσαν.

2.

Idem 8, p. 355, A: καὶ μελλόντων ἤδη δειπνεῖν, ἐπισχεῖν ἐκέλευεν ὁ Δάφνος, ἐπειπὼν τὸ ἐκ Μαμμακύθου ἢ Αὐρῶν Μεταγένους ἰαμβεῖον·

Ὥσπερ, ἐπειδὰν δειπνῶμέν που, τότε πλεῖστα
λαλοῦμεν ἅπαντες.

3.

Idem 9, p. 385, B: οἱ μὲν οὖν πολλοί, μακρὰν χαίρειν εἰπόντες αὐτῷ, ἐδείπνουν, τοῦ Κυνούλκου τὰ ἐξ Αὐρῶν Μεταγένους ἀναφωνήσαντος,

— Ἀλλ', ὠγαθέ, δειπνῶμεν, κᾆπειτά με
πάντ' ἐπερώτα,
ὅ τι ἂν βούλῃ· νῦν γὰρ πεινῶν δεινῶς πώς
εἰμ' ἐπιλήσμων.

Versum 1 expleturi, nulla necessitate alii δειπνῶμεν πρῶτον, alii Ἀλλ', ὠγαθέ, νῦν δὴ δειπν. Bene Grotius, non offensus lacuna, qua nihil frequentius in hoc genere:

— *Age nunc, rogo, cœnemus; post si vis quærere, quære*
quodcunque libet: mihi namque fames mirum quæ oblivia portet.

V. 4 codex A δεινός.

4.

Schol. Aristoph. Avium 873: παρὰ τὴν τῆς φωνῆς

AURÆ.

1.

Neque antea saltatrices dixi amicas pulchras, neque nunc vobis prædico nupera lanugine allicientes tibicinas, quæ celerrime virorum mercantium genua mercede solvere consueverunt.

2.

Quemadmodum, sicubi cœnamus, tunc plurimum fabulamur omnes.

(scil. ἀκαλανθίς) ὁμοιότητα Ἀρτέμιδι ἐπώνυμον ἡ Κολαινίς. Μεταγ. δὲ ἐν Αὔραις·

— Τίς ἡ Κολαινὶς Ἄρτεμις;
ἱερεὺς γὰρ ὢν τετύχηκα τῆς Κολαινίδος.

« Apud Metagenem loqui videtur δημότης Myrrhinusius : apud hos enim Dianam Colænidem sancte cultam fuisse constat ex Pausaniæ Att. 31, 3. » *Mein.* V, 1 τίς ἡ accessit ex codd., fortasse tamen non integrum.

5.

Harpocr. p. 135, 10 : ἐκάλουν δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὸ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον ὀρνιθοτροφεῖον οἰκίσκον. Ἀριστοφάνης Πελαργοῖς, Μετ. Αὔραις.

II. ΘΟΥΡΙΟΠΕΡΣΑΙ.

I. e. *Thurii ad modum Persarum luxuriantes*, ut nomen explicat Passovius Melet. in Æschyli Persas p. 45, non « Thuriorum eversores, » quod in mentem venit Schweighæusero. De Thuriis, quæ Calabriæ urbs, Atheniensium et Græcorum colonia, olim Sybaris dicta fuit, novissimeque Copiæ, v. ann. ad Ar. Nub. 326, Euripidis Troad. 220, Bæhr. ad Herod. vol. 2, p. 660; de Persarum autem, præsertim satraparum ac regum, gula, impuris moribus, perfidia, Aristoph. Acharn. 77 seqq., Pac. 290; Horat. Od. 1, 38; 4, 15. 23. Compositio hujus fabulæ obscura.

1.

Athen. 7, p. 269, E : τῶν δὲ Μεταγένους ἐκ Θουριοπερσῶν μνημονεύσας καταπαύσω τὸν λόγον, μακρὰ χαίρειν εἰπὼν ταῖς Νικοφῶντος Σειρῆσιν, ἐν αἷς τάδε γέγραπται .... ἀλλ' ὅ γε Μετ. τάδε φησίν,

Ὁ μὲν ποταμὸς, ὁ Κρᾶθις, ἡμῖν καταφέρει
μάζας μεγίστας αὐτομάτως μεμαγμένας,
ὁ δ' ἕτερος ὠθεῖ κῦμαναστῶν καὶ κρεῶν,
ἑφθῶν τε βατίδων, εἰλυόμενον αὐτόσε·
τὰ δὲ μικρὰ ταυτὶ ποτάμι' ἄν γ' ἐντευθενὶ
ῥεῖ τευθίσιν ὀπταῖς καὶ φάγροις καὶ καράβοις,
ἐντευθενὶ δ' ἀλλᾶσι καὶ περικόμμασι,
τῇδε δ' ἀφύαισι, τῇδε δ' αὖ ταγηνίαις·
τεμάχη δ' ἄνωθεν αὐτόματα πεπηγμένα
εἰς τὸ στόμ' ᾄττει, τὰ δὲ παρ' αὐτὼ τὼ πόδε,
ἄμυλοι δὲ περινάουσιν ἡμῖν ἐν κύκλῳ.

Versu 2 libri vulgati αὐτομάτας, homœoteleutis quattuor continuis. P codex αὐτομάτους, pro αὐτομάτως, ut videtur : similia enim ω, ου, α, in libris veteribus. V. 3 legebatur ὁ δ' ἕτερός γ' ὁ Σύβαρις καλούμενος ποταμὸς ὠθεῖ, etc. Delevit Mein. glossema auctore Elmslejo, *Edinb. Rev.* 3, p. 193. V. 4 vulgato εἰλυομένων præstat a Schweighæusero editum εἰλυόμενον. Codd. BP. εἰλύωμεν. In fine vulgo αὐτόθεν, quod correxit Schweigh. ex ABD, qui αὐτόσσε. V. 5 libri ἐν μὲν ἐντεῦθεν. Monstrum vocabuli ἐνμεντευθενὶ invexit Elmsl. ad Acharn. 108, cui nollem obtemperasset Mein. Γ et μ confusa ap. Æschylum Sisyphi δραπ. 2, ubi codd. νῦν με pro νῦν γε, etc. V. 6 ῥεῖ Elmsl. pro ῥέει.

2.

Photius p. 591, 9, et Suidas : Τίς τρόπος ἵππων; παροιμία ἐπὶ τῶν ἀλλοκότων, Μετ. Θουριοπέρσαις

Τίς τρόπος ἵππων; ὡς δ' ὀρχοῦνται τὸν
βαρβαρικὸν τρόπον οὗτοι.

3.

Athen. 6, p. 228, E : πίνακα μὲν ἔχεις τὸ σκεῦος ὠνομασμένον καὶ παρὰ Μεταγένει ἐν Θουρ.

4.

Antiatt. p. 114, 1, Συγκόψαι : ἐπὶ τοῦ πληγαῖς αἰκίσασθαι. Μετ. Θουρ. « Eadem Photius p. 555, 15; ac nescio an hinc idem emendandus sit p. 308, 24 : * ξενοχοπεῖν (immo ξυνεκόπην) : ἐπὶ τοῦ πληγὰς ἔλαβον. οὕτω Μετ. Quæ totidem verbis leguntur apud Suidam. » *E M.*

III. ΟΜΗΡΟΣ, ἢ ΑΣΚΗΤΑΙ.

« Minus etiam constat de hac comœdia, quam simpliciter Ὅμηρον vocat schol. Platonis Bekker. p. 332, et Aristophanis Av. 1297, ubi fallitur

---

4.

Quis est Diana Colænis?
sacerdos enim forte fui Colænidis.

THURII LUXU PERDITI.

Alter quidem fluvius, Crathis, nobis defert
mazas maximas sponte subactas;
alter vero undam appellit liborum et carnium,
coctarumque batidum, illuc advolutam;
tum parva hæc flumina inde
fluunt loliginibus assis et phagris et cancris,
inde autem botulis ac minutalibus;
hicque apuis, illic rursus laganis;
et salsamenta superne ipsa vaporata
in os irruunt, aliaque vel ad pedes;
et placentæ nobis in orbem circumnatant.

2.

Quis modus equorum? et ut saltant hi in barbaricum [modum!

Bentlejus, opusculum de Homero laudari existimans, ideoque pro Metagene Theagenis nomen reponens. Probabiliter Schweigh. huc refert alia quædam, quæ parodiam Homericorum versuum continent : v. fragm. incert. 2. » *E M.* Ἀσκητὰς intelligere licet *Artifices, Parodos*.

1.

Schol. Platonis Bekker. p. 332 : Εὔπολις δ' ἐν Φίλοις καὶ ἐπὶ τῇ γυναικὶ Ῥοδίᾳ κωμῳδεῖ αὐτὸν (Lyconem), ἐν δὲ τῷ πρώτῳ Αὐτολύκῳ εἰς (leg. ὡς) ξένον, Μετ. δ' ἐν Ὁμήρῳ εἰς (ὡς) προδότην. « Καὶ Λύκων ἐνταῦθά που * προδοὺς Ναύπακτον, ἀργύριον λαβών, ἄγαλμ' * ἀγορᾶς ξενικὸν ἐμπορεύεται. » In his versibus Mein. lacunam notavit ante προδούς. Bergk. Comm. p. 422 conj. ἐνταῦθα... β. Ποῦ; α. Ὡδὶ προδοὺς, etc., quæ nemini præstem. Idem frustra, opinor, ἀγορᾶς ἄγ. Scribamus

— Καὶ Λύκων ἐνταῦθά που, λαβὼν
(ὁ προτοῦ) προδοὺς Ναύπακτον ἀργύριον
ἄγαλμά γ' ἀγορᾶς, ξενικὸν ἐμπορεύεται.

Similia similibus fraudi fuerint, sicut passim. Lyconem Bergkius annotavit vocari ἀγορᾶς ἄγαλμα, utpote multum in foro rebusque civilibus versatum. Eodem annotante Euripides El. 359, αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν | ἀγάλματ' ἀγορᾶς εἰσίν. Lyconem ex Ionia oriundum fuisse refert Platonis scholiasta eodem loco. De Naupacto et Cylonis scelere ac piaculo olymp. 45, 1 (ante Christ. natum 599), v. Bæhr. ad Herodot. 5, 71, Plut. Solone c. 12, Bergk. Commentt. p. 424.

2.

Schol. Aristoph. Avium 1298, de Midia : διαβάλλεται εἴς τε πονηρίαν, ὡς Πλάτων ἐν Νίκαις, καὶ κλοπῆς δημοσίων, ὡς Μεταγένης ἐν Ὁμήρῳ, καὶ συκοφαντίᾳ.

« De alio fragmento probabiliter huc referendo vide Fab. incert. 2. » *E M.*

IV. ΦΙΛΟΘΥΤΗΣ.

Argumentum fabulæ, sive potius *episodii*, quod etiam ἐπίγραμμα et ἐξαγώνιον πρᾶγμα dicitur (v. Cratini Πυτίνη 13), parum est perspicuum. Athen. 10, p. 450, C : κατὰ γὰρ τὸν Μεταγένους Φιλοθύτην,

1.

— Κατ' ἐπεισόδιον μεταβάλλω τὸν λόγον, ὡς ἂν
καιναῖσι παροψίσι καὶ πολλαῖς εὐωχήσω τὸ θέατρον.

Pollux 10, 88 : τὰς δὲ παροψίδας ἡ μὲν πλείστη χρῆσις ἐλέγχει τοὔνομα ἐπὶ μάζης ἢ ζωμοῦ τινος, ἢ ἐδέσματος εὐτελοῦς, οὐ μὴν ἀλλὰ (*verumtamen* : v. Thuc. 2, 97, etc.) κἀπὶ τὸ ἀγγεῖον ἑλκτέον τὴν κλῆσιν.... τὸ μὲν ἐν τῷ Μεταγένους Φιλοθύτῃ « Ὡς ἂν... τὸ θέατρον » οἶδ' ὅτι ἐστὶν ἀμφίβολον. Fritzschius in Dissert. de parops. p. 9, Καὶ ἐπεισοδίοις. Cod. B κατ' ἐπεισόδιος (sic). Ibidem codd. PVL μεταβαλῶ. V. 2 ap. Polluc. πολλαῖσι παροψίσι καὶ καιναῖς. « Plut. De commun. notitt. p. 1065, D, allato Chrysippi loco hoc : ὥσπερ αἱ κωμῳδίαι ἐπιγράμματα γελοῖα φέρουσιν, ἃ καθ' ἑαυτὰ μέν ἐστι φαῦλα, τῷ δὲ ὅλῳ ποιήματι χάριν τινὰ προστίθησιν, » etc *E M.* Et similiter gramm. Bekkeri Anecd. p. 253 19 : Ἐπεισόδιον κυρίως μὲν τὸ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ ἐπιφερόμενον τῷ δράματι γέλωτος χάριν ἔξω τῆς ὑποθέσεως, καταχρηστικῶς δὲ ἁπλῶς τὸ ἐξαγώνιον πρᾶγμα. Cf. Schneideri Lex. v. Ἐπεισόδιον.

2.

Schol. Aristoph. Vesp. 1221 : τὸν Ἀχέστορα ξένον κωμῳδοῦσι, τὸν τραγικόν, ὃς ἐκαλεῖτο Σάκας. Θεόπομπος Τισαμενῷ (fr. 1) οὐ κοινῶς ξένον, ἀλλὰ Μυσόν. ὁμοίως Μεταγένης Φιλοθύτῃ

α. Ὦ πολῖται, δεινὰ πάσχω! β. Τίς πολίτης δ' ἐστὶ νῦν
πλὴν ἄρ' ἢ Σάκας ὁ Μυσὸς καὶ τὸ Καλλίου νόθον;

In codd., versu 1 vulgo abest νῦν. V. 2 et 3 legitur * πλὴν ἀρσάκας, vel ἀρισάκας, ut in Veneto. Bene Dindorfius β. Τίς π. δ' ἐστὶ νῦν, Bergkius secundum Venetum πλὴν ἄρ' ἢ Σάκας, ut Aristoph. Thesm. 499 :

Οὐδὲν κάκιον εἰς ἅπαντα πλὴν ἄρ' ἢ γυναῖκες.

a Callias Eupolideus, Melitensium pago adscriptus, circa olymp. 70 (ante Chr. nat. 500) patrem habuit Hipponicum, cujus quum divitiæ Persicæ in suis, quamvis magnificis, ædibus asservari non posse tuto viderentur, veniam in Acropoli Athenarum habitandi petiit et adeptus est. Ejus uxor

HOMERUS vel ARTIFICES.

1.

Et Lyco hic fere,
qui (olim) prodidit Naupactum accepta pecunia,
deliciæ quidem fori, peregrinum exercitum cauponat.

SACRIFICIORUM STUDIOSUS.

2.

a. O cives, dura patior! b. Quis autem nunc civis est
præter Sacam scilicet Mysum, et Calliæ spurium?

postea Pericli nupsit, filiaque Calliæ Hipparete Alcibiadi. Post Periclis obitum Hipponicus, Calliæ filius, una cum Eurymedonte capitali prœlio fudit Tanagræos (Thuc. 3, 91), et post annos tres, olymp. 89, 1, prœlio ad Delium interfuit, in quo cum occubuisse tradit Andocides. Ita patris heres Callias mox omnium Atheniensium opulentissimus habebatur; sed, paternæ atque avitæ sapientiæ expers, omni generi profusionis, ἀσωτίας, levitatis in commercio cum mulieribus, quarum aliquando simul matrem et filiam duxerat, tibicinibus, quorum artem ipse exercebat, scurris et sophistis, adeo indulsit, ut ad incitas redigeretur (v. Eupolidis Κόλακας). In re publica tractanda, Lacedæmoniorum proxenus, aliquoties pacis conciliandæ causa ad eos missus est, de quo gloriatur apud Xenophontem Hell. 6, 3, 4. Add. Conv. 8, 40. Longævum veneno se interfecisse, exemplo Periclis et Niciæ Pergaseni (Aristoph. Eq. 308), tradidit, incertum qua fide, Ælianus V. H. 4, 24. » *E M.*

3.

Athen. 15, p. 700, F : μνημονεύει τοῦ διμύξου λύχνου καὶ Μετ. ἐν Φιλ. Similiter Antiatt. p. 91, 3. Pollux autem 10, 115, ipsis poetæ verbis appositis : Μεταγένους δὲ (εἰπόντος) Δίμυξον, ὡς ἐγὼ δοκῶ, et 6, 103 : λύχνου δὲ διμύξου τῶν κωμῳδῶν Φιλύλλιος μνημονεύει. Μετ. δὲ

— Δίμυξον, ἢ τρίμυξον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.

4.

Pollux 6, 40 : Μετ. δὲ καὶ λαθροφαγεῖν που λέγει. Antiatt. p. 106, 12, Λαθροφαγεῖν : Μετ. Φιλοθύτῃ.

INCERTORUM DRAMATUM FRAGMENTA.

1.

Erotianus Gloss. Hippocr. p. 314 ed. Franz., Πολφοί : βολβοί. ὡς Μετ. φησὶ

— Ῥαφανῖδος,
ἀμύλου, λεκίθων, καρύων, ζωμοῦ, πολφῶν,
οἴνου, κολοκύνθης.

« Libri ῥαφανίδος et λεκύθων. Malim λεκίθου, quia vocabulum, ubi cibum significat, vix dicitur numero plurali. Fortasse οἴνου depravatum est. (Quum λέκιθος hoc l. pultem leguminosam indicet, velut *pisum* lutei coloris, non male conveniret, neque absimile esset, ᾠῶν sive ᾡῶν, *ovorum. Both.*) In fine vulgatæ hic librorum scripturæ præstiterit κολοκύντης, de quo Lobeck. ad Phryn. p. 437. » *E M.* Κολοκύντην, *cucurbitam*, symbolum sanitatis, et κρίνον, *lilium*, mortis, censet Epicharmus Athen. 2, p. 59, C.

2.

Athen. 6, p. 270, E : καὶ θεασάμενος πλῆθος ἰχθύων, καὶ ἄλλων παντοδαπῶν ὄψων παρασκευὴν εἰσκυκλουμένην, τύψας τῇ χειρὶ τὸ προσκεφάλαιον ἀνέκραγε.

Τέτλαθι δὴ, Πενίη, καὶ ἀνάσχεο μωρολογούντων·
ὄψων γὰρ πλῆθός σε δαμᾷ καὶ λιμὸς ἀτερπής·

ἐγὼ γὰρ ἤδη ὑπὸ τῆς ἐνδείας οὐ διθυράμβους φθέγγομαι κατὰ τὸν Σωκράτην, ἀλλ' ἤδη καὶ ἔπη· λιμῶδες γὰρ ὄντως ἡ ῥαψῳδία. Et p. 271, A : δεῖ οὖν κἀμὲ, κατὰ τὸν κωμικὸν Μεταγένην ἐπειπόντα

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ δείπνου.

« Schweigh. etiam priora illa Τέτλαθι... ἀτερπής Metageni in fabula Ὅμηρος attribuit, probantibus Fritzschio Quæstt. Aristoph. 1, p. 285, et Bergkio Commentt. p. 422, nisi quod hic quidem utrumque fragmentum ad Auras retulit. Mihi hæc valde dubia videntur, ac nescio an versus illi potius Hegemoni, qui de paupertate sua conqueritur ap. Athen. 15, p. 698, D, assignandi sint. » *E M.* Ceterum cf. Iliad. 1, 586; 12, 243.

3.

Pollux 3, 75 : καὶ δουλοπρέπεια Θεόπομπος ὁ κωμικός. καὶ δουλάρια Μετ. (cf. Aristoph. Thesmoph. 504).

XXV.

ARISTAGORAS.

Poeta parum notus una comœdia : v. prolegomena fabularum Metagenis.

ΜΑΜΜΑΚΥΘΟΣ.

1.

Athen. 13, p. 571, B : ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες σύσσιτοι, et cetera quæ exscripta sunt in Metagenis *Aurarum* fr. 1.

2.

Idem 8, p. 355, A : καὶ μελλόντων et cetera exscripta ibidem, fr. 2.

3.

Antiatticista p. 85 : Βασιλεύς, χωρὶς τοῦ ἄρ-

3.

Duobus vel tribus instructum ellychniis, ut mihi vi- [detur.

EX FAB. INCERT.

1.

— Rhaphani, amyli, pultis, nucum, juris, bulborum, vini(?), cu- [curbitæ

2.

Una avis optima, arcere convivium impedientes.

θρου. Ἀρισταγόρας Μαμμακύθῳ. « V. Schæferi Melet. p. 4. » *M.*

4.

Gramm. Bekkeri An. p. 404, 28, et Suidas, Ἀνθέων : τὴν γενικὴν ὁμοίως τοῖς Ἴωσιν οἱ Ἀττικοί... καὶ Ἀρ. Μαμμ.

5.

Photius p. 530, 1, Σπεῖρα : ἡ συστροφὴ καὶ τὸ ἄθροισμα, οὐχ ὅπως παρὰ τοῖς τραγικοῖς (Soph. Antig. 327, etc.), ἀλλὰ καὶ ἐν Μαμμακύθῳ.

6. 7.

« Ex eadem Aristagoræ fabula petita videntur, quæ Photius habet p. 107, 13, Ἱμάντας : τοὺς τῶν ἱστίων. Ἀριστ. Et 204, 13, Λακκόπεδον : τοὺς ὄρχεις. οὕτως Ἀριστ. Ita enim pro Ἀνταγόρας (qui fuit poeta Rhodius, Thebaidos scriptor, seculo tertio post Chr. *Both.*) legendum videri indicavimus Hist. crit. Com. p. 220. » *E M.*

XXVI.

STRATTIS.

« Strattis Atheniensis. Hunc Athenæus 10, p. 453, C, Callia paulo minorem fuisse dicit : itaque fabulas docuit fere inde ab olympiade 92 (411-408 ante Chr. nat.) ultra olymp. 99 (383-380 ante Chr. nat.), attingens tempora Sannyrionis et Philyllii, quorum alterum commemorat in scholio Aristoph. Plut. 1195; alterum, Sannyrionem, ridet apud Athen. 12, p. 551, C, et Pollucem 10, 189; denique Isocratem senem ap. Athen. 13, p. 592, D. Fuisse qui frigidos atque ineptos verborum lusus ei objicerent, colligas ex Hesychio v. Κολεκάνοι, ubi laudatur Στράττις ἐν τῷ φορτικῷ δράματι, quo *Cinesias* fabula significari videtur. Dramata Strattidi Anonymus De com. p. XVII tribuit 16, et fere totidem commemorat Suidas : sed præterea occurrunt tituli Ζώπυρος περικαιόμενος, Μυρμιδόνες, Ποτάμιοι, Πύτισος. » *E Mein.* Hist. crit. Com. p. 221 seqq., qui singulos titulos fabularum docte disceptat ib. p. 224-236.

I. ΑΝΘΡΩΠΟΡΡΑΙΣΤΗΣ.

H. e. is qui rumpit homines tædio ineptiarum suarum (« quasi dicas *lanionem hominum.* » *M.*), velut olim derisus est actor tragicus, Hegelochus, quia versum quendam Euripideum male pronuntiabat. Scholiastes Euripidis Orest. 269, Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις ἂν γαλήν' ὁρῶ] κεκωμῴδηται ὁ στίχος διὰ Ἡγέλοχον τὸν ὑποκριτήν· οὐ γὰρ φθάσαντα διελεῖν τὴν συναλοιφήν, ἐπιλείψαντος τοῦ πνεύματος, τοῖς ἀκροωμένοις τὴν γαλῆν δόξαι λέγειν τὸ ζῷον, ἀλλ' οὐχὶ τὰ γαληνά. πολλοὶ μὲν οὖν διέπαιξαν τῶν κωμικῶν, Ἀριστοφάνης καὶ Στράττις ἐν Ἀνθρωπορραίστῃ,

1.

Καὶ τῶν μὲν ἄλλων οὐκ ἐμέλησέ μοι μελῶν,
Εὐριπίδου δὲ δρᾶμα δεξιώτατον
διέκναισ' Ὀρέστην, Ἡγέλοχον τὸν Κιννάρου
μισθωσάμενος τὰ πρῶτα τῶν ἐπῶν λέγειν.

In versu Euripidis pro vulgatis αὖθις αὖ restitui moderate dictum αὖθις ἂν, quod etiam Helenæ 832 legebatur ante Canterum et recentiores : nam facile quidem fero hæc et similia, ἄλλως μάτην, πάλιν αὖθις; sed prorsus tautologa αὖθις αὖ non adducor ut credam Atticis placuisse : v. ann. ad Soph. Philoct. 908, Eur. Heraclid. 475. « Ap. Strattidem primus Berglerus ad Ar. Ran. 305 Ὀρέστην pro Ὀρέστῃ, et pro Κινυάρου, ut item libri, Bentlejus Κιννάρου, cujus nominis exemplum habet Zenobius Proverb. 1, 31. Ceterum his versibus ridetur nescio quis ἀγωνοθέτης, qui Orestæ partes Hegelocho, inepto histrioni, dederat, spectatorum voluptati male consulens. » *E M.* Ratio *apostrophi* apud Græcos subobscura est, ægreque intelligas, qui factum sit, ut defectus ejus cito et ab omnibus sentiretur.

2.

Athen. 3, p. 127, C, D : καὶ σεμιδάλεως δὲ μέμνηται (καὶ εἰ μὴ τὰ μαρτύρια κρατεῖ) Στρ. ἐν Ἀνθρ. καὶ Ἄλεξις ἐν Ἰσοστασίῳ. τὴν γενικὴν δὲ σεμιδάλιδος εἴρηκεν ὁ Στρ. ἐν τῷ αὐτῷ δράματι οὕτως

— Τῶν δὲ διδύμων ἐκγόνων
σεμιδάλιδος.

Hoc item annotavit Pollux 6, 75. (In altera edit. Mein. uno verso : Τῶνδε διδύμων τῶν ἐκγ. σ.) « Farinæ filios dicit panes, ut Archestratus Athen. 3, p. 112, B,

Εἶτα τὸν ἐν Τεγέᾳ σεμιδάλεος υἱὸν ἐπαινῶ.

Similiter hic ibidem 4, p. 137, C,

Δήμητρος παῖδ' ὀπτὸν ἐπεισελθόντα πλακοῦντα.

Similiter quoque Philyllius in Auge collabos dixit πυρῶν ἐκγόνους. » *E Casaub. et M.*

HOMINUM LANIO.

1.

Et cetera quidem carmina non curo;
sed Euripidis drama scitissimum
disperdidit, Hegelocho, Cinnari filio,
mercede conducto, ut primas fabulæ partes ageret.

II. ΑΤΑΛΑΝΤΗ.

Hanc fabulam diu post Aristophanis Ranas, h. e. post olymp. 93, 3 (405 ante Chr. nat.), actam esse refert schol. Ran. 146. Cf. Suidas v. Σχώρ. Ab nonnullis citatur ὁ τὰς Ἀταλάντας γράψας, plurali. Atalantam præter Calliam scripserunt Euthycles, Alexis, Philyllius, et Philetærus; Phormi autem Syracusani commemorantur Atalantæ.

1.

Isocratis Vita a Mustoxide edita p. 10 Dind. : σκώπτουσι δὲ αὐτὸν οἱ κωμικοὶ ἐπὶ τῇ Λαγίσκῃ, ὧν εἷς ἐστι καὶ Στρ., λέγων ταῦτα ἐν Ἀταλάντῃ·

Καὶ τὴν Λαγίσκαν, τὴν Ἰσοκράτους παλλακήν,
εὑρεῖν με συκάζουσαν, * εἶθ' ἥκειν ταχὺ
τὸν αὐλοτρύπην αὐτόν.

« Apud Athen. 13, p. 592, D, et Harpocr. p. 118, 15, postrema horum ita scripta sunt

ἰδεῖν με συκάζουσαν εὐναίαν ἔτι,
τόν τ' αὐλοτρύπην αὐτὸν,

in quibus ad Λαγίσκην εὐναίαν Toupius Add. ad Theocr. p. 410 comparat λαγὼν εὐναῖον, *leporem in cubili jacentem*; quod Schweigh. probans εὐνὴν interpretatur lupanar, in quo fuerit mulier, antequam Isocrates eam in domum suam receperit; nec video meliora. Hesych. v. Συκάζειν : τὸ κνίζειν ἐν ἐρωτικαῖς ὁμιλίαις. Athen. loco cit. : Ἕρμιππος προβαίνοντά φησι τῇ ἡλικίᾳ τὸν Ἰσοκράτη (obiit olymp. 110, 3, a. Chr. nat. 337, 98 annos natus) ἀναλαβεῖν Λαγίσκαν τὴν ἑταίραν εἰς τὴν οἰκίαν, ἐξ ἧς καὶ γενέσθαι αὐτῷ θυγάτριον, etc. Suidas v. Φιλίσκος, de Philisco Milesio : ἐγένετο δὲ πρότερον αὐλητὴς παραδοξότατος· διὸ καὶ αὐλοτρύπην Ἰσοκράτης αὐτὸν ἐκάλει. Obscœnum huic nomini sensum subesse, haud negaverim, etsi αὐλὸς vix usquam pars muliebris dicta reperitur. Ceterum Athen. et Harpocr. Λαγίσκαν, qua forma usus est etiam Lysias Athen. p. 586, F; Isocratis biographus Λαγίσκην. Respiciunt hunc locum Plutarchus Vitt. X Oratt. p. 836, E : ὅθεν εἰς τοὺς αὐλοὺς κεκωμῴδηται (Isocrates) ὑπὸ Ἀριστοφάνους καὶ Στράττιδος· et Pollux 4, 71 : καὶ αὐλοτρύπης, ὡς ἡ κωμῳδία. » *E M.*

2.

Athen. 7, p. 302, D, de thynno : ἐπαινεῖται δὲ τοῦ ἰχθύος τούτου τὰ ὑπογάστρια... Στρ. Ἀτ.

Ὑπογάστριον θύννου τι κἀκροκώλιον
δραχμῆς ὕειον.

Sic pro θύννου τε Mein. ex Ath. 9, p. 399, D, ubi prior versus iterum appositus est.

3.

Schol. Aristoph. Ran. 146 : τινές φασι τῷ σκῶρ πρῶτον κεχρῆσθαι Στράττιν ἐν Ἀταλάντῃ δράματι. ψεῦδος δέ· πολλῷ γὰρ ὕστερον τῶν Βατράχων ἡ Ἀταλάντη Στράττιδος δεδίδακται. Similiter Suidas v. Σκῶρ. Vulgo σκώρ, quod correxit Mein. collato Lobeckio Paralip. p. 77.

4.

Suidas, Διφροφόροι : Στρ. ἐν Ἀταλάνταις (sic).

5.

Schol. Venet. Aristoph. Pac. 347 : ὁ δεύτερος (Φορμίων) ἦν κωφός· μέμνηται καὶ Στράττις· τρίτος μοιχός· Κρατῖνος Ἀταλάντῃ· τέταρτος Κροτωνιάτης ἀρχαῖος· Κρατῖνος Τροφωνίῳ. « Apertum est Atalantæ memoriam ad Strattidis nomen pertinere. » *Mein.*

6.

Hesych. v. Διονυσιοχουροπυρώνην : τὸν γὰρ Διονύσιον, κουρέα ὄντα, κωμῳδεῖ. κουρεὺς δὲ ἦν πρὸς πάππου, ὡς δηλοῖ ὁ τὰς Ἀταλάντας συνθείς. Cf. Mein. annot. ad Cratini Seriph. 2.

7.

Schol. Aristoph. Avium 1294, de Opuntio : μνημονεύει δ' αὐτοῦ, ὡς μέγα ῥύγχος ἔχοντος, καὶ ὁ τὰς Ἀταλάντας γράψας, καὶ Εὔπολις ἐν Ταξιάρχοις.

III. ΖΩΠΥΡΟΣ ΠΕΡΙΚΑΙΟΜΕΝΟΣ.

Hesych. Οὐ μάλα κικκάς (cod. conjuncte Οὐμαλακικκάς) : παροιμία τὸ μηδὲν σημαίνουσα. ὠνήτης δὲ κικκὰς (cod. κοκκὰς) οὐ μάλα φαίνεται. καὶ Στρ. ἐν Ζωπύρῳ περικαιομένῳ « Τῶν οὐ μάλα * τέθηκα κεκυκκᾶν ἐπικρατῆ. » Scripserim

Τῶν οὐ μάλα γε τέθηκε κικκᾶν Ἐπικράτης.

De Epicrate v. ad Platonis Πρέσβεις. De Zopyro quis fuerit quæsivit Mein. Hist. Com. p. 225.

ATALANTA.

1.

Et Lagiscam, Isocratis pellicem,
vidisse me vellicantem, quum adhuc esset in lustro,
atque ipsum tibiarum perforatorem.

2.

Sumen thynni aliquod et trunculos
drachma suillos.

ZOPYRUS USTULATUS.

Pro his profecto ciccum non dedit Epicrates.

IV. ΙΦΙΓΕΡΩΝ.

V. Apollophanis comici fragmenta.

V. ΚΑΛΛΙΠΠΙΔΗΣ.

« Fabula fortasse nomen traxit a Callippide, tragœdiarum actore celeberrimo, qui redeuntem ex Asia Alcibiadem comitatus est, teste Athen. 12, p. 535, D. Cf. Schneider. ad Xenoph. Symp. 3, 11, Wyttenbach. ad Plut. Apophthegm. Lacon. p. 1154. » *E M.*

1.

Athen. 14, p 656, B : τὰ δὲ ὀπτὰ κρέα καλεῖται φλογίδες. Στρ. γοῦν ἐν Καλλιππίδῃ ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους φησὶν

— Αὐτίκα δ' (ἄρ') ἥρπασε τεμάχη,
θερμάς τε κάπρου φλογίδας, ἔβρυκέ τε πάνθ' ἅμα.

Forte ἄρ' excidisse videtur ante ἥρ- simile, non sine detrimento versus. V. 2 libri ἔβρυχε : v. index Aristophanis v. βρύκειν, Soph. Trach. 934, Philoct. 708. Ad anapæsticos numeros revocat Meineck., scribens κατέβρυξε.

2.

Idem 7, p. 304, B : μνημονεύει δὲ τῶν θυννίδων καὶ Στρ. ἐν Κ.

3.

Fortasse poetæ nomen addendum est illis Pollucis 10, 29 : Κόρημα, τὸ χορούμενον ἐν Σκηνὰς Καταλαμβανούσαις Ἀριστοφάνους, ὥσπερ ἐν Καλλιππίδῃ « Ἐπὶ τοῦ κορήματος καθέζομαι χαμαί. » Malim probioribus numeris, quos librarii sæpe non curant,

Χαμαὶ καθέζομαι 'πὶ τοῦ κορήματος.

Cf. Lemnomed. 1.

VI. ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

« Cinesiæ dramatis pleniorem titulum Athenæus 9, p. 396, A, hunc affert : Στρ. ἐν Μακεδόσιν ἢ Κινησίᾳ. In Cinesiam, Meletis citharœdi filium, poetam dithyrambicum, cujus meminit Plato Gorg. p. 501, E, scriptam fuisse fabulam, præter Athen. 12, p. 551, D, docet Harpocr. p. 216 : Στρ. ὅλον δρᾶμα ποιήσας εἰς αὐτὸν, ὅπερ ἐπιγράφῃ Κινησίας, ἐν ᾧ καὶ τὴν ἀσέβειαν αὐτοῦ (v. Aristoph. Ran. 352) κωμῳδεῖ. Actaque fuerit inter 91 et 97 vel 98 olympiadem (415 et 391 vel 387 ante Chr. nat.), quibus fere finibus circumscripta est hominis celebritas, cujus antiquissima memoria exstat apud Aristophanem in Avibus, novissima in Gerytade et Ecclesiazusis. Mortuus igitur videtur olympiade 98 : neque enim verisimile est, longam ei vitam obtigisse, propter morbos perpetuos, quibus conflictans quotidie moriebatur, ut ait Lysias ap. Athen. 12, p. 551, E (ὅτι δὲ ἦν Κινησίας νοσώδης, καὶ δεινὸς τἄλλα, Λυσίας... εἴρηκε, φάσκων αὐτὸν, ἀφέμενον τῆς τέχνης [citharœdorum artis, quam etiam Meletis pater Pisias exercebat, ut tradit Pherecrates in scholio ad Ar. Av. 859] συκοφαντεῖν καὶ ἐκ τούτου πλουτεῖν, etc.). Pherecrates apud Plut. De musica p. 1141, E, Cinesiam in primariis masculæ simplicisque artis corruptoribus numerat. De fœda ejus macilentia v. Platonis comici Incert. 2. » *E M.*

1.

Pollux 4, 169 : οὐ μόνον δὲ κοτύλη καὶ ὑγρῶν ἦν καὶ ξηρῶν μέτρον, ὡς πολλαχόθεν ἡ κωμῳδία ὑποδηλοῖ, ἀλλὰ καὶ κόφινος, μέτρον Βοιώτιον, ἄμφω μετροῦν. Στρ. γοῦν φησιν ἐν τῷ Κινησίᾳ

« Τὰ δ' ἄλφιθ' ὑμῖν πῶς ἐπώλουν; β. Τεττάρων
δραχμῶν μάλιστα τὸν κόφινον. α. Τί λέγεις; μέτρῳ
ἐχρῶντο κοφίνῳ;

* ἢ (hic in optimo cod. Paris. lacuna novem decemve literarum) τοῦ ταῦθ' (ed. Bekk. τοῦτ' αὖθ') ὅτι (al. ὅτε) οἴνου κόφινος δυνάμενος τρεῖς χόας πυρῶν ταὐτὰ ταῖς κοφίναις (in ed. Bekk. πυρρῶν ταῖς κοφίναις ταὐτὰ ταῦτα δυνάμενος). » Hæc se expedire negat Mein., neque alii juvarunt, nisi quod πυρῶν ponendum esse intellexerunt. Fortasse Str. dixit

ἐχρῶντο κοφίνῳ; τί τόδ', ὅτ' οἴνου δυνάμενος
κόφινος χόας τρεῖς, τῶν τε πυρῶν ταὐτὰ τρεῖς;

scil. τρεῖς κόφινοι πυρῶν quattuor drachmis. Glossema κόφινοι corruptum est.

CALLIPPIDES.

1.

— Statim igitur rapuit copadia piscium,
et assatas capri carnes, simulque omnia devoravit.

3.

Humi consideo super scopis.

CINESIAS.

a. Sed frumentum vobis quomodo vendebant? b. [Quattuor
maxime drachmis cophinum. a. Ain? mensura
utebantur cophino? quid hoc, quando vini capiens
cophinus choas tres, triticique itidem tres?

2.

Pollux 10, 169 : καὶ ἁλία δὲ σκεῦός τι, ἐν ᾧ τοὺς ἅλας ἐντρίβουσιν (perperam libri σκ. τι ἦν, ᾧ etc.) Στρ. δ' ἐν Κιν.

— Ἀλμυρόν θ' ὕδωρ,
* ἕτερόν τε λεπτὸν, ἐν ἁλίᾳ κεκομμένον.

« Pro ἕτερον requiro νίτρον (videtur enim describi tenuis balnei apparatus, ut Athen. 8, p. 351, E), vel κέγχρον. » *E M.*

3.

Idem ib. 189 : Στρ. ἐν τῷ Κιν. τὸν Σαννυρίωνα διὰ τὴν ἰσχνότητα κάνναβον καλεῖ. Hesych. Κάνναβοι : τὰ ξύλα, περὶ ἃ τὸ πρῶτον οἱ πλάσται τὸν κηρὸν τιθέασιν. ὅθεν καὶ οἱ λεπτοὶ καὶ ἄσαρκοι κάνναβοι λέγονται. « Sannyrionis macilentiam Str. risit etiam in Psychast. fr. 4. » *E M.*

4.

Athen. 12, p. 551, D : ἦν δὲ ὄντως μακρότατος καὶ λεπτότατος ὁ Κινησίας, εἰς ὃν καὶ ὅλον δρᾶμα γέγραφε Στρ., Φθιώτην Ἀχιλλέα αὐτὸν καλῶν διὰ τὸ ἐν τῇ αὐτοῦ ποιήσει συνεχῶς τὸ Φθιῶτα λέγειν. παίζων οὖν εἰς τὴν ἰδέαν αὐτοῦ ἔφη

Φθιῶτ' Ἀχιλλεῦ.

« Erat enim Cin. φθόης προφήτης, ut Plato com. eum appellat Incert. 2. » *M.*

5.

Schol. Aristoph. Avium 1569, de Læspodia : εἶχε δὲ καὶ περὶ τὰς κνήμας τινὰς αἰκίας (libri αἰτίας, quod emendavit Casaub. ad Athen. 7, p. 327, E), ὥς φησι Στρ. ἐν Κιν.

6.

Schol. Ar. Pluti 550, ὑμεῖς γ' οἵπερ καὶ Θρασυβούλῳ Διονύσιον εἶναι ὅμοιον] μήποτε ὁ ἀξιωματικὸς καὶ αὐθάδης, ὡς Στρ. ἐν τῷ Κιν. Διονύσιος δὲ ὁ μέν τις φαίνεται μαινόμενος· ὁ δὲ, ὡς ἔοικεν, ἰχθυοπώλης. « Indicari videtur Thrasybulus, cujus fit mentio in Eccles. 203 : nam ibi quoque describitur a scholiaste αὐθάδης καὶ δωροδόκος (v. 355), et ὑπερόπτης τοῦ δήμου. » *Ex Hemsterh.*

7.

Erotianus Expos. vocc. Hippocr. p. 216, de καμμόρῳ, medicamento refrigeratorio : ἐφ' ἱδρῶσι δὲ παραλαμβάνειν Στράττιν, ἐν κυνηγοῖς (« immo Κινησίᾳ » *Mein.*) λέγοντα. Verba poetæ excidere.

8.

Schol. Aristoph. Ran. 404 : καὶ Στρ. ἐν τῷ εἰς αὐτὸν δράματι ἔφη,

Σκηνὴ μέν (ἐστιν ἥδε) τοῦ χοροκτόνου
Κινησίου.

Sic Meinek., addens vocabula duo virgulis indicata.

VII. ΛΗΜΝΟΜΕΔΑ.

« Sic Athen. pluribus locis et Harpocratio, similiterque Eudocia Λημνομέδων. Harpocrationis libri aliquot Λημνομήδα, deteriores Athen. 7, p. 327, E, Λιμνομέδα, et olim 10, p. 473, C, Ληπτομέδα. » *E M.*

1.

Athen. 7, p. 327, E : μνημονεύει τοῦ φάγρου καὶ Στρ. ἐν Λημνομέδᾳ

Πολλοὺς ἤδη μεγάλους τε φάγρους ἐγκάψας.

Sed vix aptum hisce metrum dactylicum, vel anapæsticum, quod Mein. restituit pro codicum δὴ scripto ἤδη. Probabilior senarius

Πολλοὺς δὲ δὴ μεγάλους τ' ἐπεγκάψας φάγρους.

Trajecta verba et neglecta similia, ut passim. Aristophanes Eq. 459 : Ἔχε νυν, ἐπέγκαψον λαβὼν ταδί.

2.

Idem 11, p. 473, C : μνημονεύει τοῦ καδίσκου καὶ Στρ. ὁ κωμικὸς ἐν Λημνομέδᾳ, λέγων οὕτως·

Ἑρμῆς, ὃν ἕλκουσ' οἱ μὲν ἐκ προχοιδίου,
οἱ δ' ἐκ καδίσκου, σ' ἴσον ἴσῳ κεκραμένον!

Idem 1, p. 32, B : Ἑρμῆς δ' εἶδος πόσεως παρὰ Στράττιδι (ultimus potus, *Mercurii* dictus : v. ann. ad Ar. Plut. 1128, et Schneideri Lex. h. v.), quæ repetiit Eustath. ad Hom. p. 1470, 64. Cf. Cratini Pyt. 16. Σ' additum post καδίσκου a Porsono; γ' maluit Fritzsch. Quæstt. Arist. 1, p. 269, probatus a Mein.

3.

Schol. Platonis Bekker. p. 320 : τῶν δὲ βόλων

2.

— Marinam aquam
et *nitrum* tenue, in salis pistillo minutum.

8.

Scena hæc est choros perimentis Cinesiæ.

LEMNOMEDA.

1.

Multosque sane et magnos quum superedissem pagros

2.

Mercuri, quem alii quidem potant ex urceo,
alii vero e cado, pari pari te mixto!

(in tesserarum ludo) ὁ μὲν τὰ ἓξ δυνάμενος Κῷος καὶ ἑξίτης ἐλέγετο, Χῖος δὲ ὁ τὸ ἕν, καὶ κύων. λέγεται δέ τις καὶ παροιμία ἀπὸ τούτου, οἷον Χῖος παραστὰς Κῷον οὐκ ἐάσω. ἀφ' οὗ καὶ Στρ. Λιμνοπέδαις (sic)

Χῖος παραστὰς Κῷον οὐκ ἐᾷ λέγειν.

Omisso fabulæ titulo versum habet Eustathius ad Hom. p. 1397, 41.

4.

Harpocr. p. 26, 5 : ἁπλᾶς Δημοσθένης κατὰ Κόνωνος. Καλλίστρατός φησι τὰ μονόπελμα τῶν ὑποδημάτων οὕτω καλεῖσθαι. Στρ. Λημνομέδᾳ

— Ὑποδήματα
σαυτῷ πρίασθαι τῶν ἁπλῶν.

VIII. ΜΑΚΕΔΟΝΕΣ ἢ ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ.

« Sic Athen. 13, p. 589, A; sed idem 7, p. 302, E, et 323, B, ἐν Μακεδόσιν, et similiter Harpocr., Etym. M., et Photius, Στρ. Μακεδόσι. Contraque, hoc titulo omisso, Athen. 14, p. 654, F, Στρ. ἐν Παυσανίᾳ, quod 9, p. 396, A, reponendum videtur pro Κινησίᾳ. Non est autem intelligendus Pausanias ille obscurus, qui olymp. 96, 3 (ante Chr. nat. 393) Macedoniæ imperium obtinuit, sed potius Pausanias Ceramensis, Agathonis poetæ amator, de quo Plato et Xenophon in Symposiis, Plato etiam Protag. p. 315, D. Eundem tragœdiarum scriptorem perhibent schol. Platonis p. 373, et gramm. Ms. apud Cramerum Anecd. Oxon. 4, p. 269, neque alium Photius Bibl. cod. 167, p. 375, numerare videtur in poetis, quibus Stobæus utitur. Hoc sumpto etiam alter dramatis titulus Μακεδόνες commode explicetur, siquidem Agathon comitante Pausania circiter olymp. 93, 1 (ante Chr. nat. 407) ad Archelaum, Macedoniæ regem, se contulit, apud quem eos commoratos esse narrat Ælianus V. H. 2, 21. » *E M.*

1.

Harpocr. p. 176, 12 : τοπεῖα λέγουσι τὰ σχοινία. Στρ. Μακεδόσι « Τὸν πέπλον δὲ τοῦτον ἕλκουσι δονεύοντες τοπείοις ἄνδρες ἀναρίθμητοι εἰς ἄκρον ὥσπερ ἱστίον τὸν ἱστόν. » Recte Mein. ὀνεύοντες, collata inscriptione navali ed. Bœckh. p. 144, et Phrynicha Appar. sophist. p. 57 21, Ὀνεύειν : τὸ περιάγειν τὰ μηχανήματα, οἷς τούς τε λίθους καὶ τὰ ἄλλα ἕλκουσιν. ὄνος δ' ἐστὶν αὐτὸ τὸ μηχάνημα, τὸ διὰ τροχιλίων καὶ σχοινίων. Cf. Thuc. 7, 25. Scribamus

— Τὸν πέπλον δὲ τοῦτον
ἕλκουσιν ὀνεύοντες τοπείοις ἄνδρες ἀναρίθμητοι·
εἰς ἱστὸν ὥσπερ ἱστίον τὸν ἄκρον.

De v in δ mutato v. ann. nostram ad Aristoph. Dætal. fr. 36. V. 3 ap. Harpocr. erat ὥσπερ, ἱστίον τὸν εἰς τόν, quod in ἱστόν mutavit Dobræus, ἱστίον scripsit Mein. Sed vulgata εἰς ἄκρον ὥσπερ ἱστίον ferri non possunt propter ambiguum, nec placet producta prima τοῦ ἄκρον, quæ nunc corripitur. « Peplum intellige Minervæ, qui in Panathenæorum solennitate veli instar in sacra navi suspendebatur. Spectat huc inter alia Photius p. 116, 11 : ὁ μὲν ἱστὸς τὸ ἐπίμηκες ξύλον ἄνω τεταμένον, κεραία δὲ τὰ πλάγια, ὥστε γενέσθαι ταῦ. διετείνετο δὲ πολλάκις ὁ τῆς Ἀθηνᾶς πέπλος εἰς τοιοῦτο σχῆμα ξύλων κατὰ πόμπευσιν (mendose libri ξ. καὶ ἐπόμπευσεν. *Both.*). » *E M.* Prima memorant Etymol. M. p. 762, 20 : Στρ. Μακ., Τὸν π. δὲ τ. ἕλκουσι δεσμεύοντες τοπείῳ ἄνδρες, » similiterque Photius p. 595, 18 (qui τοπίοις) et Suidas v. Τοπεῖον.

2.

Athen. 7, p. 323, B : Στρ. γοῦν ἐν Μακεδόσιν, ἐρομένου τινὸς Ἀττικοῦ, ὡς ἀγνοοῦντος τὸ ὄνομα (σφύραινα), καὶ λέγοντος

Ἡ σφύραινα δ' ἐστὶ τίς;

φησὶν ὁ ἕτερος

β. Κέστραν μὲν ὔμμες ὡττικοὶ κικλήσκετε.

3.

Idem ib. p. 302, E : ἐν δὲ Μακεδόσιν (scil. Στρ. ἔφη)

— Ὑπογάστριά θ' ἡδέα θύννων.

4.

Antiatt. p. 108, 29, Μακεδόνισσαν : τὴν γυναῖκα. Στρ. Μακεδόσιν. Ut a βασιλὶς βασίλισσα, ita formatur Μακεδόνισσα a Μακεδονίς. Utrumque minus atticum : v. Matth. Gr. p. 121.

3.

Chius adstans Coum non sinit dicere.

4.

— Calceos
tibi eme una solea.

MACEDONES sive PAUSANIAS.

1.

— Hoc autem peplum
trochlea funibusque tollunt viri innumerabiles
in malum summum, ut velum.

2.

— a. Sphyræna vero quæ est?
b. Mugilem quidem vos Attici vocatis.

3.

Ventriculi suaves thynnorum.

5.

Athen. 13, p. 589, A, de Laide : Στρ. δ' ἐν Μακ. ἢ Παυσ. Κορινθίαν αὐτὴν εἶναί φησι διὰ τούτων·

α. Εἰσὶν δὲ πόθεν αἱ παῖδες αὗται καὶ τίνες;
β. Νυνὶ μὲν ἥκουσ' ἂν Μεγαρόθεν, εἰσὶ δὲ
Κορίνθιαι· Λαῒς γε Μεγακλέους. Ἴδε!

Versu 1 libri εἰσὶ δ' ὅθεν, quæ correxere Schweighæus. et Porson. V. 2 νυνὶ pro νῦν ἀμέτρῳ Mein. et Pors. Præterea legebatur inelegantibus numeris ἥκουσιν Μεγ. V. 3 Mss. A. μὲν ἡ μέγα κλέος ἰδὲ, vel ἰδὶ, ἰδι... Temere Pors., quum μὲν - δὲ antecesserit, A. μὲν ἡδὶ Μεγακλέους. Immo γε forte videtur abiisse in με et μεν, de quo ad Soph. OEd. Colon. 844, etc. « Μεγακλέους, scil. serva. » *M.* Lais major, Aristippi amica, de qua v. Gell. 1, 3, et Horatii interpp. Epist. 1, 17, 36.

6.

Idem 9, p. 396, A : Στρ. εἶπεν... ἐν Μακεδόσιν ἢ Κινησίᾳ (fort. Παυσανίᾳ, v. supra) « Πνικτόν τι τοίνυν ἔστω σοι συχνὸν τοιοῦτον. » Versum restituas ita scribendo

Πνικτόν τι τοίνυν σοι τοιοῦτ' ἔστω συχνόν.

7.

Idem 14, p. 654, F : ὅτι δὲ καὶ τιθασοὺς εἶχον αὐτοὺς (pavones) ἐν ταῖς οἰκίαις, Στρ. παρίστησιν ἐν Παυσανίᾳ διὰ τούτων·

Πολλῶν φλυάρων καὶ ταῶν ἀντάξια,
οὓς βόσκεθ' ὑμεῖς ἕνεκα τῶν ὠκυπτέρων.

« Scripsi ταῶν pro ταῶν : cf. Lehrsii Aristarch. p. 341 seq. » *M.* De hoc atticismo v. nostram ann. ad Aristoph. Av. 102, ubi ponendum ταῶς.

IX. ΜΥΡΜΙΔΟΝΕΣ.

Pollux 9, 78 : Βυζαντίων γε μὴν σιδήρῳ νομιζόντων ἦν οὕτω καλούμενος σιδάρεος, νόμισμά τι λεπτὸν, ὥστε ἀντὶ τοῦ « πρίω μοι τριῶν χαλκῶν » λέγειν « πρίω μοι τριῶν σιδαρέων. » ὅθεν καὶ ἐν τοῖς Στράττιδος Μυρμιδόσιν εἴρηται

Ἐν τοῖς βαλανείοις (ὡς) προκέλευθος ἡμέρα,
ἀπαξάπασα γῆ στρατιαὶ σιδαρέων.

Versu 1 ὡς, quo sententiæ opus est, forte excidit post simile -οις. Mein. conj. τοῖσι. V. 2 mendosum γῆς correxit Mein. « Προκέλευθον ἡμέραν Hemsterh. interpretatur τὴν προκηρυττομένην εἰς τὸ ἐκκλησιάζειν, et sensum fragmenti hunc esse putat : « ita balneis deditos fuisse Byzantios, ut ibi comitia celebrarent, totusque congregatus populus in illis de expeditionibus deliberaret, et mercaturam exerceret. »

X. ΜΗΔΕΙΑ.

« In Medea Str. lusit fortasse Euripidis aliusve Tragici fabulam cognominem. Creontis in ea partes fuisse ostendit fragm. 2. » *E M.*

1.

Athen. 15, p. 690, F, de Megallo : μνημονεύει δ' αὐτοῦ... Στρ. ἐν Μηδείᾳ·

— Καὶ λέγ', ὅτι μύρον γ' αὐτῇ φέρεις
τοιοῦτον, οἷον οὐ Μέγαλλος πώποτε
ἥψησεν, οὐδὲ Δεινίας Αἰγύπτιος
οὔτ' εἶδεν, οὔτ' ἐκτήσατο.

Versu 1 libri metro insuper habito ut passim, μύρον φέρεις αὐτῇ, nec sufficit, quod reposuerunt editores, μ. αὐτῇ φέρεις. Offecit -ν simili γ. V. 3 Δεινίας Schweigh., ut Thuc. 3, 3. Libri Δινίας. Annotaverunt Mein. et Dobr. hæc dicere Medeam Creusæ dona fatalia mittentem.

2.

Idem 11, p. 467, E : Σέλευκος δ' εἰπὼν, ἐκπώματος εἶναι γένος τὸν δεῖνον, παρατίθεται Στράττιδος ἐκ Μηδείας

Οἶσθ', ᾧ προσέοικεν, ὦ Κρέων, τὸ βρέγμα σου;
ἐγῷδα· δείνῳ περικάτω τετραμμένῳ.

5.

a. Unde vero sunt hæ puellæ, et quænam?
b. Nunc quidem Megaris advenerunt, sunt autem
Corinthiæ; Lais quidem Megaclis; en illæ!

6.

Ejusmodi igitur caro assa tibi sæpe contingat.

7.

Multis nugis æquiparanda et pavonibus,
quos pascitis vos propter pennas.

MYRMIDONES.

In balneis ut primum edicta est dies,
cuncta terra est exercitus ferreorum (nummorum).

MEDEA.

1.

— Et dic, te unguentum illi afferre
ejusmodi, quale nec Megallus unquam
coxit, neque Dinias Ægyptius
vel vidit, vel possedit.

3.

Scin', cui simile est, Creon, sinciput tuum?
ego scio : dino in caput statuto.

Vulgo δείνῳ περὶ κάτω τετρ. Codd. VL περικάτω τετρημένῳ, illud recte. Ceterum δῖνον Aristophanes aliique dicunt : v. Nub. 374, Vesp. 596, et hoc ipso loco Athenæi Archedicus comicus.

3.

Harpocr. p. 130, 7 : Μυσῶν λείαν... κέχρηνται δὲ τῇ παροιμίᾳ ἄλλοι τε καὶ Στρ. ἐν Μηδείᾳ, καὶ Σιμωνίδης ἐν Ἰάμβοις. Contempti fuerunt Mysi propter ignaviam : ita Mysorum præda dicta est res nullius pretii : v. ann. ad Eur. Rhes. 243, Cic. Pro Flacco 65, et Ad Quintum frat. 1, 1, 16.

XI. ΠΟΤΑΜΙΟΙ.

« Hanc fabulam ante olymp. 92, 4 (408 ante Chr. nat.) actam esse intelligitur e scholiis Aristoph. Pluti 1195 : ὁ Λυκόφρων, ὡς ὁ Ἐρατοσθένης φησίν, ᾠήθη πρῶτον τοῦτον (Aristophanem) δᾷδας ἠτηκέναι. πεποίηκε δὲ καὶ ἐν Ἐκκλησιαζούσαις αὐτό. ἀλλὰ γὰρ Στρ., πρὸ ἀμφοτέρων τούτων (Plutum priorem et Ecclesiazusas dicit) τοὺς Ποταμίους διδάσκων, εἰς Φιλύλλιον ἀναφέρει τὸ πρᾶγμα. Cf. fr. 1, et Clintoni Fast. Hellen. p. 103 Kr. Titulus comœdiæ inditus a Potamiis, phylæ Leontidis δημόταις, quos male audivisse eo nomine, quod facile falsos cives in tabulas referrent, ex Harpocratione p. 156, 19, adnotavit Hemsterh. Photius quoque p. 445, 10 : ἐκωμῳδοῦντο δὲ ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράφους, et similiter Suidas v. Δρυαχαρνεῦ. At longe aliter in Etymologico M. p. 738, 47, Potamii a Comicis irrisi dicuntur propterea, quod τοὺς ἐγγράφους (vitiose Lex. rhet. p. 677, 21 ed. Porson. ἀγράφους) νόμους facile receperint. Duos hujus nominis pagos novit Homeri schol. Iliad. 24, 545 : παρ' Ἀθηναίοις εἰσὶ δύο δῆμοι Ποτάμιοι, ὧν ὁ μὲν καθύπερθεν, ὁ δὲ ὑπένερθεν ὀνομάζεται. Mendose apud Schol. Platonis p. 98, Suidam, Photium v. Λίνον, aliosque titulus scriptus est Ποταμοί. » *E M.*

1.

Schol. Ar. Pluti 1195, de facibus, sub finem comœdiæ in scenam postulatis, post illa quæ in prolegomenis posita :

Ὑμεῖς τε πάντες ἔξιτ' ἐπὶ τὸ Πύθιον,
ὅσοι πάρεστε, μὴ λαβόντες λαμπάδας,
μηδ' ἄλλο μηδὲν ἐχόμενον Φιλυλλίου!

« *Pythium* Strattidis utrum intelligendum sit Apollinis fanum in urbe, an alterum OEnoæ, de quo Philochorus apud schol. Sophoclis OEd. Col. 1041 (ubi v. Reisig.) definire non possum ; illud tamen vero videtur similius. Meminit ejus Pythii Thuc. 2, 15, et 6, 54, ubi v. Duker., et Isæus p. 55, 14. » *Hemsterh.* « De Pythio in urbe prope templum Jovis Olympii, in tripodum, quæ dicebatur, via sito, v. quæ affert Schœmann. ad Isæum p. 311. » *M.*

2.

Photius p. 224, 23, Λίνον λίνῳ * συνάπτεις : ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ διὰ τῶν αὐτῶν (malim διὰ τὰ αὐτὰ) δρώντων. Στρ. ἐν Ποταμίοις. Suidas, Λίνον λίνῳ συνάπτεις : ἐπὶ τῶν τὰ ὅμοια ἐπιμιγνύντων, ἢ παρακρουομένων καὶ ἀπατώντων. Στρ. Ποτ. Id., Οὐ λίνον λίνῳ συνάπτεις : ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ μὴ διὰ τῶν αὐτῶν (scil. δρώντων vel πραττόντων). οὕτω Στρ. ἐν Ποταμίοις. Ita enim editum ἐν Πολιτείᾳ emendavit Hemsterh. ad Plutum p. 471. Schol. Platonis Bekker. p. 369 : παροιμία ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ διὰ τῶν αὐτῶν ἢ λεγόντων, ἢ δρώντων, ἢ τὰ ὅμοια εἰς φιλίαν συναπτόντων. μέμνηται δὲ αὐτῆς Ἀριστοτέλης ἐν τῷ γ' τῆς Φυσικῆς ἀκροάσεως, « οὐ γὰρ λίνον λίνῳ συνάπτειν ἐστί, » καὶ Στρ. Ποτ., καὶ Πλάτων Εὐθυδήμῳ.

3.

Athen. 7, p. 299, B : Στρ. δ' ἐν Ποτ. ἔφη « ἐγχέλεων ἀνεψιός. » « Similiter Plato Euthyd. p. 298, C : καὶ σὺ ἄρα ἀδελφὸς εἶ τῶν κωβιῶν, ubi Strattidis verba comparavit Winkelmannus. » *M.*

XII. ΠΥΤΙΣΟΣ (?).

Schol. Aristoph. Vesp. 1346 : τὸ λεσβίζειν ἐπὶ αἰσχροῦ τάττεται, ἐπειδὴ οἱ Λέσβιοι αἰσχρουργοῦσι τῷ στόματι, μολυνόμενοι.... Στρ. ἐν Τρωΐλῳ (fr. 1)... καὶ ἐν Πυτίσῳ (nomen depravatum. Fortasse titulus fuit Πύτινος, *Lagena :* v. ad Cratini Pytinen, fr. 12. Dindorfio ex *Pausania* vel *Cinesia* corruptum videtur) « Ἐγὼ δ' ἅτ' ἐπίνικος ὀργισθεὶς ἔφη, τῷ στόματι δράσω ταῦθ', ἅπερ τοὶ Λέσβιοι. Sic vulgus librorum, nisi quod carent verbis τοὶ Λέσβιοι quæ addidit Florens Christianus. Venetus ἐγῷδα τοὐπίνικος ὁ. ἔ. τῷ στ. δρ. τοῦθ' ὅπερ τοῦ αἰσχροῦ τάττεται, quorum postrema sic habuisse videntur in autographo ὃ ὑπὲρ τοῦ α. τάττεται. Recte Dind. delevit frustra repetitum. Ceterum Dobræus Adv. 2, p. 204 et Mein. ὅπερ χοὶ Λέσβιοι. Legendum arbitror,

POTAMII.

1.

Vosque omnes exite ad Pythium,
quotquot adestis, nec sumptis facibus,
neque aliis, quæ pertinent ad Phillyllium!

2.

Linum lino connectis.

3.

Anguillarum patruelis.

Ἐγὼ οὐδ' ἄν, οὐπίνικος, ὀργισθεὶς ἔφη,
τῷ στόματι δράσω τοῦθ' ὅπερ γ' οἱ Λέσβιοι.

Ὁ Ἐπίνικος, i. e. ὦ Ἐπίνικε, quod nomen haud infrequens esse ait Mein. Cf. Matth. Gr. § 56, ann., et de hoc usu nominativi § 312, etc. V. 2 Dobr. ὅπερ χοἱ Λ.

XIII. ΤΡΩΙΛΟΣ.

Recte Mein. Hist. crit. Com. p. 233 : » Similis (ac *Medeæ*), ut videtur, *Myrmidonum*, *Philoctetæ*, *Phœnissarum*, *Troili* et *Chrysippi*, fuit ratio. In *Phœnissis* quidem aperte lusit Euripidis fabulam;... nec de Troilo dubitari potest, » etc.

1.

Schol. Aristoph. Vesp. 1346, loco in superiore fragm. exscripto : Στρ. ἐν Τρωίλῳ

Ἤ μήποτ', ὦ παῖ Ζηνός, ἐς ταυτὶ μόλῃς,
ἀλλὰ παραδοὺς τοῖς Λεσβίοις χαίρειν ἔα!

Libri versu 1 ἐς ταὐτὸ μόλῃς. Vereor ut recte Mein. Ἦ μ., ὦ π. Ζ., ἐς ταὐτὸν μ., quorum εἰς ταὐτὸν μολεῖν significare putat συνουσιάζειν, quum sit *convenire*, *congregari*, ut ἔρχεσθαι ἐς ταὐτὸν Lysistr. 1160.

2.

Athen. 3, p. 76, E : τὸ δένδρον ἡ ἀγρία συκῆ, ἐξ ἧς τὰ ἐρινά, ἐρινὸς κατὰ τὸ ἄρρεν λέγεται. Στρ. Τρωίλῳ

— Ἐρινὸν οὖν τιν' αὐτῆς πλησίον
νενόηκας ὄντα;

« Libri Ἔρινον. Schweigh. Ἐρινὸν secundum Arcadium De accent. p. 65, 18 (ἐρινεὸν dicit Homerus, *Both.*). Caprificum intelligere videtur eam, cujus frequens est in rebus Troicis memoria : v. Iliad. 6. 433; 11, 167; 21, 37; 22, 145. » *E M.*

XIV. ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

1.

Athen. 7, p. 327, E : μνημονεύει δὲ τοῦ φάγρου καὶ Στρ. ἐν Λημνομέδᾳ ... καὶ ἐν Φιλοκτήτῃ·

Κᾆτ' εἰς ἀγορὰν ἐλθόντες ἁδροὺς
ὀψωνοῦσιν μεγάλους τε φάγρους,
καὶ κωπάδων ἁπαλῶν τεμάχη
στρογγυλοπλεύρων.

V. 3 libri κωπαΐδων, 4 στρογγυλιπλ., illud correxit Dind., hoc Schweigh.

2.

Pollux 7, 134 : ἀπὸ δὲ τῶν κοπρίων παρὰ τοῖς πλείστοις οἱ βολεῶνες. Στρ. δ' ἐν Φιλ. φησὶν

Οὐδ' ἐν κοπρίᾳ θησαυρὸν ἐκβεβλημένον.

Vulgo οὐδὲν κόπριον. Libri οὐδὲν κοπρία et οὐδ' ἐν κοπρίᾳ. Kuhnius οὐδ' ἐν κοπρίῳ.

XV. ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ.

1.

Athen. 4, p. 160, B : κατὰ τὴν Στράττιδος τοῦ κωμῳδιοποιοῦ Ἰοκάστην, ἥτις ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Φοινίσσαις φησὶ

Παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφόν·
ὅταν φακῆν ἕψητε, μὴ 'πιχεῖν μύρον.

Φακῆν, vox gravissima, ne lateat in thesi, scribamus

φακῆν ὅταν γ' ἕψητε, μὴ 'πιχεῖν μύρον.

Similiter apud Aristotelem De sensu p. 443 Bekk., ubi reliqua sic legendum puto : ἀληθὲς γάρ, ὅπερ Εὐριπίδην σκώπτων εἶπε Στρ., « ὅταν φακῆν ἕψητε, μὴ ἐπιχεῖν μύρον. » οἱ δὲ νῦν μιγνύντες εἰς τὰ πόματα τοιαύτας δυνάμεις βιάζονται τῇ συνηθείᾳ (conjunctione) τὴν ἡδονήν, ὡς ἂν ἐκ δύ' αἰσθήσεων γένηται τὸ ἡδέως ὄν, καὶ οὐκ ἀπὸ μιᾶς. Libri τὴν ἡδ., ἕως ἂν ἐκ δύ' αἰσθ. γ. τὸ ἡδὺ ὡς ἓν καὶ ἀπὸ μιᾶς. « Notum est proverbium Τοὐπὶ τῇ φακῇ μύρον de rebus bonis in re vili consumptis : v. Sopatrum Athenæi l. l. : Ἰθακὸς Ὀδυσσεὺς τοὐπὶ τῇ φακῇ μύρον πάρεστι. Cf. Cic. Ad Att. 1, 19, et Gell. N. A. 13, 27. Veteres unguenta cibis condiendis adhibuisse scimus; nec tamen id ad omnium palatum erat : v. Plut. Vit. Cæsaris cap. 17. » *M.* Euripidis locus,

---

PYTISUS (?).

Ego nequaquam, o Epinice, inquit iratus,
ore id faciam, quod quidem Lesbii.

TROILUS.

1.

Ne certe, o fili Jovis, ad ista devenias,
sed Lesbiis permissa valere jube.

2.

— Caprificumne igitur quandam prope illam
animadvertisti stantem?

PHILOCTETES.

1.

Deinde in forum profecti vegetos
opsonant magnosque phagros,
et Copaicarum (anguillarum) rotundis lateribus
tenera salsamenta.

2.

Neque in stercora ejectum thesaurum.

PHOENISSÆ.

1.

Sapienter admonere vos aliquid volo :
ne misceant unguenta, qui lentem coquunt. GROT.

quem parodia lusit Str., est Phœn. 470, sive 426 nostræ ed.

2.

Pollux 9, 123; ἡ δὲ Ἔξεχ', ὦ φίλ' ἥλιε, παιδιὰ κρότον ἔχει τῶν παίδων σὺν τῷ ἐπιβοήματι τούτῳ, ὁπότ' ἂν νέφος ἐπιδράμῃ τὸν θεόν. ὅθεν καὶ Στρ. ἐν ταῖς Φοιν.

Εἶθ' ἥλιος μὲν πείθεται τοῖς παιδίοις,
ὅταν λέγωσιν « Ἔξεχ', ὦ φίλ' ἥλιε! »

Adde Zonaras s. v. Ἐξέχειν. « Haud dubie Iocastæ verba, quam Euripides Phœn. 556 (512) hæc Eteocli dicentem inducit Εἶθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς, etc. De ludo illo puerorum v. Æl. Dionysius apud Eustathium ad Il. 11, 733, p. 881, 40, et Leopardi Emend. 7, 4. » *E M.*

3.

Athen. 14, p. 621, F : ὅτι δὲ καινουργοῦσι κατὰ τὰς φωνὰς οἱ Θηβαῖοι, Στρ. ἐπιδείκνυσιν ἐν Φοιν. διὰ τούτων·

Ξυνίετ' οὐδὲν, πᾶσα Θηβαίων πόλις,
οὐδέν ποτ' ἄλλ'· οἳ πρῶτα μὲν τὴν σηπίαν
ὀπισθοτίλαν, ὡς λέγουσ', ὀνομάζετε,
τὸν ἀλεκτρυόνα δ' ὀρτάλιχον, ἰατρὸν δὲ τὸν
σάκταν, βλέφυραν τὴν γέφυραν, τῦκα δὲ
τὰ σῦκα, κωτιλάδας δὲ τὰς χελιδόνας,
τὴν ἔνθεσιν δ' ἄκολον, τὸ γελᾶν δὲ κριδδέμεν,
νεασπάτωτον δ', ἤν τι νεοκάττυτον ᾖ.

Partem horum ex Athenæo apposuit Eust. ad Odyss. p. 1818, 2. V. 3 vulgo ὀπισθοτίλαν. Photius Ὀπισθοτεῖλαν (sic) : τὴν σηπίαν οἱ Βοιώτιοι, ὄπισθεν ἀποτιλῶσαν. Hesych. Ὀπισθοτίλα : σηπία. Ibid. λέγουσιν. V. 4 libri perverse ὀρτ., τὸν ἰατρὸν δὲ σάκταν. Articulum extremo versu habes etiam Aristoph. Eccles. 451. Σάκταν Eust. interpretatur *saginatorem*, ἀπὸ τοῦ σάττειν. Meinek. ἰατρὸν δὲ δὴ σ., Lobeckius ὀρταλιδέα, τὸν ἰατρὸν αὖ σ. V. 5 Mein. pro arbitrio βέφυραν. VL. φλέφυραν. V. 7 δὲ κριδδέμεν Valck. Epist. ad Rœv. p. 76; vulgo δ' ἐκκριδέμεν. Codd. fere δὲ ἐκκριδαίωμεν. V. 8 νεοκ. ᾖ Schweigh.; νεοκαττυτόνη cod. A, νεοκάττυτον VL. « Initio frustra Casaub. νεοσπάτωτον : v. Lobeck. ad Phryn. p. 661. Ceterum quod Athenæus Thebanos translatis illis vocabulis nonnisi novando studuisse accusat, satis redarguit Lobeckius Aglaoph. p. 848. » *E M.*

4.

Erotianus Lex. Hippocr. p. 244, Λεβηρίδος : ὑμενώδους ἀποσύρματος, ὅπερ ἐστὶ τὸ τῶν ὄφεων λεγόμενον γῆρας, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀμφιαράῳ (fr. 10) καὶ Στρ. ἐν Φοιν. Hesych. Γυμνότερος λεβηρίδος : Ἀριστοφ. φησὶ « Τυφλότερος λεβηρίδος. » « Eodem vel simili proverbio Str. usus fuerit. Athen. 8, p. 362, B :

Σαυτὸν δ' ἀποφαίνεις κενότερον λεβηρίδος.

Adde interpp. Alciphronis 3, 19. » *E M.*

5.

Pollux 10, 183 : δεσμῷ δ' ἂν ἐοίκοιεν αἱ στραγγαλίδες, Στράττιδος ἐν Φοιν. εἰπόντος « Οὐδὲ σχοινία, οὐδὲ στραγγαλίδες εἰσί. » Meinek. scribendum conjicit Οὐ σχοινί', οὐδὲ στρ. εἰσίν. Immo facilioribus numeris :

— Οὐδὲ σχοινί' ἂν τάδ', οὐδὲ δὴ
στραγγαλίδες εἰσίν.

6.

Athen. 15, p. 699, E : μνημονεύει τῶν γραβίων χο * * * ἐν Φοινίσσαις. « Schweigh. καὶ Στράττις ἐν Φοιν. At Phœnissas (comœdiam) docuit etiam Aristophanes. » *E M.*

XVI. ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ.

1.

Athen. 4, p. 169, A : τὸ μὲν ἀσώτιον ἔχεις παρὰ Στράττιδι ἐν Χρυσίππῳ λέγοντι οὕτως·

Εἰ μηδὲ χέσαι γ' αὐτῷ σχολὴ γενήσεται,
μηδ' εἰς ἀσώτιον τραπέσθαι, μηδ', ἐὰν
* αὐτῷ ξυναντᾷ τις, λαλῆσαι μηδενί.

Versu 2 Mein. ἀσωτεῖον scripsit secundum Phrynichum Bekker. p. 24, 29, Ἀσωτεῖον : σημαίνει

2.
Denique sol paret pueris,
quando dicunt « Prodi, amice sol! »

3.
Nihil novistis, tota Thebanorum civitas,
nihil unquam aliud, qui primum quidem sepiam
ὀπισθοτίλαν, ut aiunt, appelletis,
et gallum ὀρτάλιχον, medicum vero
σάκταν, γέφυραν (pontem) βλέφυραν. et σῦκα (ficus)
τῦκα, hirundines κωτιλάδας,
buccam ἄκολον, risumque κριδδέμεν,
et νεασπάτωτον, si quid nuper consutum est.

5.
Neque restes *hæc*, nec saue
funes sunt.

CHRYSIPPUS.

1.
Si neque ut cacet otium erit ei,
neque ut ad cauponam divertat; neque si
sic occurrit quisquam, ut cum ullo colloquatur.

τὸν τόπον, ἔνθα οἱ ἄσωτοι διατρίβουσιν. Sed paulo durius ita est metrum. Fortasse τι excidit, præsertim ante τ- (ἀσώτιόν τι τρ.). Ibid. μηδ' ἐὰν Dindorf. pro μηδέ γ' ἂν vel μὴ δ' ἄν, quod libri præbent. V. 3 αὐτῷ moleste repetitur, vixque dubito quin legendum sit αὔτως, *sic*, i. e. forte, nec data opera, aut consueto loco, ἀσωτίῳ τινί. Ita etiam Odyss. 4, 177, et alias erratum est.

2.

Pollux 10, 55 : ἀγωγεύς· ὁ γοῦν Στρ. ἐν Χρ. λέγει

— Πρόσαγε τὸν πῶλον ἀτρέμα προσλαβὼν
τὸν ἀγωγέα βραχύτερον! οὐχ ὁρᾷς ὅτι
ἄβολος ἔτ' ἐστί;

V. 3 ἔτ' additum a Mein. « Respicit hæc Phrynichus Præp. sophist. p. 22, 21, Ἀγωγεύς : ὁ ἱμὰς τῶν κυνηγετικῶν κυνῶν. ... Στρ. δὲ τὸν ἵππου ἱμάντα, ᾧ ἐφέλκεται καὶ ἐπάγεται, ἀγωγέα λέγει. » *E M.*

3.

Schol. Hippocr. ap. Daremb. *Extraits des manuscrits medicaux*, 1, p. 216 : μέμνηται (τῶν χοχωνῶν) καὶ Στρ. ἐν Χρ.

XVII. ΨΥΧΑΣΤΑΙ.

« Probabiliter Casaub. ad Athen. 7, p. 327, vertit *Frigus captantes*, titulumque aperiri existimat verbis Pollucis 10, 127 : Στρ. ἐν Ψυχασταῖς, προειπὼν « ῥιπίδα, » ἐπήγαγε « σκιάδιον. » Aptius etiam utaris loco Photii p. 656, 16, Ψυχάζουσι : πρὸς τὸ ψῦχος καὶ τὸ πνεῦμα διατρίβουσιν, ἵνα ἀναψυχήν τινα λάβωσιν. Similiter Lobeckius Aglaoph. p. 1038, homines quosdam voluptuosos, in locis amœnis otiari et luxuriari solitos, poetam perstrinxisse putans. » *E M.* V. dicenda ad fr. 3.

1.

Athen. 3, p. 124, D : ὅτι δὲ καὶ τὸν οἶνον ἔψυχον ὑπὲρ τοῦ ψυχρότερον αὐτὸν πίνειν, Στρ. φησὶν ἐν Ψ.,

— Οἶνον γὰρ πιεῖν
οὐδ' ἂν εἷς δέξαιτο θερμόν, ἀλλὰ πολὺ τοὐναντίον
ψυχόμενον ἐν τῷ φρέατί γ', ἢ χιόνι μεμιγμένον.

Versu 3 libri φρέατι χιόνι μεμ. Porson. et Mein. φρέατι καὶ χ. μ., sed alterutro modo vinum refrigerandi illos uti satis fuit, facileque γ' ἢ exciderit ante χι-.

2.

Idem 9, p. 373, F : τὸν (?) δ' ἀλεκτρυόνα οἱ ἀρχαῖοι καὶ θηλυκῶς εἰρήκασιν ... Στρ. Ψ.

Αἱ δ' ἀλεκτρυόνες ἅπασαι
καὶ τὰ χοιρίδια τέθνηκε,
καὶ τὰ μίκρ' ὀρνίθια.

Ex Athenæo Eust. locum apposuit ad Od. p. 1479. Cf. Theopompus Pace fr. 3, ubi v. ann.

3.

Idem 11, p. 502, E, de poculo ψυκτὴρ dicto agens : Στρ. Ψυχ.

Ὁ δέ τις ψυκτῆρ', ὁ δέ τις κύαθον
χαλκοῦν κλέψας ἀπορῶν κεῖται,
κοτύλῃ δ' ἀνὰ χοίνικα μάττει.

Versu 3 vulgo κοτυλίδ', cod. B. κοτύλῃ δ'. Recte Dobræus Adv. 2, p. 335, κοτύλῃ hoc sensu : *præ inopia* (ἀπορῶν) *mensuram vini sui adeo contrahit, ut pro quoque* (olim) *chœnice* (nunc) *tantum cotylen ponat.* Ex his apparet, non voluptuosos hic dici et viros honestos, qui otiose luxurientur, sed homines pauperrimos, qui, furto ablatis venditisque psycteribus et poculis cupreis, alicubi in tuto jacentes, paulum vini bibunt pro majore ejus copia, qua pridem florentibus rebus genio indulgere consueverant.

4.

Idem 12, p. 551, C, commemorato Aristophanis loco, in quo Sannyrio, Meletus et Cinesias propter macilentiam ridentur : περὶ δὲ τοῦ Σαννυρίωνος καὶ Στρ. ἐν Ψ. φησι

Σαννυρίωνος σκυτίνην ἐπικουρίαν.

περὶ δὲ Μελήτου αὐτὸς ὁ Σαννυρίων ἐν Γέλωτι λέγει

2.

Adduc pullum placide, adhibito
loro breviore! nonne vides,
adhuc primos ei dentes non cecidisse?

FRIGUS CAPTANTES.

1.

Vinum enim bibere
calidum nemo sustinuerit, sed prorsus contrario
refrigeratum in puteo quidem, vel nivi mixtum.

2.

Gallinæ autem omnes
et porculi perierunt,
et parvæ aviculæ.

3.

Alter autem quidam psycterem, alter poculum
cupreum furatus inopia jacet,
cyathoque luit chœnicem.

4.

Sannyrionis coriaceum auxilium.

τούτως « Μέλητον, τὸν ἀπὸ Ληναίου νεκρόν. » Non male Dalecampius σκυτίνην ἐπικουρίαν intelligit coriaceum thoracem, quo Sannyrio pectus circumdederit, ut firmior esset truncus corporis. Longe alio sensu Aristoph. dixit σκυτίνην ἐπικουρίαν Lysistr. 110. Uterque autem alludit ad proverbium συκίνη ἐπικουρία, quo inutile auxilium significabatur : σύκινον enim dicebant quidquid debile esset et ad usum inhabile. Conf. Ar. Pluti 942.

5.

Pollux 10, 101 : καὶ μὴν ἐσχάραν εἴποις ἂν τὸ ἀνθράκιον τοῦτο, καὶ ἐσχάριον, καί που καὶ ἐσχαρίδα. ὁ δὲ Στρ. ἐν Ψ. ἔφη « Πῶς ἂν κομίσειέ μοί τις θυμαλώπων ὧδε μεστὴν ἐσχάραν. » Scripserim, ἂν intellecto (qua de re v. Herm. ad Viger. p. 818, Matth. Gr. § 514, ann.)

Πῶς θυμαλώπων ὧδε μεστὴν ἐσχάραν
κομίσειέ μοί τις.

In codicibus tamen quum nec πῶς ἂν nec τις videatur exstare, Meinek. malit :

— Κομίσειέ μοι
(τάχα) θυμαλώπων ὧδε μεστὴν ἐσχάραν.

6.

Idem ib. 127 : θολία πλέγμα τι θολοειδὲς ἐπὶ σκιᾷ, καὶ ῥιπίς, καὶ σκιάδιον, ὃ καὶ σκιάδα ἂν εἴποις : οὕτω γὰρ καὶ τὸ Διονύσου σκιάδιον καλεῖται καὶ πτερὸν δὲ τὸ σκιάδιον οἱ κωμῳδιοποιοὶ καλοῦσιν· ὁ δὲ Στρ. προειπὼν ῥιπίδα ἐπήγαγε εἶτε σκιάδιον. Immo εἶτε σκιάδειον, ut ap. Aristoph. Eq. 1236, Av. 1393, 1435. « De umbraculis illis docte disseruit Valck. ad Adoniaz. p. 342, C. Fallitur haud dubie Pollux, ῥιπίς et σκιάδιον de eodem instrumento dici ratus; nec πτερὸν umbraculum esse credo, sed potius ῥιπίδα, flabellum. Utrumque conjunxit etiam Dionysius Halicarn. Antiq. 7, 9, παιδαγωγοὶ γυναῖκες, σκιάδια καὶ ῥιπίδας κομίζουσαι. Cf. Eurip. Or. 1427, Achæus Athen. 15, p. 690, B, Jacobs. ad Brunckii An. 2, 3, p. 70. » *E M.*

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Athen. 2, p. 68, F : θριδακινίδας δ' εἴρηκε Στρ.

Πρασοκουρίδες, αἳ καταφύλλους ἀνὰ κήπους
πεντήκοντ' ἴχνεσι βαίνετ' ἐφαπτόμεναι
ποδῶν, σατυριδίων μακροκέρκων χοροὺς
ἑλίσσουσαι παρ' ὠκίμων
πέταλα, καὶ θριδακινίδων, εὐόσμων τε σελίνων!

Versu 1 libri κατ' εὐφύλλους. Recte Mein., auctore Valck. Diatr. Eurip. p. 231, καταφύλλους. V. 2 et 3 libri πεντήκοντα ποδῶν ἴχνεσι β. ἐφ'. ποδοῖν, cum dittographia. « Quæ commemorantur σατυρίδια, dubito utrum *satyriscos*, ut existimabam Hist. crit. Com. p. 236, an caudatorum animalculorum genus intelligam. » *E M.* Sane cercopitheci intelligendi sunt, quos crucæ imitatæ hortos floresque permigrare dicuntur. — Horum versuum præter primum, cui similes numeros habet Aristoph. Avium 430, et ultimum priapeum, omnes sunt asynarteti minus frequentes, 1. compositus ex 2 anapæstis hypercat. (ᴗᴗ–ᴗᴗ–|ᴗᴗ); 2. e dochmio et dactylo d. h. (ᴗ––ᴗ–|–ᴗᴗ–ᴗᴗ–); 3. dochmiacus; 4. antispastus iambo junctus (ᴗ––ᴗ|ᴗ–ᴗ–).

2.

Schol. Aristoph. Ran. 303, de Hegelocho histrione : τοῦτον δὲ καὶ ὡς ἀτερπῆ τὴν φωνὴν Πλάτων σκώπτει. καὶ Στρ. « Ποῖ ποῖ πρὸς θεῶν, ποῖ * ποῖ γαλῆν; γαληνά, ἐγὼ δὲ ᾤμην σε γαλῆν λέγειν ὁρῶ. ». Nimirum γαληνά, *tranquilla*, placidum mare : γαλῆν, *felem*. Cf. schol. Eur. Orest. 269, qui priora usque ad γαληνά. Scribamus immissis personis colloquentibus :

— α. Ποῖ, ποῖ πρὸς θεῶν, ποῖ μοι γαλῆν;
β. Γαλήν' ἔγωγ' ᾤμην, σὲ δ' ὁρῶ γαλῆν λέγειν.

Literæ μ et π, itemque γ et δ, sæpius inter se permutatæ. Meinek. ceteris præposuit Γαλῆν ὁρῶ.

3.

Athen. 1, p. 30, F : Στρ. δὲ τὸν Σκιάθιον ἐπαινεῖ,

Οἶνος * κοχκύζει τοῖς ὁδοιπόροις πιεῖν
μέλας Σκιάθιος, ἴσον ἴσῳ κεκραμένος.

5.

Utinam quis tam plenam titionum craticulam
apportet mihi.

EX INCERTIS FABULIS.

Erucæ, quæ in frondosis hortis,
quinquaginta vestigiis pedum insistentes,
gradimini, satyrorum longis caudis choros
torquentes inter ocimorum
folia, et lactucarum, et suaveolentium apiorum!

2.

a. Quo, quo, per deos, quo mihi γαλῆν?
b. Γαληνὰ ego putabam, te autem video dicere γαλῆν.

3.

Vinum ebullit viatoribus bibendum
nigrum Sciathium, par pari temperatum.

Quibus repetitis Eustathius ad Od. p. 1770, 12, inepte addit : τὸ δὲ κοκκύζειν κωμικῶς ἀντὶ τοῦ ᾄδειν, ἀπὸ τοῦ κόκκυγος. Ne versum quidem intrare potest κοκκύζει, nec dubito, quin verum viderit Mein. « Str. videtur usus esse verbo κοχύζειν, quod, ut cognatum κοχυδεῖν, proprie argutum ebullientis liquoris sonitum exprimit. Hesychius 2, p. 335, ex incerto poeta affert κόχυ δ' ἔρρει, idque interpretatur μετὰ ψόφου καὶ λάβρως. Ab illo factitio κόχυ (κοχύ) recte formatur κοχύζειν, ut a γρῦ γρύζειν, a βρῦ βρύζειν, a τιτὶ τιτίζειν. » *E M.* Scribe igitur κοχύζει.

4.

Pollux 3, 146 : τὸ δὲ προεκπηδᾶν προανίστασθαι Στρ. εἶπε

Τί * ὅτι, ὥσπερ οἱ σταδιοδρόμοι, προανίστασαι;

Scribamus Τί σύ, ὥσπερ, etc. Meinek. conjicit τί ποθ' ὥσπ. Σταδ., *cursores;* v. Plautus Pœn. 3, 1, 43, Trin. 4, 3, 16. Lyssa Eur. Herc. fur. 775 : οἷ' ἐγὼ σταδιοδραμοῦμαι στέρνον εἰς Ἡρακλέος.

5.

Idem 2, 172 : τὸ διαβαίνειν οἱ ποιηταὶ ἀμφιπλίσσειν λέγουσι, καὶ τὸ περιβάδην ἀμφιπλίξ. ... διὸ καὶ Στρ.

— Τὰ θυγάτρια
περὶ τὴν λεκάνην ἅπαντα περιπεπλιγμένα·

τουτέστι διεσχόντα τὰ σκέλη. Ita Camerarius pro περιπεπληγμένα. Hesych. Περιπεπλίχθαι : διηλλαχέναι τὰ σκέλη ἀσχημόνως.

6.

Etym. M. p. 803, 47 : Φώζειν σὺν τῷ ι σημαίνει τὸ * καίεσθαι. Στρ.

Ἀλλ' εἰ μέλλεις φώζειν ἀνδρείως, ὥσπερ μύστακα, σαυτόν.

Recte Toupius Emend. 3, p. 193, καίειν pro καίεσθαι Zonaras Lex. p. 1838, Φώζω : σὺν τῷ ι, τὸ καίω. (Minus recte libri φ. : τὸ καίω, σὺν τῷ ι.) Στρ. « Ἀλλ' εἰ μ. ἀνδρ. φ. » Etym. M. : Ἀ. εἰ μ. ἀνδρ. φ. ὥ. μ. σεαυτόν. Bene Porsonus Append. ad Toup. Emend. p. 506, et alii, σαυτόν : sed frustra invehunt εὖ κἀνδρείως, ut Ar. Thesm. 623, etc. Ἀνδρείως posui post φώζειν.

7.

Hesych. Κολεκάνοι : τοῦτο ἐπὶ μήκους σὺν λεπτότητι ἐτάσσετο. (Idem alio loco Κολοκάνοι : εὐμήκεις καὶ λεπτοί.) Στρ. ἐν τῷ φορτικῷ δραματίῳ « * τοὺς τί οὐκ ἄξει τις ἔξω τὴν ἀποῦσαν μητέρα τῶν διδύμων * κολέκαν λέγων. » Admittenda videtur vox κολέκανος sive κολόκανος, ut ἅπαξ λεγομένη, quamvis inusitata, ægreque explicanda e græco; neque inepte scripseris, etiam versibus restitutis,

— Τοῖς τί οὐκ
ἄξει τις ἔξω τὴν ἀποῦσαν μητέρα;
τὴν κολεκάνην διδύμων λέγω,

scil. μητέρα. V. 1 Τοῖς pro τούτοις. Ridicule proceram gracilemque, non crassam, dicit geminorum matrem.

8.

Idem, Βοῦς ἐμβαίνει μέγας : Στρ. εἶπε παρὰ τὴν παροιμίαν « βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ. » Non male Mein. suadet ἐπεμβαίνει, quod præsertim exeunti aptum est senario.

9.

Idem : * Κάλχας : Στρ. τὸν ποταμόν φησιν, ὅς ἐστι τῆς Χαλκίδος. Immo, nisi magnopere fallor, leg. Χάλκις, et τῆς Χαλκηδόνος. Stephanus Byzant. p. 750 : ἐκλήθη δὲ (ἡ Χαλκηδὼν) ἀπὸ Χάλκιδος τοῦ παρακειμένου ποταμοῦ, ὡς οἱ ἱστορικοὶ ἅπαντές φασι. Meinek. Κάλχις aut Καλχηδών, coll. Arriano ap. Eust. ad Dionys. 803.

10.

Phrynichus Epit. p. 526, Γελάσιμον : Στράττιν μέν φασι τὸν κωμῳδιοποιὸν εἰρηκέναι τοὔνομα· ubi v. Lobeckium. Parum est εἰρηκέναι. Ponamus εὑρηκέναι. Strattidis hoc inventum fuit, quum exstaret vox γελοῖος. Nota est Plauti persona in Sticho Gelasimus.

11.

Zenobius 2, 93, Γαλῇ χιτώνιον : ὁμοία ἡ παροιμία αὕτη τῇ « οὐ γαλῇ πρέπει κροκωτόν. » ἐπειδὴ γαλῆ, κατὰ πρόνοιαν Ἀφροδίτης γυνὴ γενο-

---

4.

Quid tu, velut cursores, procedis?

5.

Parvulis filiabus
patinæ omnibus circumpositis.

6.

Sed si fortiter te ipsum urere vis, tanquam mystacem.

7.

Hisce quidni
aliquis adducet foris absentem matrem?
proceram geminorum dico.

8.

Bos incedit magnus.

11.

Feli tuniculam.

μένη, ἐν χιτῶνι κροκωτῷ οὖσα, ἐπέδραμε μυί. μέμνηται ταύτης Στρ.

12.

Idem 5, 35, Ὁ σκνὶψ ἐν χώρᾳ : ἐπὶ τῶν ταχέως μεταπηδώντων ἡ παροιμία εἴρηται. σκνὶψ γάρ ἐστι θηρίδιον ξυλοφάγον, ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μεταπηδῶν. (*Culex* Gazæ ap. Aristot.) μέμνηται ταύτης Στρ. Eodem sensu Photius p. 522, Ὁ σκνὶψ ἐκ χώρας. Idem est κνίψ.

13.

Suidas, Δυσόμοια : ἀνόμοια. Στρ.

14.

Idem et gramm. Bekkeri p. 421, 14, Ἀπεμυθήσω : ἀντὶ τοῦ ἀπελογήσω. Στρ.

15.

Pollux 2, 184 : καὶ λισπόπυγοι (de his v. ad Platonis Incert. 2), ἐφ' ᾧ μάλιστα Ἀθηναῖοι κωμῳδοῦνται. τὴν δὲ οὕτως ἔχουσαν διάτραμιν Στρ. ὠνόμασε. Hesych. Διάτραμις : διερρωγὼς τὸν τράμιν, τὸν ἀπὸ ὀσχέου ἐπὶ τὰ ἰσχία τόπον. Scribamus διερρ. τὴν τράμιν, τὴν ἀπὸ ὀ. ἐπὶ τὰ ἰ., deleto glossemate τόπον.

16.

Idem 3, 27 : ὀνομάζεται δὲ καὶ παρὰ Στράττιδι ἡ πρόγονος. Bekker. edidit ἡ προγονός, oxytone.

17.

Idem 6, 156 : Στρ. τοὺς ὁμήλικας εἴρηκεν ὁμοπτέρους.

18.

Photius p. 609, 11, Τρῶγες : θηρία τὰ ἐν τοῖς ὀσπρίοις. οὕτω Στρ.

19.

Idem p. 214, 3, Λελεπασμένον : πεπεμμένον· οὕτω Στρ. Hesych. Λελεπασμένον : εἰς πέψιν ἧκον. « Itaque λεπάζειν idem, quod πέπτειν? *M.*

20.

Antiatt. p. 85, 7, Βιβάζειν : τὸ ὀχεύειν. Ἀλκαῖος δ' ἐν Καλλιστοῖ ἐπ' ἀνθρώπου ἔφη. βαίνων (« fort. βαίνειν. » *M.*) ἐπὶ ταὐτοῦ. ἐκβῆσαι δέ φασι δεῖν λέγειν καὶ καταβῆσαι, οὐκ ἐκβιβάσαι (καὶ καταβιβάσαι supplendum esse vidit Meineck.). Στράττις.

XXVII.

THEOPOMPUS.

« Theopompus, Atheniensis, apud Zonaram p. 210, et in codicibus passim scriptus Θεόπεμπτος, errore etiam in historici nomine satis obvio. Suidas : Θεόπομπος, Θεοδέκτου ἢ Θεοδώρου, Ἀθηναῖος, κωμικὸς, ἐδίδαξε δράματα κδ΄. ἐστὶ δὲ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας κατ' Ἀριστοφάνην. δράματα δὲ αὐτοῦ εἰσὶ (ἐστι) καὶ ἄλλα πολλά. Verba ἢ Θεοδώρου omisit Eudocia p. 232. Fabricius Bibl. Gr. 2, p. 501, Theodorum dicit Tragicum, cogitans fortasse de Theodoro, Alexandri Pheræi æquali (v. Diog. Laert. 2, 8), qui Theopompi pater esse non potuit. Nec de Theodecte certa res est, et pro eo Tisamenum nominat Ælianus in opere De providentia ap. Suidam l. c. Hic quidem quod Theopompum Aristophanis æqualem dicit, sane in dramate inscripto Παῖδες, apud schol. Avium 1568, perstrinxit Læspodiam, quem maxime olymp. 91 et 92 (416-411 ante Chr. nat.) inclaruisse constat e Thuc. 6, 105, et 8, 86. Magis tamen extrema Comici tempora spectasse Suidam, quum aliis argumentis intelligitur, tum id indicant dramatum, quæ Th. docuit, tituli magnam partem ejusmodi, ut potius mediæ quam veteris comœdiæ fabulis convenire videantur. Ex hoc genere est illud quod in Ἡδυχάρει Platonis philosophi Phædonem ridet apud Diog. Laert. 3, 26, et in *Nemea* Athen. 11, p. 470, F, mentio Thericleorum poculorum, quæ a mediæ demum comœdiæ poetis commemorantur. Immo, nisi prorsus fallit sententia, Th. ultra olymp. 100 (379-376 ante Chr. nat.) vixisse et fabulas docuisse censendus est : v. ann. ad Μῆδον. » *E M.* Fabulæ septendecim Theopompo tribuuntur ab Anonymo De com. p. XVII; a Suida vero et Eudocia, quattuor et viginti. Viginti modo titulos invenit Meinek., docta crisi de iis disserens Hist. cr. Com. p. 238-244.

I. ΑΔΜΗΤΟΣ.

Athen. 15, p. 690, A : μνημονεύει δὲ τοῦ μυροπώλου τούτου, τοῦ Πέρωνος, καὶ Θεόπομπος ἐν Ἀδμήτῳ καὶ Ἡδυχάρει (fr. 4). « De Perone unguentario cf. Anaxandridis Protes. 2. Ex serioribus igitur poetæ fabulis fuerit Admetus. De alio fragmento, quod huc retulerunt, v. ann. ad fab. incert. 6. » *E M.*

II. ΑΛΘΑΙΑ.

« In hoc dramate risit Telestem, poetam dithyrambicum, qui floruit olymp. 95 (399 — 396 ante Chr. nat.), teste Diodoro Siculo 14, 46 : ἤκμασαν δὲ κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν οἱ ἐπισημότατοι

διθυραμβοποιοὶ Φιλόξενος Κυθήριος, Τιμόθεος Μιλήσιος, Τελέστης Σελινούντιος, Πολύειδος, ὃς καὶ ζωγραφικῆς καὶ μουσικῆς εἶχεν ἐμπειρίαν. Tzetzes ad Lycophr. Cass. 879 : Πολύϊδος (Vit. Πολύειδος), ὁ διθυραμβοποιὸς, τὸν Ἄτλαντα ποιμένα Λίβυν φησὶν, οὐ μαθηματικόν. (Transcripsit hæc Etymologus p. 104, 20.) Laudatur etiam a Plutarcho Moral. p. 1138, B, et, annotante Wesselingio, ab Aristotele Poet. 10, 9; 17, 6. Fortasse idem est, quem Photius in poetis a Stobæo adhibitis recenset, Πολυείδην dicens, cod. 167, p. 374. » *E M.*

1.

Pollux 10, 180 : κίσται οὐ μόνον ὀψοφόροι, οὐδὲ ἄλλως ἀγγεῖα εἰς ἐσθήτων ἀπόθεσιν, ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν φαρμακοπωλῶν ἂν καλοῖντο,... ὥσπερ που καὶ Θ. ἐν Ἀλθαίᾳ

Τὴν οἰκίαν γὰρ εὗρον εἰσελθὼν ὅλην
κίστην γεγονυῖαν φαρμακοπώλου Μεγαρικοῦ.

Μεγαρικοῦ intelligas *mali* : διεβάλλοντο γὰρ ἐπὶ πονηρίᾳ οἱ Μεγαρεῖς, ἄλλα μὲν λέγοντες, ἄλλα δὲ ποιοῦντες, inquit schol. ad Aristoph. Acharn. 693. Ædes Althææ videtur dicere, magicis ejus artibus, quibus Meleager filius periit, infectas.

2.

Athen. 11, p. 501, F, verba faciens de poculo μεσόμφαλος dicto : Ἴων δ' ἐν Ὀμφάλῃ « Ἴτ', ἐκφορεῖτε, παρθένοι, | κύπελλα καὶ μεσομφάλους. » καὶ Θ. δ' ἐν Ἀλθαίᾳ

Λαβοῦσα πλήρη χρυσέαν μεσόμφαλον
φιάλην· Τελέστης δ' ἄκατον ὠνόμαζέ νιν.

ὡς τοῦ Τελέστου ἄκατον (mendose libri ἄκρατον) φιάλην ὀνομάζοντος. Versu 1 χρυσέαν pro χρυσέων Piersonus ad Mœr. p. 413. Althæam dici putat Mein. V. 2 libri ἄκρατον ὠνόμαζεν ἵν', quæ correxit Pors. ad Medeam p. 34 ed. Lips. Bekkeri gramm. Anecd. p. 371, 5, Ἄκατος : φιάλη, διὰ τὸ ἐοικέναι στρογγύλῳ πλοίῳ. οὕτω Θ.

III. ΑΦΡΟΔΙΣΙΑ.

« Quam Ἀφροδίτην Athen. 7, p. 324, B, eam schol. Aristoph. Pluti 179 rectius appellat Ἀφροδίσια. Cf. Schweigh. ad Athen. 10, p. 449, B. De Aphrodisiorum festo, a meretricibus inprimis celebrato, Bathonis versus ex Athen. 13, p. 579, E, et Plauti Pœn. 1, 1, 62; 2, 44; 3, 5, 13; 4, 3, 14, adscripsit Koppiers. Observ. philol. p. 33.

1.

Schol. Aristoph. Pluti 179, de Philonide : κωμῳδεῖται δὲ ὡς εὔπορος, καὶ ὡς μέγας τῷ σώματι καὶ ἠλίθιος. Νικοχάρης Γαλατείᾳ (fr. 1). περὶ δὲ τοῦ μεγέθους Φιλύλλιός φησι (fr. 5),... καὶ Πλάτων δὲ Λαΐῳ (fr. 2) [φησὶ], καὶ Θ. Ἀφροδισίοις

Ὄνος μὲν ὀγκᾶθ' ὁ Μελιτεὺς Φιλωνίδης,
ὄνῳ μιγείσης μητρὸς (ὃς) ἔβλαστεν πόλει.

Libri Φιλωνίδης· ὄνῳ μ. μητρὸς ἔβλαστε τῇ πόλει. Mein. μητρὸς ἔβλαστεν πόλει. Absolvimus emendationem immittendo pronomine, quod hauserit -ὸς syllaba prægressa. Minus verosimiliter Bergkius Commentt. p. 400, ὃς ὄνῳ μιγ. etc. In duo fragmenta distinxit Mein.

2.

Athen. 7, p. 324, B, de sepia disserens : Θ. Ἀφροδίτῃ (sic).

— Ἀλλ' ἔντραγε
τὴν σηπίαν τηνδὶ λαβοῦσα, καὶ τοδὶ
τὸ πουλυπόδιον.

V. 3 libri solito errore πουλυπόδειον, quæ forma si usitata fuit, quidni Th. scripsisset τὸ πολυπόδειον? Sepiis et polypis generatim significatur cibus pro lauto habitus : v. ann. ad Aristoph. Eccles. 552, Acharn. 974.

IV. ΕΙΡΗΝΗ.

« Hac fabula, Aristophanis exemplo in cognomini dramate, poeta pacem commendasse civibus videtur. Huc referas etiam fragm. incert. 13. » *E M.*

1.

Pollux 10, 118 : τὸ δὲ ὀβελισκολύχνιον στρατιωτικὸν μέν τι (male libri μέντοι) χρῆμα, εἴρηται δὲ ὑπὸ Θεοπόμπου τοῦ κωμικοῦ ἐν Εἰρήνῃ

Ἡμᾶς δ' ἀπαλλαχθέντας ἐπ' ἀγαθαῖς τύχαις
ὀβελισκολυχνίου καὶ ξιφομαχαίρας πικρᾶς.

ALTHÆA.

1.

Domum enim reperi ingressus omnem
cistam pharmacopolæ factam Megarici.

2.

Quum plenam auream sumpsisset μεσόμφαλον
phialam; Telestes vero ἄκατον eam appellabat.

VENERALIA.

1.

Asinus quidem rudit Melitensis Philonides,
qui matre cum asino mixta effloruit civitati.

2.

— At vora
hanc sepiam acceptam, et hoc
polypodium.

PAX.

1.

Nos autem levatos bona fortuna
obeliscolychnio et acerba xiphomachæra.

« Versu 1 codd. fere ἐν ἀγ. τ. (ν et π confusa, ut Thuc. 6, 2, etc. *Both.*). Dicta hæc fuerint ab aliquo, qui spem pacis animo conceperat. V. 2 iterum memorat Pollux 6, 103 : τὸ δὲ παρὰ Θ. τῷ κωμικῷ ὀβελισκολύχνιον, τὸ μὲν σκεῦος ἦν στρατιωτικὸν, τὸ δὲ ὄνομα ὑπομόχθηρον. Respicit et Athen. 15, p. 700, E, ex eoque Eust. p. 1571, 22. » *E M.* Ὀβελισκολύχνιον quid sit, vidit Schneiderus in Lexico; non item, quid ξιφομάχαιρα, i. e. *gladius*, qui simul pro *cultro* adhibebatur (cf. Καπηλ. fr. 2), sicut ὀβελ. veru et lumen conjungebat : v. Hymn. in Apoll. Pyth. 358, Aristoph. Eq. 455. Apud eundem Acharn. 800 μάχαιρα est, quæ usitatius dicitur μαχαιρίς. Ammonius ed. Valck. p. 90 : μαχαιρίδας δὲ τὰς κουρέων.

2.

Athen. 9, p. 368, C : οἱ δὲ Ἀττικοὶ καὶ ἔμβαμμα λέγουσιν, ὡς Θ. ἐν E.

Ὁ μὲν ἄρτος ἡδὺ, τὸ δὲ φενακίζειν προσὸν
ἔμβαμμα τοῖς ἄρτοισι πονηρὸν γίγνεται.

Codd. Ὁ μὲν γὰρ ἄρτος, quod ἄμετρον purgavit Pors., et minus modulato versu ἄρτοις. Ordo verborum, pathetice turbatus, τὸ δὲ ἔμβαμμα πον. προσὸν τοῖς ἄρτ. γίγνεται φενακίζειν, i. e. φενακισμός.

3.

Idem ib. p. 374, B : καὶ Θ. δ' ἐν E. ἐπὶ τῆς θηλείας ἔταξε· τὸν ἀλεκτρυόνα, λέγων οὕτως·

— Ἄχθομαι δ' ἀπολωλεκὼς
ἀλεκτρυόνα, τίκτουσαν ᾠὰ πάγκαλα.

Scribamus ἔταξεν ἀλ., siquidem et hic, et apud Strattidem Ψυχ. 2, articulus masculinus abhorret a femina. Ceterum cf. Aristoph. Nub. 637 seqq. « Videtur hisce aliquis conqueri de malis belli, similiter atque Acharn. 956 (ἐπετρίβην ἀπολέσας τὼ βόε). Respicit schol. Nub. 663. » *E M.*

4.

Idem 15, p. 652, F : Θ. δ' ἐν E. τὰς Τιθρασίας ἐπαινῶν ἰσχάδας φησὶν οὕτως·

Μᾶζαι, πλακοῦντες, ἰσχάδες Τιθράσιαι.

De Tithrade, pago Attico, v. ann. ad Aristoph. Ran. 442.

5.

Pollux 10, 124 : τὴν χλαῖναν δὲ οὕτως ἐκάλουν οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ, μόνα τὰ παχέα ἱμάτια ταύτης τῆς προσηγορίας ἀξιοῦντες, ὥσπερ καὶ Θ. ἐν E.

— Χλαῖναν δέ σοι
λαβὼν παχεῖαν ἐπιβαλῶ Λακωνικήν.

Particulam δὲ addidit Bentlejus Epist. ad Hemsterh. p. 64.

6.

Idem 3, 27 : τοῦτον (πατρωὸν, *vitricum*) Ὑπερείδης ... μητρυιὸν κέκληκε, καὶ Θ. ὁ κωμικὸς ἐν E. « Similiter Eust. ad Iliad. p. 560, 14. Photius p. 268, 22, Μητρυῖον (sic) : Θ. τὸν πατρῷιον (sic). Immo τὸν πατρωόν. » *E M.*

V. ΗΔΥΧΑΡΗΣ.

« Ἡδυχάρης voce hominem deliciis et amoribus deditum, fortasse Platonem (vel certe Academicum. *Both.*), significare voluisse videtur Th. Tempus, quo acta est fabula, quum ipsa ostendit, ut in qua, sicut in Admeto, Peronis fiat mentio, tum id, quod a Platone commemoratur apud Diogenem Laert. 3, 26. Academicorum mollitiem et delicatum habitum rident Ephippus in Naufrago Athen. 11, p. 509, C, et Antiphanes in Antæo ib. 12, p. 544, F. » *E M.* Hist crit. Com. p. 240 et 289.

1.

Athen. 7, p. 308, A : ὑπολαβὼν δὲ Μυρτίλος,

Καὶ στῆτ' ἐφεξῆς,

ἔφη, κατὰ τὸν Θεοπόμπου Ἡδυχάρην,

κεστρέων νῆστις χορὸς,
λαχάνοισιν, ὥσπερ χῆνες, ἐξενισμένοι!

Versu 1 aliquot libri ap. Casaub. ὦ στῆτ', fortasse pro ὡς. Notum καὶ et ὡς permisceri solere a librariis, et magis placet ὡς.

2.

Diogenes Laert. 3, 26, et Hesych. Miles. p. 46, sed hic omisso titulo comœdiæ : Θ. ἐν Ἡδυχάρει

2.
Panis quidem res dulcis, sed fraus est
embamma panibus affusum malum.

3.
— Dolet, me perdidisse
gallinam, ova parientem perpulchra.

4.
Mazæ, placentæ, caricæ Tithrasiæ.

5.
— Lænamque tibi
sumptam ego injiciam crassam Laconicam.

DELICATULUS.

1.
State igitur ordine, mugilum jejunus chorus,
oleribus, ut anseres, excepti!

— Ἓν γάρ ἐστιν οὐδὲ ἕν,
τὰ δὲ δύο μόλις ἕν ἐστιν, ὥς φησιν Πλάτων.

« Versu 2 Grotius Excerpt. p. 553, τὼ δὲ δύο, etc. Platonis locus, qui respicitur, est Phæd. p. 104 : οὐκ ἀποδέχομαι ἐμαυτοῦ οὐδὲ ὡς, ἐπειδὰν ἑνί τις προσθῇ ἕν, ἢ τὸ ἕν, ᾧ προσετέθη, δύο γέγονεν, ἢ τὸ προστεθὲν καὶ ᾧ προσετέθη, διὰ τὴν πρόσθεσιν τοῦ ἑτέρου τῷ ἑτέρῳ δύο ἐγένετο. » *E M.*

3.

Schol. Aristoph. Pluti 768 : ἁπλῶς τῶν, ἐφ' ὧν οἰωνίσασθαί τι ἀγαθὸν ἐβούλοντο, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ νυμφίου, περὶ τὴν ἑστίαν τὰ τραγήματα κατέχεον εἰς σημεῖον εὐπορίας, ὡς καὶ Θεόπομπός φησιν ἐν Ἡδ.

— Φέρε σὺ, τὰ καταχύσματα
ταχέως κατάχει τοῦ νυμφίου καὶ τῆς κόρης!

Similiter Suidas v. Καταχύσματα, nisi quod habet εὐετηρίας pro εὐπορίας, et hæc subjecta

β. Εὖ πάνυ λέγεις,

quæ dubites utrum sint Theopompi, an ex Pluti versu 800 irrepserint. Theopompi locum respexere Photius p. 145, 10 : καταχεῖτο δὲ (τὰ καταχύσματα) καὶ τῶν νυμφίων, φασὶν, ὡς Θ., et Harpocr. p. 108, 7 : ὅτι τῶν νεωνήτων οἱ δεσπόται τραγήματα κατέχεον, Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ δηλοῖ. ὅτι δὲ καὶ τῶν ἀπὸ θεωρίας (v. ann. ad Ar. Vesp. 971) καὶ τῶν νυμφίων, ὡς (dele ὡς) Θ. Ἡδ.

4.

Athen. 15, p. 690, A : μνημονεύει τοῦ μυροπώλου τούτου, τοῦ Πέρωνος, καὶ Θ. ἐν Ἀδμήτῳ καὶ Ἡδ.

VI. ΘΗΣΕΥΣ.

In hac fabula Isæi mentionem factam esse, refert Plutarchus Vitt. oratt. p. 839, F. Bergk. Commentt. p. 409 : « Finxit Th. in hac fabula Thesea, expulsum patria, se ad Persas conferre; cui nescio quis præcipit, quod iter sit instituendum. »

1.

Gramm. Bekkeri p. 323, Ἀβυρτάκη : ὑπότριμμα βαρβαρικὸν ἐκ δριμέων σκευαζόμενον, φημὶ ἐκ καρδάμων καὶ σκορόδων καὶ σινάπεως καὶ σταφίδων, ᾧ πρὸς κοιλιολυσίαν ἐχρῶντο. Θ. Θησεῖ

Ἥξεις δὲ Μήδων γαῖαν, ἔνθα καρδάμων
πλείστων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκη.

Ducta hæc ex Ælii Dionysii et Pausaniæ Lexicis rhetoricis apud Eust. ad Odyss. 19, 28, p. 1854, 18 : οὕτω κεῖται, ὡς ὁ αὐτὸς Διονύσιος λέγει, καὶ παρὰ Θεοπόμπῳ ἀβυρτάκη, ὑπότριμμά τι δριμὺ βαρβαρικὸν διὰ πράσων καὶ κόκκων ῥόας καὶ ἑτέρων τοιούτων. φησὶ γοῦν (Θ.) « Ἥξει (sic etiam Suid.)... ἀβυρτάκη. » Παυσανίας δὲ καὶ ἀπὸ σινάπεως καὶ σταφίδων εἶναί φησι τὸ τῆς ἀβυρτάκης ὑπότριμμα, ᾧ καὶ πρὸς κοιλ. ἐχρ. Similiter Suidas v. Ἀβυρτ. Codex Sangerm. Ἴξῃ, sed Mein. reposuit verum Ἥξεις. « Γαῖα pro γῇ legitur etiam apud Sannyrionem Γέλωτι, fr. 4, et Antiphanem Athen. 10, p. 449, B. Antiquiores Comici eo abstinuerunt. » *E M.*

2.

Athen. 3, p. 82, C : φαυλίων δὲ μήλων μνημονεύει... καὶ Θ. ἐν Θ.

3.

Plut. Vit. Isæi in Mor. p. 839, F, μνημονεύει δὲ αὐτοῦ (Isæi) Θ. ὁ κωμικὸς ἐν τῷ Θ.

4.

Antiatt. p. 83, 6, Αὐτόκακος : οἷον ἑαυτὸν κολάζων. Θ. Θ.

VII. ΚΑΛΛΑΙΣΧΡΟΣ.

Annotavit Mein. neque in hoc dramate, neque in cognomini, quod olim exstitit, Ophelionis, agi de Callæschro, Critiæ patre, pro quo habitam a Lysia orationem memoravit Pollux 10, 105. Cf. idem In Erat. p. 255. Fictum igitur nomen, quo significatur homo eleganter turpiculus.

1.

Athen. 6, p. 302, E : ὅταν δὲ καὶ Θ. ἐν Καλλαίσχρῳ, λέγῃ

— Ἰχθύων δὲ δὴ
ὑπογάστρι', ὦ Δάματερ,

παρατηρητέον, ὅτι ἐπὶ ἰχθύων μὲν ὑπογάστριον λέγουσι, σπανίως δὲ ἐπὶ χοίρων καὶ τῶν ἄλλων ζῴων. Libri ὑπογάστριον, sed Athen. 9, p. 399, D (ὑπογάστριον δὲ μόνον ὡς ἐπὶ τῶν ἰχθύων λέγεται), ubi locus repetitur, ὑπογάστρι' ὦ. Codex B ibid. Δήμητερ. V. Lobeck. ad Phryn. p. 640.

2.

— Unum enim ne unum quidem est,
et duo vix unum sunt, ut ait Plato.

3.

— Age tu, bellaria
cito affunde sponso et virgini!
b. Perbene dicis.

THESEUS.

1.

Venies Medorum in terram, ubi e nasturtio
plurimo et porro fit abyrtace.

CALLÆSCHRUS.

1.

Pisciumque sane sumina, o Ceres.

2.

Idem 10, p. 423, A : καὶ ἠρίσταμεν δὲ εἴρηκε... Θ. Κ.

Ἠρίσταμεν· δεῖ γὰρ συνάπτειν τὸν λόγον.

3.

Pollux 9, 59 : τὰ δὲ στατῆρος ἄξια στατηριαῖα φαίης ἄν, ὡς Θ. ἐν Κ. οὔ φησιν εἶναι τῶν ἑταιρῶν τὰς μέσας στατηριαίας. « Stater (de quo ad Arist. Plut. 812. *Both.*) fere Laidos pretium fuit : v. Epicrates Antilaid. 2, 12 et 17. Scribendum videtur ἐν Καλλαίσχρῳ πού φησιν εἶναι, etc., ut idem Pollux 10, 180 : ὥσπερ που καὶ Θ. ἐν Ἀλθαίᾳ. Nisi forte hic Theopompi versus fuit :

Οὔ φασιν εἶναι τῶν ἑταιρῶν τὰς μέσας
στατηριαίας.

Quæ de urbe dicta videntur, in qua meretrices magno pretio noctes vendebant, ut vel mediocres statera exigerent. » *E M.*

VIII. ΚΑΠΗΛΙΔΕΣ.

1.

Schol. Aristoph. Avium 1406, de Leotrophide, poeta dithyrambico, quales non minus quam Tragicos irridere Comici solebant : κοῦφος καὶ χλωρὸς ἦν, ὡς ἐοικέναι ὄρνιθι. Θ. δὲ ἐν ταῖς Καπηλίσι· « Λεωτροφίδης ὁ τρίμετρος ὡς * Λεόντινος εὔχρως τε * φᾶναι καὶ χαρίεις ὥσπερ νεκρός. » Versus depravatissimi. Fortasse Th. dixit per jocum, quo pallidum fœdumque hominem irrideret :

Λεωτροφίδης δή, τρίμετρος ὡς Λεόντιος,
εὔχρως τις ἐφάνη καὶ χαρίεις, χὤσπερ νεκρός.

Τρίμετρος exquisite ac nove vocatur is, qui ter implevit μέτρον, *mensuram* maris, quemadmodum Hesiodus O. et D. 648 dixit μέτρα θαλάσσης, qui ter mare navigavit, ut nescio quis, tum notus, ut existimare licet, nauta Leontius. Λεοντῖνος (sic enim dicendum esset) metro repugnat. Probabiliter Bergk. Comm. p. 407, ὡς Λεόντιος, « quanquam, » inquit, « hujus hominis admodum obscura est memoria, nisi quod Plato Reip. 4, p. 439, E, cum Aglaionis filium appellat, atque mortuorum corporibus rimandis maxime intentum fuisse significat : Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, ποτὲ ἀκούσας τι πιστεύω τούτῳ, ὡς ἄρα Λεόντιος, ὁ Ἀγλαΐωνος, ἀνιὼν ἐκ Πειραιέως ὑπὸ τὸ βόρειον τεῖχος, ἐκτὸς αἰσθανόμενος νεκροὺς παρὰ τῷ δημίῳ κειμένους, ἅμα μὲν ἰδεῖν ἐπιθυμοῖ, ἅμα δ' αὖ δυσχεραίνοι καὶ ἀποτρέποι ἑαυτόν, καὶ (scrib. ὡς *Both.*) τέως (antea) μὲν μάχοιτό τε καὶ παρακαλύπτοιτο· (hinc explicetur τὸ τρομερός. *Both.*) κρατούμενος δ' οὖν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, διελκύσας (τε *Both.*) τοὺς ὀφθαλμούς, προσδραμὼν πρὸς τοὺς νεκρούς, « Ἰδοὺ ὑμῖν ἔφη, ὦ κακοδαίμονες, ἐμπλήσθητε τοῦ καλοῦ θεάματος! » Ita vir doctus, istum sumens Leontium, de quo ne per somnium quidem cogitasse videtur Th. Versu 2 Meinck. scripsit εὔχρ. πεφάνθαι.

2.

Pollux 7, 158 : ξιφομάχαιρα ἡ μεγάλη μάχαιρα ἐν Θεοπόμπου Καπηλίσιν·

Ἐλεφαντοκώπους ξιφομαχαίρας ἢ δόρη.

Et 10, 145 : καὶ Θ. ἐν Πόλεσιν (sic) « Ἐλεφ. ξίφ. » Ad δόρη Pollux notavit : ἔνιοι γὰρ οὕτως εἰρῆσθαι τὰ δόρατά φασι.

3.

Schol. Aristoph. Acharn. 1021 : τὸ μέτρησον ἀντὶ τοῦ δάνεισον. καὶ Ἡσίοδος (O. et D. 349)·

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι.

καὶ Θ. Καπ.

Ἢ μετάδος, ἢ μέτρησον, ἢ τιμὴν λάβε.

Similiter Suidas v. Μέτρησον.

4.

Zenobius Cent. 4, 44, Ἑστίᾳ θύει : ἡ παροιμία τέτακται ἐπὶ τῶν μηδενὶ ῥᾳδίως μεταδιδόντων. δι' ἔθους γὰρ ἦν τοῖς παλαιοῖς, ὁπότε ἔθυον Ἱστίᾳ, μηδενὶ μεταδιδόναι τῆς θυσίας. μέμνηται δὲ ταύτης Θ. ἐν Καπ. « Gaisfordio laudatus Eust. ad Hom. p. 1579, 43 : καὶ παροιμία τὸ « Ἑστίᾳ (attica forma, qua Th. usus est) θύομεν » ἐφ' ὧν οὐκ ἔστι, φασί, μεταδοῦναι, οὐδὲ ἐξενεγκεῖν, ἵνα εἴη τὸ Ἑστίᾳ θύομεν ταὐτὸν τῷ Οὐδενὶ μεταδίδομεν (mendose libri μεταδιδόαμεν) τῶν τῆς ἑορτῆς. Hesych. Ἑστίᾳ θυόμεναι (leg. θύομεν. *Mein.* Immo θυόμενα *Both.*) : ἦσάν τινες θυσίαι, ἀφ' ὧν οὐχ οἷόν τε ἦν μεταδοῦναι, ἢ ἐξενεγκεῖν. Fortasse huc referendum est Incert. fab. fr. 8. » *E M.*

2.
Jentavimus; annectendus enim est sermo.

3.
Ubi dicunt meretricum cunnos
statere constare.

CAUPONÆ.

1.
Leotrophides (sane), ut τρίμετρος Leontius,
boni (quis) est coloris gratusque, (et) ut mortuus.

2.
Xiphomachæras eburneo capulo, vel hastas.

3.
Vel imperti, vel mutuum da, vel pretium accipe.

4.
Vestæ sacrificat.

5.

Suidas : Ἄττις παρὰ Φρυξὶ μάλιστα τιμᾶται ὡς πρόσπολος τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. Ἄττιν, οὐχὶ Ἄττια. .... Θ. ἐν Καπ.

— Κολάσομαί γε σὲ,
καὶ τὸν σὸν Ἄττιν.

Quinque codd. κολάσομαί γ' ἔσω, perverse quidem pro κολάσομαί σ' ἐγὼ, quod malim cum Porsono ad Toupii Emend. p. 459. Male gramm. Bekkeri Anecd. p. 461, 19 : Ἄττην, οὐχὶ Ἄττεια, et in versu poetæ κολάσομεγ' ἔσω et ἄττην. « Fortasse hoc ille dicit : *Puniam ego te*, (mulier,) *et amasium tuum*, quo sensu Adonidis nomen frequentatum fuisse, præter alios docet Alciphro Epist. 1, 39. » *E M.*

IX. ΜΗΔΟΣ.

1.

Athen. 11, p. 485, C, de λεπαστῇ poculo agens : Θ. Παμφίλῃ (fr. 1) καὶ ἐν Μήδῳ

Ὅς ποτ' ἐκήλησεν Καλλίστρατος υἷας Ἀχαιῶν,
κέρμα φίλον διαδοὺς, ὅτε συμμαχίαν ἐρέεινεν·
οἷον δ' οὐ κήλησε δέμας λεπτὸν Ῥαδάμανθυν
Λυσάνδρου, κώθωνα πρὶν αὐτῷ δῶκε λεπαστήν.

V. 3 libri οἶον. V. 4 libri Λύσανδρον, quasi vir ille duplici nomine appellatus fuisset Rhadamanthus Lysander. Præterea tricantur, nodumque in scirpo quærunt, nonnisi de Jovis et Europæ filio, et de duce Lacedæmoniorum celeberrimo, cogitantes. Fuerint necesse est illi, quos dicit Th., ex Arcadibus, quibus Callistratus Aphidnæus, orator Demosthenis imitatione clarus, persuadere studuit, ut Atheniensium societatem sequerentur. V. Diod. Sic. 15, 38, et Corn. Nep. 6. Ibidem libri κώθωνι, correctum a Bergkio Comm. p. 240. — In altera ed. Meinek. : « Sub Rhadamanthi nomine quis lateat, ignoratur, et pro Λύσανδρον legendum λυσάνιον. Hesychius, Λυσανίας : ὁ λύων τὰς ἀνίας, καὶ δυσάνιος γυνὴ, ἡ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν ἀχθομένη. »

2.

Pindari schol. Pyth. 2, 75 : χαρίζεσθαι γὰρ κυρίως τὸ συνουσιάζειν λέγεται, ὥσπερ Θ. ἐν Μ. εἰσάγει τὸν Λυκαβηττὸν (montem Atticæ : v. Aristoph. Ran. 996) λέγοντα

Παρ' ἐμοὶ τὰ λίαν μειράκια χαρίζεται
τοῖς ἡλικιώταις.

« Lycabettum vel montis genium intelligas, ut fortasse Cnœthideum apud Photium (Κνοιθιδεύς· ὄρος τῆς Ἀττικῆς); vel lupanar fuit in Lycabetto, a masculis scortis frequentatum. » *E M.*

3.

Athen. 11, p. 481, D : Νίκανδρος ὁ Θυατειρηνὸς, τὸ χωρὶς ὠτίων ποτήριον ὠνομακέναι Θεόπομπον ἐν Μήδῳ.

X. ΝΕΜΕΑ.

Meretricis nomen Atticæ.

1.

Athen. 11, p. 470, F, de poculo Thericleo μνημονεύει δὲ τῆς κύλικος Θ. μὲν ἐν Νεμέᾳ οὕτως·

α. Χώρει σὺ δεῦρο, Θηρικλέους πιστὸν τέκνον!
γενναῖον εἶδος, ὄνομά σοι τί θώμεθα;
ἆρ' εἶ φύσεως κάτοπτρον, ἣν πλῆρες δοθῇς;
οὐδέν ποτ' ἄλλο. Δεῦρο δὴ, γεμιῶ σ' ἐγὼ,
γραῦ, Θεολύτη γραῦ! β. Τί με καλεῖς σὺ, φίλτατε;
α. Ἵν' ἀσπάσωμαι· δεῦρο παρ' ἐμὲ, Θεολύτη,
παρὰ τὸν νέον ξύνδουλον! οὑτωσί! καλῶς!
β. Σπινθὴρ τάλαν, πειρᾷς με; ναί! α. Τοιοῦτο τί;

5.

— Puniam te ego
et tuum Attin.

MEDUS.

1.

Sicut olim Callistratus placavit filios Græcorum,
numulum carum distribuens, quando societatem [quæsivit;
solumque non placavit tenuem personam Rhada- [manthum,
Lysandri (filium), priusquam ei donasset poculum [lepasten.

2.

οὗ τὴν ἐργασίαν φασὶ πρῶτον εὑρεῖν Καλλίαν Ἀθηναῖον. V. 2 τὸ forte oblitteratum fuerit sequente τι- simili. Deinde malim χἠ μίλτος. Hesych., depravate quidem, sed indicata fabula : Τίγγα (vox nihili) : Δ. ἐν Μελίτταις, etc. Ex eodem fonte Photius Lex. p. 587, 20, Τιαγγάβαρι (sic) : τὸ κιννάβαρι. Διοκλῆς.

6.

Antiatt. p. 87, 4, Γυναικάριον : Δ. Μ.

7.

Idem p. 88, 20, Δραπέτευμα : Δ. Μ.

8.

Idem p. 97, 9, Ἐντυλίξαι : τὸ ἐνειλῆσαι. Δ. Μ.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Gramm. Bekkeri An. p. 339, 15, Ἀγόμφιος αἰών : οὕτως ἔλεγον τὸν χρόνον, ἐν ᾧ τις ὡρᾶτο (immo ὁρᾶται) γεγηρακώς, παρὰ τὸ μὴ ἐνεῖναι τοῖς γέρουσι τοὺς γομφίους. Δ.

Μηδείς ποθ' ὑμῶν, ἄνδρες, ἐπιθυμησάτω
γέρων γενέσθαι, πρῴ νοησάτω δὲ, πῶς,

THALASSA.

— Exsultat gaudio,
(ut) mugil.

MELISSÆ.

1.

Et per canales perforatos colatur.

2.

— a. Quomodo autem mixtum
bibere vinum me oportet? b. Quattuor et duo.

3.

Auferam a tripode ollam calidam.

4.

Rubrica, puto, et minium.

5.

Minium et rubrica admixta.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Nemo unquam vestrûm, viri, cupiat
senex fieri, sed mature cogitet quomodo,

ἢ νέος ἂν ὢν ἀγαθόν τι τῇ τύχῃ πάθ', εἰς
ὥραν καταλύσει, μηδ' ἀγόμφιόν ποτε
αἰῶνα τρίψῃ.

Vitiose codex γ. γενέσθαι, προνοησάτω δ' ὅπως νέος ὢν ἀγ. τι τῇ ψυχῇ παθὼν εἰς ὥραν κατ., et in fine τρίψει. Δὲ tertio loco sententiæ positum, ut Euripides Ione 678 : τοῦ κρατῶ δ' ἄκοντος οὔ. Theopompus Nemea, Athen. 11, p. 470, F : φίλος φιλοτήσιον δέ σοι προπίομαι. Meinekius περινοησάτω δ' ὅπως ἔτι νέος ὤν. Vocabulorum τύχη et ψυχὴ confusio tralaticia : v. Bast. Commentat. palæogr. p. 739. Τρέψη pro τρίβῃ, de quo Matth. Gr. § 506.

2.

Photius p. 509, 17, Τιμαῖος : ὁ πολλῆς τιμῆς. οὕτω Δ.

3.

Pollux 3, 42 · καὶ διεπαρθένευσε, καὶ διαπεπαρθενευκότα · τὸ μὲν πρότερον Δ., τὸ δὲ δεύτερον Ἄλεξις, οἱ κωμικοί.

XXXI.

NICOCHARES.

« Nicochares (Νικοχάρης, genit. Νικοχάρους, non Νικόχαρις, quod habet pars librorum vitio iotacismi), Cydathenæus, Philonidis, comici poetæ, filius, secundum Steph. Byz. v. Κυδαθήναιον, Suidam v. Νικοχάρης, Eudociam p. 311, certavit cum Aristophane, quod ex Pluti Argumento 2 intelligitur, vitamque ultra olymp. 106, 3 (353 ante Chr. nat.) produxisse censendus est, si Bœckhius (Corp. inscriptt. 1, p. 354) recte explevit lacunam monumenti didascalici : Νι[κοχάρ]ης Ποιητῇ. » *E Mein.*, qui de singulis fabulis disseruit Hist. crit. Com. p. 253 seqq.

I. ΑΜΥΜΩΝΗ.

Athen. 10, p. 426, E : οἱ δ' ἐπιτεταμένως χρώμενοι τῷ ποτῷ δύο οἴνου (scil. μέρη) ἔπινον πρὸς πέντε ὕδατος. Νικοχάρης γοῦν ἐν Ἀμυμώνῃ, πρὸς τοὔνομα παίζων, ἔφη

Οἰνόμαος οὗτος, χαῖρε, πέντε καὶ δύο,
κἀγώ τε καὶ σὺ συμπόται γενοίμεθα!

τὰ παραπλήσια εἴρηκε καὶ ἐν Λημνίαις. V. 2 σὺ forte omissum recte addiderunt viri docti. Quum OEnomai nomen joci tantummodo causa usurpatum sit ab eo, qui hæc dixit, strenuum aliquem potatorem allocutus, non recte Mein. cogitare videtur de OEnomao mythologico, quumque Suidas, insolenter neglecto ordine alphabetico, inter Nicocharis opera proximo post Amymonen loco nominet Πέλοπα, ex eo conjicere, plenum titulum fabulæ fuisse Ἀμυμώνη καὶ Πέλοψ. Immo spectati fuerint ludicre in hoc dramate Satyri et Neptuni amores, quos narrat Apollodorus 2, 1.

II. ΓΑΛΑΤΕΙΑ.

Amorum Cyclopis et Galateæ spectaculum comicum, quos amores, postea celebratos a Theocrito, Callimacho (Athen. 8, p. 284), Bione (Mosch. 3, 58), Hermesianacte (Herodian. De dict. solit. p. 16, 14), primus omnium finxisse fertur Philoxenus Cytherius, teste Duride Samio apud Theocriti schol. idyll. 6, 7. Philoxeni carmen si modo suo æmulatus est Nic., quod sane putes, quum brevi ante Plutum secundam in notitiam hominum venerit, ex eo Meinek. probabiliter conjicit, Galateam non multum ante olymp. 88 (427-424 ante Chr. nat.) commissam esse.

1.

Pollux 10, 93 : εἴποις δ' ἂν καὶ τὴν ἡδυσματοθήκην κυμινοδόκον, Νικοχάρους εἰπόντος ἐν Γαλατείᾳ

Σοφαῖσι παλάμαις τεκτόνων εἰργασμένον,
καὶ πόλλ' ἐν αὐτῷ λέπτ' ἔχον καδίσκια,
κυμινοδόκον.

Inconcinna librorum σοφαῖς et τέκτονος emendavit Meinck., qui Cyclopis verba esse putat.

2.

Schol. Aristoph. Pluti 179, de Philonide Melitensi : κωμῳδεῖται δὲ ὡς εὔπορος, καὶ ὡς μέγας τῷ σώματι καὶ ἠλίθιος. Νικ. Γαλ.

Τί δῆτ'; ἀπαιδευτότερος εἶ Φιλωνίδου
τοῦ Μελιτέως.

---

quod boni juvenis fortuna expertus est,
tempore perdet, neu sine molaribus
vitam trahat.

1.

Virginitate privavit.

AMYMONE.

OEnomae tu, salve, quinque et duo,
egoque et tu fiamus compotores!

GALATEA.

1.

Doctis manibus operariorum fabricata,
multaque in se parvos habens cadiscos,
cumini theca.

2

Quid igitur? rusticior es quam Philonides
Melitensis.

Idem ad 303 : εἰς Φιλωνίδην τὸν Μελιτέα, ὡς οὐ μόνον μέγαν, ἀλλὰ καὶ ἀμαθῆ καὶ ὑώδη. καὶ Νικ. Γαλ. « Τί δῆτα, etc. » Priore loco libri ἠδέ τ', quod correctum ex altero. Bentl. ἢ δῆτ'. « Videntur hæc verba esse Galateæ ad Cyclopem. De Philonide cf. Hanovii Exerc. 1, p. 20, et Bergk. Comm. p. 400 seqq. » *E M.* V. etiam Nicophontis Incert. 5.

III. ΗΡΑΚΛΗΣ ΓΑΜΩΝ.

Pollux 7, 40 : τὴν δὲ σμηκτρίδα Κηφισόδωρος ἐν Τροφωνίῳ εἴρηκεν (pro his Ms. τὴν δὲ σμικτρίδα γῆν Εὔπολις εἴρηκεν)... ἡ δὲ πλυντρὶς παρὰ Νικοχάρει ἐν Ἡρακλεῖ γαμουμένῳ. « Sive potius γαμοῦντι, nisi forte in ipso indice fabulæ poetam acumen quæsivisse putabimus, ut Hercules significetur Omphales imperio subjectus, quo sensu verbo γήμασθαι de viro usum esse constat præter alios Anacreontem, ἐκεῖνος οὐκ ἔγημεν, ἀλλ' ἐγήματο. Idem 10, 135 : καὶ γῆ σμηκτρὶς (Hemsterh. γῆ σμηκτὶς secundum cod. Falckenb., qui est γῆ σμήτις) κατὰ Νικόχαριν (sic). Ibi Pollux errante memoria Hemsterhusio Nicocharin nominasse videtur pro Cephisodoro (vel Eupolide). De formis σμηκτρὶς et σμηκτὶς v. Lobeck. ad Phryn. p. 253. » *E M.*

IV. ΗΡΑΚΛΗΣ ΧΟΡΗΓΟΣ.

1.

Pollux 7, 45 : ἀντικρυς δὲ δοκεῖ τὸ ἐν τῷ Νικοχάρους Ἡρακλεῖ χορηγῷ

Φέρε νυν ταχέως χιτῶνα τόνδ' ἐπενδύτην!

τῇ νῦν χρείᾳ βοηθεῖν. Minus bene legitur Φ. νῦν. Aristoph. Plut. 971 : Ἄκουέ νυν. Dein vulgatum χιτῶνά τ' ἐπενδ. emendavit Mein. secundum cod. Falck. (qui τὸν δὲ ἐπ.), verba τῇ νῦν χρείᾳ recte explicare Toupium Emend. 4, p. 371, annotans. Scilicet latiore sensu χιτὼν non solum tunicam significat, ut Iliad. 2, 262 (εἵματα, χλαῖνάν τ' ἠδὲ χιτῶνα, etc.), sed etiam thoracem. Iliad. ib. 416 : Ἑκτόρεον δὲ χιτῶνα, ubi schol. τὸν θώρακα. Cf. Apollonii Lex. v. Χιτών. Iliad. 1, 371, Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων, ubi v. ann.

2.

Athen. 14, p. 619, A : καὶ τῶν πτισσουσῶν ἄλλη τις (ἦν ᾠδή), ὡς Νικ. ἐν Ἡρ. χορ. « De pinsentium cantu v. Pollux 4, 55. » *E M.*

V. ΚΕΝΤΑΥΡΟΣ.

Suidas Κένταυροι, fortasse rectius, quum neque Chiron neque Nessus, alios eorum singulos ne commemorem, satis apti comœdiæ esse videantur.

1.

Antiatt. p. 89, 5, Δαρθείς : ἀντὶ τοῦ δαρείς. Νικ. Κενταύρῳ.

2.

Gramm. Bekkeri Anecd. p. 327, 25, Ἀγοράν : τὴν ὠνήν. Ν. Κ.

VI. ΚΡΗΤΕΣ.

Pollux 10, 141, de instrumentis sutoriis : καὶ περιτομεὺς δ' ἂν ῥηθείη, καὶ χηλεύματα, καὶ ὄπεας, καὶ ὀπήτιον εἴρηται ἐν Νικοχάρους Κρησί « Τοῖς τρυπάνοις ἀντίπαλον ὅπερ *ἀγχίλειον. » Ita codd., vel ἀγχίλιον. Vulgo * ἀρχιλόχειον. « Bentl. Epist. ad Hemsterh. p. 66 ὄπεας χίλιον, contorta sententia. Neque ὄπεας hic scriptum fuisse, sed ὀπήτιον, planum est ex eodem Polluce 7, 83 : τὰ ὀπήτια (sic Bekk. ed. pro ὀπήτεια) ἐν Κρησὶ Νικ. ἐκάλει. Suspiceris

Τοῖς τρυπάνοισιν ἀντίπαλον ὀπήτιον. »

Mein. Hæc non prorsus improbo, quamvis parum similia librorum scripturis; sed ὄπεας stare potest : modo legamus ὄπεας, ὃ καὶ ὀπήτιον εἴρηται, etc.

VII. ΛΑΚΩΝΕΣ.

Athen. 15, p. 667, E : μνημονεύει δὲ τοῦ μάνου Νικοχάρης ἐν Λάκωσιν. « De Mane in cottabi ludo v. Hermippi Μοίρας, fragm. 2. » *Mein.*

VIII. ΛΗΜΝΙΑΙ.

De Lemniadibus et earum regina Hypsipyle, quacum consuevit Iason, v. Apollodorus 1, 9, Apollon. Rh. 1, 609 seqq., Hygin. Fab. 15, etc.

1.

Athen. 7, p. 328, E : Δωρίων... τὴν τριγίδα τριχίαν ὀνομάζει. Νικ. Λημνίαις

Τριχίας δέ, καὶ τὰς πρημνάδας, τὰς θυννίδας,
ἐπὶ δεῖπνον ἡκούσας ὑπερπληθεῖς.

Malim lenioribus numeris, neque ineleganter (v. ann. ad Dioclis Mel. 1), ἡκούσας ἂν ὑπ. Versu 1 libri τριχιάδας et πρημάδας, quæ correxit Schweigh.

HERCULES CHOREGUS.

1.

Affer igitur cito tunicam hanc superinduendam!

CRETES.

Terebris comparanda subula

LEMNIÆ.

1.

Trichias vero, et premnades thynnorum,
ad cœnam venientes innumeras.

Hypsipyles, ni fallor, verba, ex oratione, qua Iasoni prædicaverit insulam suam, piscibus marinis abundantem. Cf. fragm. 3.

2.

Idem 10, p. 426, F, loco posito in Amymone.

3.

Etym. M. p. 550, 13 : παρὰ τὸ κῶ (?), τὸ κοιμῶμαι, γίνεται ὄνομα ῥηματικὸν κῶς. Νικόχαρις (sic) Λημνίαις « Πλέομεν, ὦ κόρη, 'πὶ κῶς. » Verba Iasonis ad Hypsipylen; quod plures viderunt. A quibus verbis quum incepisse videatur Iasonis oratio, scribam usurpato iambico senario, qui narrationi aptus est,

Πλέομεν (μὲν,) ὦ κόρη, 'πὶ κῶς.

Μὲν haustum fuerit a syllaba vicina, qualibus mendis scatent codices. Κῶς, i. e. χρύσειον κῶας (vellus aureum) quod dicit Apollonius Argon. 1, 4.

4.

Pollux 10, 107 : καὶ Νικ. δὲ ἐν Λ. εἴρηκε κακκάβους. « Atticistæ unice probabant κακκάβη : v. Bergk. Commentt. p. 316 » *M.*

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Athen. 1, p. 34, D : ὅτι δὲ τὴν κράμβην ῥάφανον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, δηλοῖ... Νικ.

Εἰς αὔριον δ' ἀντὶ ῥαφάνων ἑψήσομεν
βαλάνιον, ἵνα νῷν ἐξάγῃ τὴν κραιπάλην.

V. 1 δὲ, versui necessarium, immisit Schweigh., annotans, pariter amygdalam esse ἀμέθυσον secundum Dioscor. 1, 44, et Plin. H. N. 23, 8, 75. V. 2 βαλάνιον (sic primus Casaub. pro βαλανεῖον) singularis sensu pluralis, ut passim. Ἐξάγῃ recte Dindorf. pro ἐξάρῃ, γ et ρ confusis, ut alias, velut apud Alexidem Athen. 10, p. 419, B.

2.

Gramm. Bekkeri Anecd. p. 348, 18, Ἄζειν : τὸ διὰ τοῦ στόματος ἀθρόως ἐκπνεῖν ἄζειν λέγουσιν οἱ Ἀττικοί, μιμούμενοι τὸν ἦχον τοῦ πνεύματος. οὕτω Νικόχαρις (sic).

3

Idem p. 349, 8, Ἀηδόνειος ὕπνος : Νικόχαρις (sic) « Εἰ πεύσομαι τὸν ἀηδόνειον ὕπνον ἀποδαρθέντας αὐτὸν αἰτιῶ. » Ita codex. Bekkerus ἀποδαρθέντα σαυτόν. Perfecit emendationem Lobeck. ad Sophoclis Ajacem p. 117, perprobabiliter scribens

Εἰ πεύσομαι τὸν ἀηδόνειον ὕπνον ἀποδαρθόντα σε,
αὐτὸς σὺ σαυτὸν αἰτιῶ.

In altera editione Meinek., excidisse quædam vel omissa a grammatico opinatus,

Εἰ πεύσομαι τὸν ἀηδόνειον.......
ὕπνον ἀποδαρθόντ' αὐτὸς αὑτὸν αἰτιῶ.

Ἀηδόνιος ὕπνος dicitur levis somnus, qualis lusciniarum, de quibus Plinius 10, 39 : *Lusciniis, diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus;* et quidem utrique generi, teste Aristotele H. A. 4, 9. Poeta incertus : Οὐδ' ὅσσον ἀηδόνες ὑπνώουσιν. Vid. Suid. v. Ἀηδών. Cf. Ælian. V. H. 12, 20.

4.

Idem p. 382, 27, Ἀλάστωρ : θηλυκῶς Νικόχαρις τὴν ἀλάστορα ἔφη Σφίγγα.

5.

Idem p. 400, 30 : Ἀνελήμων καὶ ἀνελεήμων φασί. Νικόχαρις (sic) δὲ ἀνηλεήμων λέγει.

6.

Athen. 14, p. 657, A : θηλυκῶς δὲ Νικ. ἔφη κύουσαν δέλφακα.

7.

Pollux 2, 19 : καὶ ὁ παιδαριώδης παρὰ Νικοχάρει.

XXXII.

NICOPHON.

Nicophon, Theronis filius, Atheniensis, teste Suida v. Νικοφῶν, ut recte Kusterus edidit pro Νικόφρων, mendo alias quoque observato. Aristophanis æqualem dicit Suidas, nec male; sed mediæ eum comœdiæ tempora attigisse, tituli dra-

---

3.

Navigamus (quidem), virgo, ad vellus.

4.

Perdices.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Cras autem pro crambe coquemus
castaneam, ut nobis crapulam expellat.

3.

Si resciero te vel lusciniarum (*levissimo*) somno obdormivisse,
tu te ipse accusa (*scil. pœnas dans*).

4.

Sphingem exitiosam.

6.

Suem gravidam.

matum ostendunt, de quibus erudite, ut solet, disserit Meinek. Hist. crit Com. p. 256 seqq. Fragmenta nulla supersunt ex fabulis quibus inscriptum Ἄδωνις et Ἐξ ᾅδου ἀνιών.

I. ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΓΟΝΑΙ.

1.

Schol. Aristoph. Avium 82 : σέρφος σκωληκῶδες ζωύφιον, ἢ μυρμηκῶδες. ταῦτα δὲ νέμονται τὰ ὄρνεα.... Νικοφῶν ἐν Ἀφροδίτης γοναῖς

Ἅπερ ἐσθίει ταυτὶ τὰ πόνηρ' ὀρνίθια,
σέρφους ἴσως, σκώληκας, ἀκρίδας, πάρνοπας.

« Hinc corrigendus Suidas v. Σέρφος. » *M.* Σέρφους, *formicas alatas*, vel potius *muscas* : v. ann. ad Aristoph. Av. 82. Σκώλ., v. Vesp. 1070; ἀκρ., v. Acharn. 1046.

2.

Idem ib. 1283 : τοῦ δὲ σκυτάλιον ἐκτείνεται τὸ α, ὡς ἐν Ὁλκάσιν (fragm. 5 nostræ ed. fragm. Aristophanis, p. 119), ἔνθα καὶ τὸ Νικοφῶντος ἐξ Ἀφροδίτης γονῶν παρετέθη « Οὐκ ἐς κόρακας τὼ χεῖρ' ἀποίσεις ἐκποδὼν ἀπὸ τοῦ σκυταλίου καὶ τῆς διφθέρας; » Nihil falsius; nec juvat τὲ immissum a viris doctis post σκυτ. metri gratia, quum nusquam α producatur in vocabulis σκυτάλη, σκυτάλιον : v. Aristoph. Eccles. 76, 78, Av. 1184. Hanc puto manum Nicophontis :

Οὐκ ἐς κόρακας τὼ χεῖρ' ἀποίσεις ἐκποδὼν
ἀπὸ τοῦ σκυταλίου τοῦδε καὶ τῆς διφθέρας.

Forte scriptum τοῦ δὲ magis etiam depravatum est, ut videtur, omisso δὲ propter sequens καὶ, quocum sæpe confusum docet Schæferus Melet. crit. p. 59, et ipso τοῦ oblitterato post simile ίου.

3.

Suidas 1, p. 310 : Νικόφρων (sic) ἐν Ἀ. γ.

Ἆρ' ἀράχνιόν τι φαίνετ' ἐμπεφυκέναι;

Legebatur φαίνεται, emendatum a Mein.

4.

Pollux 10, 156 : ὁ ἐν ταῖς μείζοσι πάγαις πάτταλος, ῥόπτρον· τὸ δὲ σπαρτίον, ᾧ συνέχονται (minus recte libri συνέχεται), μήρινθος.... Νικ. δὲ τὰς τοιαύτας πάγας ἐν Ἀ. γ. δελέαστρα εἴρηκε.

II. ΠΑΝΔΩΡΑ.

1.

Pollux 7, 33 : προφορεῖσθαι· οὕτω γὰρ ἔλεγον οἱ Ἀττικοὶ τὸ διάζεσθαι. καὶ τὸ διάζεσθαι δέ ἐστιν ἐν αὐτῶν (male libri αὐτῇ) τῇ λέξει παραλαμβανόμενον, « Ὁ δ' ἐξυφαίνεθ' ' ἱστοὺς (Bekkeri ed. ἱστὸς), ὁ δὲ διάζεται. » καί που παρὰ Νικοφῶντι ἐν Πανδώρᾳ. Recte Mein. ὥς που etc. Salmasius ad Julium Capit. p. 547 : ὅδ' ἐξ. ἱστὸν, ὅδ' ἐδιάζετο. Similiter Valcken. ad Theocr. Adon. p. 206, a, nisi quod scripsit ὁ μὲν... ὁ δέ. Sed non opus imperfecto : *alter detexit telam, alter orditur.* Medio ὑφαίνεσθαι Soph. usus est Phædr. 1, 3 : Μήδεα παντοδαπᾶν βουλᾶν ἀδαμαντίναις ὑφαίνεται κερκίσιν Αἶσα. Ad διάζεσθαι Salm. adscripsit glossas veteres : *Ordior telam*, διάζομαι τὸν ἱστόν. *Orditur*, διάζεται. » *E Mein.* Qui scripsit :

Ὁ δ' ἐξυφαίνεθ' ἱστὸν, ὁ δὲ διάζεται.

2.

Athen. 7, p. 323, B, de κέστρᾳ exponens : Νικ. δ' ἐν Π.

Κέστραι τε καὶ λάβρακες.

3.

Photius p. 290, Νέακας : τοὺς νέους. Κτησιφῶν (Ruhnken. ad Tim. p. 282, Νικοφῶν) Π. Antiatt. p. 109, 9, Νέαξ : ὁ νέος, Νικοφῶν. Pollux 2, 11 : ὁ δὲ νέαξ, εἴ γ' ἂν (libri mendose εἰ γάρ : v. ann. ad Aristoph. Acharn. 615) τῶν εἰρημένων ἐστὶν, ἀλλὰ κωμικώτερον ἂν εἴη.

4.

Antiatt. p. 89, 14, Δεύτερον : ἀντὶ μεθ' ἑτέρου. Ἡρόδοτος πρώτῳ (« num forte 4, 113? ita τετάρτῳ, h. e. Δ pro Α, legendum esset. » *M.*), Νικ. Π. H. Jacobi scripsit δεύτερον αὐτόν.

5.

Idem p. 115, 24. Φίλημα δοῦναι : ἀντὶ τοῦ καταφιλῆσαι. Νικ. Π.

6.

Idem ib. 10, Ὑποπίνειν : μεθύσκεσθαι. Νικ. π. Eadem fere Photius et Suidas, tacito fabulæ titulo.

VENERIS NATALES.

1.

Qualia hæ miseræ comedunt aviculæ,
serphos pariter ac lumbricos, locustas, cicadas [(parnopes).

2.

Non in malam crucem manus auferes statim
ab hac palanga et a pera?

3.

Num araneola videtur aliqua incidisse?

PANDORA.

1.

Hic detexit telam, ille orditur.

2.

Et mugiles, et lupi.

7.

Suidas : Κοιμίσαι τὸν λύχνον. Νιx. Π. « Improbabant hoc Atticistæ, κατασβέσαι requirentes : v. Phrynichi Monotr. fr. 6. » *Mein.* Improbabant, opinor, nonnisi proprie dictum κατακοιμίσαι pro κατασβέσαι, quemadmodum dici ait Pollux 7, 178 (τὸ κατασβέσαι τὸν λύχνον, ὃ νῦν κοιμίσαι καὶ κατακοιμίσαι λέγουσι) : sed potest ut metaphorice dixerit Nic. κοιμίσαι, Phrynichus κατακοιμίσῃ, τὸν λύχνον.

III. ΣΕΙΡΗΝΕΣ.

Drama ἀδίδακτον secundum Athen. 6, p. 270, A.

1.

Athen. 3, p. 80, A : μὴ (an) δεῖ σῦκα προσφέρεσθαι μεσημβρίας.... Νιx. δ' ἐν Σειρῆσιν

Ἐὰν δέ γ' ἡμῶν σῦκά τις μεσημβρίας
τρώγων καθεύδῃ χλωρά, Πυρετὸς εὐθέως
ἥκει τρέχων, οὐκ ἄξιος τριωβόλου·
κᾆθ' οὗτος ἐπιπεσὼν (ἂν) ἐμεῖν ποιεῖ χολήν.

V. 2 legebatur πυρετὸς, quum personata dicatur Febris, ut apud Horatium Od. 1, 3, 30. De Romanorum veneratione Febris in tribus templis narrat Valer. Maximus 2, 5. Ælianus V. H. 12, 11 : ὅτι Ῥωμαῖοι ὑπὸ τῷ λόφῳ τῷ Παλλαντίῳ Πυρετοῦ καὶ νεὼν καὶ βωμὸν ἱδρύσαντο. Conf. Plin. H. N. 2, 7. Præivit hac via Hesiodus in Theogonia 211 seqq., Noctis et Eridis liberos προσωποποιῶν. De ἂν a me immisso v. annot. ad Dioclis Μελ. 1.

2.

Idem 6, p. 269, E : τῶν δὲ Μεταγένους ἐκ Θουριοπερσῶν μνημονεύσας καταπαύσω τὸν λόγον, μακρὰ χαίρειν εἰπὼν ταῖς Νικοφῶντος Σειρῆσιν, ἐν αἷς τάδε γέγραπται·

— Νιφέτω μὲν ἀλφίτοις
ψακαζέτω δ' ἄρτοισιν, ὑέτω τ' ἔτνει,
ζωμὸς διὰ τῶν ὁδῶν κυλινδείτω κρέα,
πλακοῦς ἑαυτὸν ἐσθίειν κελευέτω.

3.

Idem 9, p. 368, B : ἐπὶ ἡδύσματος ἡ παροψὶς κεῖται.... Νιx. Σειρ.

Ἀλλᾶς μαγέσθω περὶ ἕδρας παροψίδι.

Ita Bergkius Commentt. p. 425, quum libri habeant Ἄλλος. Meinck. : « Legendum ἄμης vel ἄμυλος (?) aut, quod Bergkius voluit, ἀλλᾶς. Idem hunc versum cum fragmento 2 conjungendum censet; certe non longo ab illis versibus intervallo dissitus fuit. »

IV. ΧΕΙΡΟΓΑΣΤΟΡΕΣ.

In hac comœdia Nic. operariorum, præsertim propolarum omnis generis, mores videtur ostendisse.

1.

Athen. 3, p. 126, E : τί ἐστιν, ὃ λέγει Νιx., ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητὴς, ἐν τοῖς Χειρογάστορσιν; ἐγὼ γὰρ καὶ τοῦτον εὑρίσκω μνημονεύοντα τῶν μύστρων, ὅταν λέγῃ

Μεμβραδοπώλαις, ἀχραδοπώλαις,
ἰσχαδοπώλαις, διφθεροπώλαις,
ἀλφιτοπώλαις, μυστριοπώλαις,
βιβλιοπώλαις, κοσκινοπώλαις,
ἐγκριδοπώλαις, σπερματοπώλαις.

Versu 1 Mein., probante Dindorfio, ἀχραδ. pro ἀκρατοπώλαις, quod ab ipsis numeris abhorret. V. 5 ἐγκριδ., cf. fragm. 8.

2.

Idem 14, p. 645, B : Ἐπιχύτων * Νικοχάρης (μνημονεύει) ἐν Χειρ.

Ἔχω μὲν ἄρτους, μᾶζαν, ἀθάρην, ἄλφιτα,
κόλικας, ὀβελίαν, μελιτοῦτταν, ἐπιχύτους,
πτισάνην, πλακοῦντας δενδαλίδας, ταγηνίας.

SIRENES.

1.

Si quis vero nostrùm ficus meridie
comedens recentes obdormit, Febris extemplo
occurrit, non trioboli,
et deinde hæc ingruens vomere facit bilem.

2.

— Ningat farinis,
stillent panes, pluat pulte,
jus per vias volvat carnes,
placenta se vesci jubeat.

3.

Botulus pugnet de sede paropsidi.

OPERARII.

1.

Venditoribus membradum, pirorum agrestium,
caricarum, perarum,
farinarum, cochlearium,
librorum, cribrorum,
placentarum, seminum.

2.

Habeo quidem panes, massam, pultem, farinas,
panes subcinericios, in veru tostum, mellitum, enchytos,
ptisanam, placentas ex hordeo tosto, in catino frictas.

Pro Νικοχάρης recte Mein. Νικοφῶν. Etym. M. p. 367, 32, Ἐπίχυτος : ὁ ἔγχυτος πλακοῦς. Νικοφῶν Χειρ. « Κόλικας, ὀβ., μελ., ἐπιχύτας (sic). » Versu 1 Porson. Ἔχω pro Ἐγώ, improbante Meinekio. De γ et χ confusis v. Bachmann. indice Lycophronis, Hermipp. Phorm. 1, 21, etc. V. 2 κόλικας (media producta), ut Aristoph. Ran. 538 : κόλικας ἔσπασας : nam sic legendum pro κόλικας κατέσπασας, κατ- orto e -κας syllaba vicina. Ceterum male libri utroque loco κόλλικας.

3.

Schol. Aristoph. Avium 1551, de diphrophoris : ταῖς γὰρ κανηφόροις σκιάδειον καὶ δίφρον ἀκολουθεῖ τις ἔχουσα. Ἑρμίππου Θεῶν.... Νικοφῶντος Χειρογαστόρων « * Γέννα ὁ οὗτος ὀλίγον ἄναγε ἀπὸ τῆς διφροφόρου! χρηστὸς εἶ καὶ κόσμιος. » Scribam

Γενναιοτέρως, ὦ οὗτος, ὀλίγον (ἂν) ἄναγε
ἀπὸ τῆς διφροφόρου! χρηστὸς εἶ καὶ κόσμιος.

Dobræus : Ὦ γεννάδα, σὺ δ' αὐτὸς ὀλίγον ἀνάγαγε. Quidam non decessisse videtur in via pedissequæ virginis canephoræ; a qua rusticitate nescio quis alium his verbis dehortatur.

4.

Athen. 9, p. 389, A : πολὺ δέ ἐστι τὸ ἐκτεινόμενον (scil. τὸ ι in πέρδικες) παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς... τὸ δὲ ζῷον ἐπὶ λαγνείας συμβολικῶς παρείληπται. Νικ. ἐν Χειρ.

— Τοὺς ἑψητοὺς καὶ τοὺς πέρδικας ἐκείνους.

5.

Pollux 4, 55, de αὐλήματι πτιστικῷ : καὶ Νικ. ἐν τοῖς Χειρ.

Ἀλλ' ἴθι, προσαύλησον σὺ νῷν πτισμῷ τινα!

Mendose libri πτισμὸν, quasi πτισμὸς diceretur cantilena pinsentium. Conjungenda προσαύλ. τινά.

6.

Antiatt. p. 89, 28, Δευτέριον οἶνον : Νικ. Χειρογάστορι (sic). « Idem alias dicitur δευτερίας : v. interpp. Hesychii v. Δευτερεῖα. Malim hic etiam δευτερίαν. » E M.

7.

Gramm. Bekkeri An. p. 455, 28 : Ἀσταφίδα καὶ ὀσταφίδα οἱ Ἀττικοί. Νικ. ἐν Χειρ. ὀσταφίδα εἴρηκεν. Cf. Athen. p. 105, B; 14, p. 658, A.

8.

Athen. 14, p. 645, E, Ἐγκρίδες : πεμμάτιον ἑψόμενον ἐν ἐλαίῳ, καὶ μετὰ τοῦτο μελιτούμενον. μνημονεύει αὐτῶν καὶ Ἐπίχαρμος, καὶ ἐν τοῖς Χειρ. Νικ. Dipnosophista fortasse respiciebat ad versum 5 fragmenti 1.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Pollux 3, 18 : ἀλλ' ἔστι τοὔνομα (παππεπίπαππος) δεινῶς ἰδιωτικὸν, καίτοι Φιλωνίδης (cod. Falckenb. Νικοφρῶν, i. e. Νικοφῶν) ὁ κωμικὸς αὐτῷ κέχρηται·

Νυνὶ δὲ Κρόνου καὶ Τιθωνοῦ παππεπίπαππος νενόμισται.

« Ejusdem commatis sunt λεπτεπίλεπτος apud Nicetam Chron. p. 247 Par., λεπτεπιλεπτότερος ap. Nicarchum Epigr. 16, κυβεπίκυβος ap. Theodoretum Therap. 6, p. 94, φαυλεπίφαυλος ap. Eust. ad Iliad. p. 437, 32, et Philem. Lex. p. 102 ed. Os.; nec discrepat δουλέκδουλος ap. Seleucum Athen. 6, p. 267, C, et Eust. ad Il. p. 1024, 40. » *Mein.* Potest ut uterque, Philonides et Nicophon, id nomen usurpaverint; idemque videtur nobis valere de locis similibus.

2.

Idem 6, 86 : ταῦτα δὲ, ὅσα κατὰ φιάλας ἀνεπέπτατο, καὶ κάναστρα (cod. κάνατρα) καλούμενα εὑρεῖν ἔστι παρὰ Νικοφῶντι τῷ κωμικῷ.

3.

Idem 2, 128 : καὶ διάρρησις, καὶ πρόρρησις, καὶ ἀρρησία παρὰ Ἀντιφῶντι. « Corrige Νικοφῶντι ex codice Jungermanni. » *M.*

4.

Antiatt. p. 113, 23, Σιγηλός : Νικ.

5.

Harpocr. p. 114, 23 : ἔστι τοὔνομα (κορδακισμός) καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ, ὡς παρὰ Νικοφῶντι.

6.

Philemon Lex. p. 220 : πολλάκις καὶ ἐπὶ πλή-

3.

Heus tu, urbanius paulum decede
sellam portanti! probus es et modestus.

4.

— Pisciculos coctos et perdices illas.

5.

Sed age, tibia nobis quædam accine pinsentibus!

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Nunc vero Saturni et Tithoni abavus et atavus habitus est.

θους φασὶ τὸ ὦ' τᾶν, ὡς παρὰ Κτησιφῶντι. Similiter schol. Platonis Bekker. p. 332, sed Suidas v. Ὦ τᾶν « ὡς παρὰ Νικοφῶντι, » quod probat Mein., laudans Ruhnkenium ad Tim. p. 282. Ctesiphontem poetam comicum haud novi.

7.

Photius p. 196, 5, Κωδωνοφορῶν : περιπολῶν καὶ ἐξετάζων, εἰ γρηγοροῦσιν οἱ φύλακες. οἱ γὰρ τὰς φυλακὰς ἐπισκοποῦντες κώδωνας εἶχον καὶ ἐφόρουν, ἵνα οἱ φυλάσσοντες ἀντιφθέγγωνται. οὕτως Νικ. Cf. Aristophanes indice.

8

Idem p. 535, 19, Σταφυλήν : τὸν ἐν τῷ στόματι κίονα. οὕτως Νικ.

XXXIII.

EUNICUS.

Tenuis memoria hujus poetæ comœdiæ veteris, cujus nomen aliquoties in Αἴνικος corruptum; v. Meinek. Hist. crit. p. 249 sq. Duæ quæ memorantur fabulæ Ἄντεια et Πόλεις, etiam Philyllio tribuebantur.

ANTEIA.

De Antea, quam quidam Sthenobœam vocant, v. Iliad. 6, Apollod. 2, 2. Hygin. Fab. 57, etc. Sed *meretricis* nomine inscriptam esse hanc fabulam refert Athen. 13, p. 567, C.

1.

Pollux 10, 100 : χύτρα καὶ φιλήματος εἶδος ἦν, ὁπότε τὰ παιδία φιλοίη τῶν ὤτων ἐπιλαμβανόμενα· ὑποδηλοῖ δὲ Εὔνικος ἐν Ἀντείᾳ,

Λαβοῦσα τῶν ὤτων (γε) φίλησον τὴν χύτραν.

Quod addidi γὲ inprimis metri molliendi gratia, ipsi quoque sententiæ convenit; sæpius vel casu excidit, vel temere nunc omissum, nunc inculcatum est a librariis : v. index noster Aristophanis h. v. « Fabula ab aliis Philyllio tribuebatur. De osculi genere χύτρα dicto Plutarchus De aud. cap. 2 : πολλοὶ τὰ μικρὰ παιδία καταφιλοῦντες αὐτοί τε τῶν ὤτων ἅπτονται, καὶ τούτοις ταὐτὸ (perperam libri τοῦτο. *Both.*) ποιεῖν κελεύουσιν, αἰνιττόμενοι μετὰ παιδιᾶς, ὅτι φιλεῖν δεῖ μάλιστα τοὺς διὰ τῶν ὤτων ὠφελοῦντας. (Quæ irridens) Clemens Alex. Strom. 5, p. 551, C : οὔκουν εἰκῇ τοῖς παιδίοις παρακελευόμεθα τῶν ὤτων λαμβανόμενα φιλεῖν τοὺς προσήκοντας. Plura Canterus attulit N. L. 6, 25. Eustath. ad Hom. p. 1880 : χύτραν ἔλεγον εἶδός τι φιλήματος, καθὰ καὶ θρεπτὸν, καὶ παιδάριον. » *E M.*

XXXIV.

PHILYLLIUS.

« Philyllius, Atheniensis, Dioclis et Sannyrionis æqualis, teste Suida v. Διοκλῆς, qui recte eum antiquæ comœdiæ poetis accenset v. Φιλύλλιος, siquidem jam ante Aristophanis Ecclesiazusas, h. e. ante olymp. 96, 4 (ante Chr. nat. 392) eum inclaruisse, e scholiaste Aristophanis Plut. 1195 intelligitur; quanquam, qui fabularum titulos consideraverit, non dubitabit quin ætas ejus ad mediæ comœdiæ tempora pertinuerit. Neque obstat orationis color, interdum a veterum et genuinorum Atticorum usu paulo alienior : velut quum dicit κατὰ χειρῶν (pro χειρὸς) δοῦναι, ἅλας pro ἅλς, ἀναλφάβητος pro ἀμάθητος γραμμάτων, βέδυ pro ἀήρ. Novator theatralis, omnium primus faces in scenam protulisse dicitur apud Strattidem in scholio ad Plut. 1195. Nomen insolens varie corruptum legitur Φιλλύλιος, Φιλλύδεος, Φιλύριος, Φιλαῖος, Φιλόλαος. » *E Mein.*, qui de singulis fabularum titulis docte disputat Hist. crit. Com. p. 259 sqq. Ineptum etymon ὕλλος pro ὕδρος; probabilius esset Φιλύλιος, *silvarum amans.*

I. ΑΙΓΕΥΣ.

De Ægeo, patre Thesei, Minoe altero, Minotauro, v. Apollod. 3, 14, Diod. Sicul. 4, 62, etc. Ægei nomine inscriptæ Sophoclis et Euripidis tragœdiæ perierunt.

1.

Stephanus Byzant. v. Γαλεῶται, p. 260 : γαλεὸς δὲ καὶ ὁ ἀσκαλαβώτης. Φιλύλλιος Αἰγεῖ,

Ὁ πάππος ἦν σοι γαλεὸς ἀστερίας ἴσως,

διὰ τὸ πεποικίλθαι παίζων. Legebatur : Ὁ π. ἦν μοι γ. ἀστερίας. ἴσως διαπεποίκιλται παίζων. De μ et σ confusis vide ad Thuc. 2, 20.

2.

Suidas, Ἀναλφάβητος : « ἀμάθητος γραμμάτων ἁπάντων καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος. » Verba Procopii, quod indicavit Kuster. Antiatticista p. 83, 18, Ἀναλφάβητος : Φιλ. Αἰγεῖ. Sequitur ap. Suidam Ἀνάλφιτον. Φιλ. Αἰγεῖ. Quod ex superiore glossa per errorem in hanc esse delatum probabilis conjectura est Meinekii.

ANTEA.

Auribus quidem prehensis osculare ollam.

ÆGEUS.

Avus fortasse tibi fuit stellio stellatus.

II. ΑΥΓΗ.

De Auge, Alei et Neæræ filia, Telephi matre, v. interpp. Apollodori 3, 9. Euripidis drama sic inscriptum desideratur.

1.

Athen. 9, p. 408, E : Φιλ. δ' ἐν Αὔγῃ κατὰ χειρῶν εἴρηκεν οὕτως·

Καὶ δὴ δεδειπνήκασιν αἱ γυναῖκες· ἀλλ' ἀφαιρεῖν
ὥρα 'στὶν ἤδη τὰς τραπέζας, εἶτα παρακορῆσαι,
ἔπειτα κατὰ χειρῶν ἑκάστῃ καὶ μύρον τι δοῦναι.

« Imitatur Platonem, Laconum fr. 1. » *Mein.*

2.

Idem 3, p. 110, F : γίνονται δὲ οἱ ἄρτοι οὗτοι (κόλλαβοι) ἐκ νέου πυροῦ, ὡς Φιλ. ἐν Αὔγῃ παρίστησιν·

Αὐτὸς φέρων πάρειμι πυρῶν ἐκγόνους τριμήνων,
γαλακτοχρῶτας, κολλάβους, θερμούς.

Quisquilias codicum præsertim recentium minusque probatorum, editionum, annotatorum, neque hic, neque in sequentibus, enotabo.

3.

Idem 11, p. 485, B, de poculo lepasta : Φιλ. Αὔγῃ·

— Πάντα γὰρ ἦν
μέστ' ἀνδρῶν καὶ μειρακίων πινόντων (ἄν), ὁμοῦ δ' ἄλλων
γρᾴδι' ἦν μεγάλαισιν οἴνου χαίροντα λεπασταῖς.

Versu 2 libri μετ' ἀνδρῶν μειρ. Correxit Jacobs. Additt. p. 262. V. 3 recte Dobræus γρᾴδι' ἦν pro γρᾳδίων.

Adde fragm. inc. 4, secundum Bergkii conjecturam.

III. ΔΩΔΕΚΑΤΗ.

« Hesych. Δωδεκάτη : ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣν Χόες (v. Aristoph. Acharn. 902, etc.) ἔλεγον. Fabularum a festis denominatarum exempla passim vidimus. » *E M.*

Pollux 10, 70 : ἀλλὰ μὴν καὶ μετρητὴν τὸν ἀμφορέα κεκλῆσθαί φησιν ἐν τῇ Δωδεκάτῃ Φ.

— Σοὶ μὲν οὖν τήνδ', ἀμφορεῦ,
δίδωμι τιμήν, πρῶτα μὲν τοῦτ' αὔτ' ἔχειν
ὄνομα μετρητὴν μετριότητος οὕνεκα.

IV. ΗΡΑΚΛΗΣ.

Athen. 4, p. 171, D : μνημονεύει αὐτῶν (τῶν προτενθῶν) καὶ Φερεκράτης ἐν Ἀγρίοις, καὶ Φιλ. ἐν Ἡρακλεῖ.

Βούλεσθε δῆτ' ἐγὼ φράσω, τίς εἴμ'; ἐγὼ
ἡ τῶν προτενθῶν Δορπία καλουμένη.

« Ipsam igitur Δορπίαν, quo nomine vespera diei Apaturiorum solennitatem præcedentis significabatur, ut personam induxerat poeta. Verosimile est, lautas in hac fabula institutas esse epulas, iisque Herculem, omnium heroum voracissimum, adhibitum. Ac constat, Athenienses Apaturiorum eo die, qui appellabatur Κουρεῶτις, Herculi libasse. Τῶν προτενθῶν autem vocat Δορπίαν propterea, quia homines gulæ dediti (τένθαι), non satis habentes ipsa Apaturiorum solennia laute transigere, jam profesto die convivari solebant, festi epulas velut præcipientes; a quibus tropice προτένθαι dicti sunt quincunque strenue nepotarentur : quemadmodum Ælianus apud Suidam v. Ἐπίκουρος Epicurum appellat προτένθην καὶ ὀψοφάγον. » *Mein.* Cf. ann. Arist. Nub. 1149.

AUGE.

1.

Sane cœnarunt mulieres, et tempus est
ut mensæ jam auferantur, dein ædes purgentur,
postea etiam unicuique unguenti quiddam manibus [infundatur.

2.

Ipse adsum, apportans frumentorum liberos trime- [strium,
lacteos panes, calidos.

3.

— Omnia enim erant
plena virorum et juvenum bibentium, unaque cum [aliis
aderant aniculæ, magnis gaudentes vini lepastis.

DUODECIMA (sive CHOES).

— Tibi quidem hunc, o amphora,
honorem defero, primum ut idem tu habeas
nomen cum metreta ob μετριότητα (mediocritatem).

HERCULES.

1.

Vultisne igitur me, quæ sim, dicere? Ego sum,
quæ epulas præcipientium Dorpia vocatur.

V. ΠΛΥΝΤΡΙΑΙ, ἢ ΝΑΥΣΙΚΑΑ.

« Plenum hunc dramatis titulum Suidas, cumque secuta Eudocia, servarunt. Πλύντριαι vero emendatio est Jungermanni ad Pollucem 7, 192, quod idem certatim viri docti restituunt scholiastæ Avium 1569, ubi vulgatur Φιλύριος ἐν ταῖς Πλυντηρίαις. Videtur ex prioribus poetæ fabulis fuisse, siquidem Læspodiam in ea perstrinxit. Argumentum ductum ex Odysseæ libro 6. » *E M*. Similiter inscriptam tragœdiam scripsit Sophocles : v. a nobis edita Fragmenta operum ejus p. 190-193.

Schol. Aristoph. Avium l. c. : τοῦτον δὲ τὸν Λαισποδίαν καὶ στρατηγῆσαί φησι Θουκυδίδης. .... μέμνηται δὲ αὐτοῦ ... Φιλύλλιος ἐν ταῖς Πλυντρίαις, ὡς φιλοδίκου.

VI. ΠΟΛΕΙΣ.

«Πόλεις, male ap. Suidam Πόλις vocata, passim laudatur, sed ita fere ut de scriptore fabulæ dubitatum esse appareat. Semel Athen. 3, p. 104, F, simpliciter dixit Φιλ. ἐν Πόλεσιν. Eodem titulo fabulas docuerunt Eupolis et Anaxandrides. » *E M*.

1.

Athen. 3, p. 86, E : Φιλύλλιος δὲ, ἢ Εὔνικος, ἢ Ἀριστοφάνης, ἐν Πόλεσι·

Πουλυπόδειον, σηπιδάριον, κάραβον, ἀστακὸν, ὄστρειον,
χήμας, λεπάδας, σωλῆνας, μῦς, πίννας, κτένας ἐκ Μυτιλήνης,
παρά τ' ἀνθρακίδας, τρίγλη, σαργὸς, κεστρεὺς, πέρκη, κορακῖνος.

« Scripsi v. 1 ὄστρειον pro ὄστρεον, qua forma non utuntur veteres Attici (neque versus eam admittit *Both.*). Photius : ὄστρεια σὺν τῷ ι μᾶλλον. Cf. Athen. 1, p. 92, E. Clausulæ spondaicæ exempla collegit Bergk. Commentt. p. 279. (Σηπῖδάριον, contractum ex σηπιδάριον. *Both.*) Versu 2 libri Μιτυλήνης, quod correxit Dind., pariter ac vitiosum αἴρετ' (pro παρά τ'). Versu 3 Athen. 3, p. 92, E : Φιλ. δὲ, ἢ ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας τὰς Πόλεις, φησὶ « χήμας, λεπ., σωλ., μῦς, π., κτένας ἐκ Μηθύμνης » (quæ est dittographia. *Both.*), et Clemens quidem Alexandr. Pæd. 2, cap. 1, eximie laudat κτένας Μηθυμναίους. De Mytilenes abundantia horum piscium v. Archestratus Athen. 3, p. 92, D. » *E M.*

2.

Idem 9, p. 381, A : Φιλ. τε, ἢ ὁ ποιήσας τὰς Πόλεις, φησὶν

— Ὅ τι ἂν τύχῃ
μάγειρος ἀδικήσας, τὸν αὐλητὴν λαβεῖν
πληγάς.

Similiter Eubulus apud Athen. eodem loco :

Ὅσ' ἂν ὁ μάγειρος ἐξαμάρτῃ, τύπτεται,
ὥς φασιν, αὐλητὴς παρ' ἡμῖν.

Etiam ap. Philyllium Meinek. malit ὁ μάγ.

3.

Pollux 10, 58 : καὶ πινακίδα δ' ἂν εὕροις ἐν ταῖς Φιλυλλίου Πόλεσιν. λέγει γέ τοι δωρίζων

Ἐκ τᾶς πινακίδος δ' ἀμπερέως, ὅ τί κα λέγοι
τὰ γράμμαθ', ἑρμήνευε.

Libri initio καὶ πινακίδας, quod correxi. Deinde Ἐς τὰς πινακίδας διαμπερέως, ὅτι κἂν λέγοι τὰ γράμματα ἑρμηνεύς. Bentl. Epist. ad Hemsterh. p. 54, ἐκ τᾶς πινακίδος ἀμπερέως, ὅ τι κἂν λ. τὰ γράμμαθ', ἑρμήνευε, quem Mein. secutus in ceteris recte edidit πιν. δ' ἀμπ. et ὅ τι κα.

4.

Idem ib. 126 : Φιλ. γὰρ ἐν ταῖς Πόλεσι καὶ τὸ ἱστουργικὸν ἐργαλεῖον σπάθην ὠνόμασεν, εἰπὼν

Σπαθᾶν τὸν ἱστὸν οὐκ ἔσται σπάθη.

Ita codex Falckenb. Vulgati ὠνόμασεν ἐπὶ τῶν σπαθώντων ἱστὸν οὐκ ἔ. σπ. Kuhnius ἐπὶ τὸ σπαθᾶν, Jungermann. ἐπὶ τῷ σπαθᾶν.

5.

Idem 7, 110 : ὁ δὲ τοὺς ἄνθρακας πιπράσκων ἀνθρακοπώλης. λέγει οὖν (Jungerm. γοῦν) Φιλ. ἐν Π.

Κοσκινοποιὸς, κηπεὺς, κουρεὺς,
ἀνθρακοπώλης.

CIVITATES.

1.

Polypum parvum, sepiolam, carabum, ostream,
chamas, patellas, solenes, mures, pinnas, pectines [Mytilenæos,
et prope foculos mullus, sargus, mugil, perca, cora- [cinus.

2.

— Quidquid forte
anius deliquit, tibicinem accipere
plagas.

3.

Ex tabula clare, quid dicant
litteræ, interpretare.

4.

Ad telam texendam non erit spatha.

5.

Cribrorum fabricator, hortulanus, tonsor,
carbonum venditor.

Ultima vox ex Bekkeri codicibus accessit.

6.

Idem ib. 108 : Φιλ. δὲ ἐν Π. δακτυλιουργὸν ὠνόμασε. « Scilicet, quem alii dixerunt δακτυλιογλύφον. » *M.*

7.

Athen. 4, p. 140, A : τῆς δὲ κοπίδος (cœnæ Laconicæ) μνημονεύει καὶ Ἀριστοφάνης ἢ Φιλύλλιος ἐν Πόλεσιν.

8.

Hesych., Λιχνοφυλάργυρος : ὁ λίχνος μὲν, φειδωλὸς δέ. Φιλόλαος Π. « Scribe Φιλύλλιος. Musurus λιχνοφιλάργυρος. Requiras potius λιχνοφειδάργυρος. »

VII. ΦΡΕΩΡΥΧΟΣ.

1.

Eustath. ad Odyss. 5, 249, p. 1533 : εὕρηται δὲ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὁ τόρος, καὶ ἐργαλεῖον φρεωρυχικὸν ἢ λιθοκοπικόν φασι σκεῦος, καὶ προάγουσι [καὶ] χρῆσιν Φιλυλλίου τινὰ (male libri τινὸς) ταύτην

Προὔδωκεν αὐτὸν ὁ τόρος· ἦν γὰρ ἀσθενής.

Librorum Προέδωκεν correxit Mein. Pollux 7, 192. Φιλυλλίῳ (immo Φιλυλλίου) γὰρ δρᾶμά τι ὁ Φρεωρύχος. τὸ δὲ φρεωρύχων ἐργαλεῖον παρ' αὐτοῦ καλεῖται τορεύς. « Nisi utraque forma diversis fabulæ locis usus est, scribendum τόρος. » *Mein.* Potest quoque, ut, quum in prima dramatis editione Phil. dixisset « Προὔδωκεν ὁ τορεὺς αὐτόν· ἦν γ. ἀ. », in altera maluerit τόρος, meliore sede versus collocatum.

2. 3.

Athen. 14, p. 640, D : Φιλ. ἐν Φρεωρύχῳ φησὶ περὶ τῶν δευτέρων τραπεζῶν, λέγων « Ἀμύγδαλα, κάρυα (p. 641, A, καρύδι'), ἐπιφορήματα. » Idem 2, p. 51, B, verbis poetæ petitis ex hac fabula, ut probabiliter conjicias, Φιλ. « ᾠὰ, κάρυα, ἀμυγδάλαι. » Scribamus

Ἀμύγδαλ', ᾠὰ, καρύδι', ἐπιφορήματα.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Clemens Alex. Strom. 5, p. 569, B = 673 Pott. : ἔμπαλιν δ' ὁ κωμικὸς Φιλ. βέδυ τὸν ἀέρα βιόδωρον ὄντα διὰ τούτων γινώσκει (malim sane ἀναγινώσκει, *agnoscit*, ut suum, ab se dictum,)

Ἕλκειν τὸ βέδυ σωτήριον προσεύχομαι,
ὅπερ μέγιστόν ἐστιν ὑγιείας μέρος,
τὸ τὸν ἀέρ' ἕλκειν καθαρὸν, οὐ τεθολωμένον.

2. 3.

Athen. 2, p. 63, A : Κοχλίας. Φιλ.

Οὐκ εἰμὶ τέττιξ, οὐδὲ κοχλίας, ὦ γύναι.

καὶ πάλιν

Μαινίδες, σκόμβροι, κοχλίαι, κορακῖνοι.

Posterior versus est, ni fallor, e trochæo et anapæsto hypercat. compositus. Meinek. pro anapæstico habet, ὀρφῶ vel tale quid post μαινίδες excidisse statuens.

4.

Pollux 7, 29 : προκυδίζειν δὲ Φιλ. εἶπε,

Τὸ κάταγμα κροκυδίζουσαν αὐτὴν κατέλαβον,

ὅπερ ἐστὶν « ἐκλέγουσαν τὸ τραχύ. » Bergkius Commentt. p. 428 αὐτὴν mutat in Αὔγην.

5.

Schol. Aristoph. Pluti 179 : περὶ δὲ τοῦ μεγέθους (Philonidis) Φιλύλλιός φησιν

Ἤ τις κάμηλος ἔτεκε τὸν Φιλωνίδην.

Minus commode libri Ἥτις etc. V. Hemsterh. Meineck. κάμηλον. Ceterum cf. Nicocharis Galat. 2.

6.

Pollux 6, 103 : λύχνου διμύξου τῶν κωμῳδῶν Φιλύλλιος μνημονεύει. Athen. 15, p. 700, F, ubi de λύχνῳ agitur, lacunoso loco affert verba hæc : σω καὶ θρυαλλίδ' ἦν δέῃ. Eas Philyllii versus reliquias esse recte vidit Schweighæus. ob hæc verba Epi-

---

PUTEI FOSSOR.

1.

Decepit eum terebra : erat enim debilis.

2.

Amygdala, ova, nuculæ, bellaria.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Sorbere me opto βέδυ (*aerem*) salutare,
quæ maxima pars est sanitatis,
ut sorbeas aerem purum, neque contaminatum.

2.

Non sum cicada, neque cochlias, o mulier.

3.

Mænides, scombri, cochliæ, coracini.

4.

Aspera lanarum eligentem eam inveni.

5.

Sane camelus aliqua peperit Philonidem.

tomæ : δίμυξόν φησι λύχνον Φιλύλλιος. Hinc Porsonus Adv. p. 140 ipsum versum sic supplevit :

Καὶ λύχνον δίμυξον οἴσω καὶ θρυαλλίδ', ἢν δέῃ.

Conf. Metagenis Φιλοθ. 3.

7.

Athen. 1, p. 31, A : φησὶ δὲ καὶ Φιλ.

Ὅτιὴ παρέξω Λέσβιον, Χῖον, σαπρὸν,
Θάσιον, Βίβλινον, Μενδαῖον, ὥστε κραιπαλᾶν
μηδένα.

Libri Ὅτι corrupto metro et μηδένα κραιπ. item ἀμέτρως transpositis verbis, lapsu haud raro in carminibus. Σαπρὸν, quod accessit ex cod. C, in ceteris fere obliteratum, dictum comice pro παλαιόν. Ὥστε κρ. μηδένα, ut nemo convivantium inebrietur, qui solet effectus esse vini recentis.

8.

Idem 15, p. 700, E, et Eust. ad Odyss. p. 1571, 5 : Φιλ. δὲ τὰς λαμπάδας δᾷδας καλεῖ.

9.

Pollux 2, 231 : καὶ ἐπιθυμήματα παρὰ Φ-ίῳ.

10.

Idem 6, 161 : ἡμίλουτος δὲ Κρατῖνος εἴρηκε, καὶ Φιλ. ἡμίπλεκτον.

11.

Idem 7, 31 : ἀπὸ πηνίου τὸ πηνίσασθαι. Φιλ. δὲ αὐτὸ εἴρηκεν.

12.

Photius p. 261, 3, Μετάκερας : τὸ εὔκρατον, ἢ τὸ ψυχρόν. Φιλ.

13.

Gramm. Bekkeri p. 381, 6, Ἅλα : ἀντὶ τοῦ ἅλας Φιλ. Sic Mein. pro ἅλες, annotans, Atticistas singulare ἅλς pro ἅλες damnasse. Quod habet Suidas, Ἅλω : ἀντὶ τοῦ ἅλες, eodem modo restituendum videatur; vel scribendum auctore Piersono ad Mœrin p. 17 : Ἀλῶ : ἀντὶ τοῦ ἀλέσω, quod Bernhardyus recepit. Aliam rationem secutus Mein. Hist. crit. Com. p. 259, maluit Ἅλας : ἀντὶ τοῦ ἅλες. « De hac forma, inquit, Chœroboscus Bekkeri Anecd. p. 1314 : τὸ ἅλας, τὸ οὐδετέρως λεγόμενον, ἐν τῇ συνηθείᾳ σπανίως εὕρηται [ἐν χρήσει, quod codex habet h. l., videtur adscriptum ab aliquo, qui explicaret verba ἐν τῇ συνηθείᾳ. Sic autem ista interpungunt : τὸ οὐδ. λεγ. ἐν τῇ συν., σπ. εὕρ. ἐν χρ. *Both.*] εὕρηται δὲ παρὰ Λυκάονι τῷ Τρωαδεῖ (?) οἷον « τὸ ἅλς (leg. ἅλας) εὐῶδες ἢ δυσῶδες ὀρύσσεται. » καὶ πάλιν « ἅλατος μέδιμνον. » Stephanus Byzant. v. Ἀλήσιοι, p. 97, B : ἔστι καὶ Ἀλήσιον πεδίον τῆς Ἠπείρου, ἵνα πήγνυται πολὺ ἅλας. Schol. Nicandri Ther. 692 : πάσον ἅλατι. Apud Nicetam vol. 1, p. 456 ed. Bekker. pro ἀλλαντοπῶλαι codex B habet ἀλατόπωλοι. Atque sic etiam pluralis in proverbio Ἅλασιν ὕει ap. Suidam v. Ἅλας θυμίτας, nisi id potius ἀλλᾶσιν scribendum est. »

XXXV.

POLYZELUS.

Polyzelus, Atheniensis, et ipse antiquæ comœdiæ poeta fuit (v. Δημοτυνδ. fr. 5), sed ad mediam vergentis. Præter Διονύσου et Μουσῶν γονὰς, quarum fragmenta supersunt, scripsit etiam Ἀφροδίτης, et si Eudociæ fides, Ἄρεως γονάς.

I. ΔΗΜΟΤΥΝΔΑΡΕΩΣ.

« In hoc dramate actum esse de populi Attici restitutione in integrum, suspicatur Kuhn. ad Pollucem 10, 76, e titulo conjecturam capiens, siquidem Tyndareum Æsculapii arte et consilio a mortuis resuscitatum ferunt. Hoc sumpto fabulam olymp. 94, 2 (ante Chr. nat. 402) actam putes, quo anno, everso triginta Tyrannorum dominatu, populi imperium restitutum est. De Tyndareo ab Inferis revocato Kuhn. laudat Lucianum De salt. 45, et Plinium H. N. 29, 1; potuit vetustiorem auctorem, Panyasin apud Sextum Empir. Adv. gramm. 1, 12, » etc. *E M.*

1.

Photius Lex. p. 613, 4, Τῶν τριῶν κακῶν ἕν· λεγόμενόν τι ἐστί. ... ταῦτα δὲ εἶναι λέγουσιν ἃ Θηραμένης (princeps triginta Tyrannorum) ὥρισε προστιμήματα. Πολύζηλος Δημοτυνδάρεῳ

Τριῶν κακῶν ἕν γ' οὖν ἑλέσθ' αὐτῷ τι πᾶσ' ἀνάγκη,
ἢ 'ς ξύλον ἐφέλκειν, ἢ πιεῖν κώνειον, ἢ προδόντα

6.

Et lucernam duobus ellychniis aptam
et ellychnium afferam, si est opus.

7.

Quia præbebo putens (*i. e. vetus*) Lesbium, Chium, Thasium, Biblinum, Mendæum, ut nemo crapula laboret.

DEMOTYNDAREUS.

1.

Trium igitur malorum ei necessario unum est accipiendum,
ut vel ad lignum trahatur, vel cicutam bibat, vel prodens

τὴν ναῦν ὅπως τάχιστα τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆναι.

Ταυτὶ τὰ τρία Θηραμένους, ἅσοι φυλακτέ' ἐστί.

Similiter Suidas v. Τῶν τρ. κακῶν. Hesych. Τῶν τριῶν ἕν : Θηραμένης ἐψηφίσατο τρεῖς τιμωρίας κατὰ τῶν παράνομόν τι δρώντων. Schol. Aristoph. Ran. 546 : δοκεῖ οὗτος (Theramenes) καὶ ταῦτα τὰ τρία ἐπιψηφίσασθαι ἐπὶ ζημίᾳ, ἢ δεσμεύεσθαι ἐν τῷ ξύλῳ, ἢ πιεῖν κώνειον, ἢ ἐκφυγεῖν. De tribus malis, proverbio dictis, laudatur Lobeck. Aglaoph. p. 740. Ceterum libri Τριῶν κ. γοῦν (Suidas Τρ. γοῦν κακῶν) ἣν ἕλ. αὐτῷ τι π. ἀν., in quibus Mein. desiderabat ἐν. Versu 2 libri ἢ ξύλον ἐφ. Προδόντα, prodentem i. e. prædæ dantem navigium, quod conscenderit, inimico vel judici persequenti, si id assecutus fuerit. V. 3 parum placet repetitum κακῶν, glossema illud fortasse adscriptum genuino δικῶν. V. 4 vulgo ταῦτ' ἔστι τρία Θηρ. Placuit Meinekii conjectura Ταυτὶ τὰ τρία Θ.

2.

Erotianus Lex. Hippocr. p. 130 Fr., Οἶνον αὐτίτην : τὸν ἀπαράχυτον, ὡς καὶ Πολ. ἐν Δημοτυνδάρεῳ φησιν,

Ἀπαθὴς γὰρ αὐτίτης τ' ἂν ἅπασιν ἐγένετο
Θεοξενίοις.

Scil. οἶνος. Athen. 1, p. 31, E : Πολύζηλος δὲ αὐτίτην καλεῖ οἶνον. Erot. mendose Ἀμαθὰ γ. αὐτίταν πᾶσί τε θεοξενίης ἐγένετο. Paulo melius Suidas ap. Eustachium (incertum quo loco), Ἀμαθῶς γ. αὐτίτις πᾶσί τε θεοξένοις ἐγ. De Theoxeniis, ludis Apollinaribus, v. ann. ad Pindari Ol. 3, et 7, Bœckh. Expl. Pindar. p. 194, Pausan. 7, 27, 4. Ἀπαθής, illæsus, non corruptus aqua.

3.

Etym. M. p. 343, 42, Ἐννεάκρουνος : κρήνη Ἀθήνησι παρὰ τὸν Ἰλισσόν, ἣ πρότερον Καλλιρρόη, ἧς καὶ [ἀφ' ἧς deleo] λουτρὰ ταῖς γαμουμέναις μετίασι. Π. Δημοτυνδάρεῳ · δὲ

Ἥξεις δ' ἐπ' Ἐννεάκρουνον, εὔυδρον ποτόν.

Apud gramm. vulgo Καλλ. ἔσχεν, de quo Mein. : « Verba πρότερον Καλλιρρόη ἔσχεν hemistichium sunt poetæ, ni fallor, Alexandrini, nisi forte Chœrili in Persicis. Callimachus fragm. 163 : ἐν Δίῃ, τὸ γὰρ ἔσχε παλαίτερον οὔνομα Νάξῳ. » Nihil hic poetici, sed forte orta, gliscente depravatione, ἐς και, ἐς κε, ἔσχε, ex ἧς καί, cui glossator aliquis allevisse videtur ἀφ' ἧς. Deinde quod post Δημοτυνδάρεῳ legitur δέ, ortum fuerit ex ὧδε. Librorum ἥξει ἐννεάκρουνον ἔνυδρον τόπον egregie correxit Mein.

4.

Pollux 10, 76 : καὶ τοῦτο (pelvim vomitoriam) λεκάνην ὠνόμαζον, ὡς Κρατῖνος ἐν Ὥραις (fr. 6) ἔφη ... Πολ. δὲ ἐν Δημ.

Τῷ λεκανίῳ γὰρ ἐναπονίπτεις πρῶτα μέν,
ἐνεξεμεῖς δ', ἐνεκπλύνεις, ἐναποπατεῖς,
ὦ Κλεινία.

Libri λεκ. γὰρ πρῶτον μὲν ἀπονίψεις, ἐν ἐξέμεις, ἐν ἐκπλύνεις, ἐν ἀποβάσεις Κυάνια. Inserui δέ, et dedi ἀπονίπτεις, ne unum futurum interturbaret præsentibus. Κλεινία Dobræus Adv. 1, p. 578. Bentleius Φανία, Elmsl. ad Acharn. 1110 Μανία.

5.

Schol. Luciani Tim. 3 : Πολ. δὲ ἐν τῷ Δημ. Φρύγα αὐτὸν εἶναι, εἰς τὸ βάρβαρον σκώπτων, φησί. Hyperbolum dicit : v. ejus nomine inscriptam fabulam Platonis.

II. ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΓΟΝΑΙ.

Pollux 10, 109 : ἢ που δὲ καὶ φρυγεὺς καὶ φρύγετρον, τὸ μὲν φρύγετρον Πολυζήλου εἰρηκότος ἐν Διονύσου γοναῖς « Οὗπερ αἱ χύτραι κρέμανται καὶ τὸ φρύγετρον (cf. Cephisodori Ὗς, 4). Senarium restitueris scribendo

Οὗπερ χύτρα κρέματαί τε καὶ τὸ φρύγετρον.

Culina dicitur. « De hoc loco dixit Leopardus Emend. 7, 3. » *Mein.* Idem Hist. crit. Com. p. 261, observat, omnes fabulas de deorum natalibus, si unius Hermippi Ἀθηνᾶς γονὰς excipias, mediæ comœdiæ scriptorum esse.

---

navem quam citissime se malis [*corr.* litibus] exsolvat.

Hæc sunt tria illa Theramenis, quæ te cavere oportet.

2.

Illæsum enim (vinum) et genuinum omnibus erat Theoxeniis.

3.

Venies ad Enneacrunon, salubrem potum.

4.

In pelvi enim primum abluis,
tum evomis, expurgas, ventrem exoneras,
Clinia.

BACCHI NATALES.

Ubi et olla pendet, et crates ferrea (*vel* rudicula).

III. ΜΟΥΣΩΝ ΓΟΝΑΙ.

1.

Etym. M. p. 352, 49, Ἐπάκριος Ζεύς : ἐπ' ἄκραις γὰρ τῶν ὀρῶν ἱδρύοντο βωμοὺς τῷ Διί, οἷον τοῦ Ὑμηττοῦ, τοῦ Παρνήθου (Πάρνηθος). Πολ. Μουσῶν γοναῖς

Ἱερὸν γὰρ ὃν τετύχηκας Ἐπακρίου Διός.

De verbo τυγχάνειν cum accusativo loco genitivi cf. Eupolis Prospalt. 3. Meinek. Ἱερεὺς γὰρ ὢν τ.

2.

Athen. 9, p. 370, F. Πολ. δὲ ἐν M. γ. κράμβας αὐτὰς (τὰς ῥαφάνους) ὀνομάζων φησὶν

Ὑψιπέταλοί τε κράμβαι συχναί.

Asynartetus ex eorum genere, qui constant duabus penthemimeribns iambicis, sed μείουρος (⏓|⏑–⏑⏑⏑ ⏓–⏑–). V. Aristoph. Av. 600, etc.

3.

Zenobius Proverb. 6, 50 :

Ὥσπερ τέτοκεν ἡμῖν (γε) Χαλκιδικὴ γυνή.

ταύτης (τῆς παροιμίας) Πολ. μέμνηται ἐν M. γ. ἐπί τινος πολλὰς θυγατέρας ἀπογεννώσης, ἐπειδὴ Χαλκίδα τῆς Εὐβοίας πόλιν φασί ποτε ἀνθῆσαι δόρασί τε καὶ πλήθει τετρώρων ἁρμάτων. οἱ δέ φασιν οὐ τὴν πόλιν, ἀλλὰ τὴν ἡρωίδα Χαλκίδα εἰρῆσθαι. Κόμβην γάρ φασι τὴν ἐπικληθεῖσαν Χαλκίδα, ἐπειδὴ ὅπλα χαλκᾶ ἐποιήσατο πρώτη, συνοικήσασαν ἀνδρὶ ἑκατὸν παίδων γενέσθαι μητέρα, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ τὰ Εὐβοϊκὰ συγγράψαντες, καὶ Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος. In versu vulgo Ὥσπερ Χαλκ. τέτ. ἡμῖν γυνή, in Proverb. Bodl. 956 ἡ γυνή. In verbis Χαλκίδα — ἁρμάτων facile agnoscas senarios nescio cujus poetæ :

Χαλκὶς δέ, φάσ', ἤνθησεν, Εὐβοίας πόλις,
δόρασί τε καὶ πλήθει (γε) τετρώρων ἁρμάτων.

De Combe, Asopi et Methonæ filia, Corybantum matre, propter ferri fabricam inventam dicta Χαλκὶς, Mein. laudat Diod. Sic. 4, 74, Nonn. Dion. 13, 135 seqq., Steph. Byzant. v. Χαλκίς, p. 751, Eustath. ad Il. 2, 542, schol. ad Il. 14, 291 ; nec probat scilicet istud ἑκατὸν, sed scribi jubet ἑπτά. Nonnus l. l. 147 :

Σῶκος ἁλιζώνοιο πατὴρ νοσφίσσατο πάτρης
Κόμβης ἑπτατόκου μετὰ μητέρος.

« Jam etiam clarius patescit, cur Pol. Musarum matrem cum Chalcide comparaverit, eos secutus scriptores (inprimis Epicharmum : v. Gyraldi Synt. 7, p. 260), qui septem Musas fuisse tradiderunt. » *E M.*

4.

Pollux 6, 168 : ὁ δὲ γυναικοφιλὴς ἐν ταῖς Πολυζήλου M. γοναῖς οὐ πάνυ ἀνεκτόν.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Schol. Venet. ad Aristoph. Plut. 550 : ὁ μὲν (Thrasybulus) ἀξιωματικὸς καὶ αὐθάδης· ὁ δὲ (Dionysius) μαινόμενος, καί, ὡς ἔοικεν, ἰχθυοπώλης. Πολ.

Ὁ μαινόμενος ἐκεινοσὶ Διονύσιος,
χρυσοῦν ἔχων χλίδωνα καὶ τρυφήματα,
κἂν τῷ μύρῳ, παρ' Ἀθηναίων μακαρίζεται.

Versu 2 cod. χραιδόνα. Correxit Dind. annotans, χλίδωνα et τρύφημα inter mundum muliebrem memorari ab Aristophane fragm. 309. V. 3 vulgo ἐν τῷ μ. Sed opus est καὶ particula, quo intelligatur, propter hæc omnia conjuncta, non solum propter unguentum quo delibutus erat, Athenienses invidisse Dionysio. Ἀθηναίων correpta diphthongo, ut in Ἀθηναίους ap. Pherecratem Γραυσὶ fr. 4.

2.

Pollux 2, 118 : καὶ πρᾳότερος, ὡς Πολ. ὁ κωμικός,

— Ἀλλ' οὐ πρᾳότερα τὰ φθέγματα,
οὐδὲ γλυκίονα.

Libri vitiose καὶ πρᾳοτέρους τὰ φθέγματα, ὡς Πολ. Verba οὐδὲ γλ. e codice Falckenb. addita. — Sed nunc ex optimo cod. Paris. Bekkerus edidit :

Ἀλλ' οὐ τρυγερὰ τὰ φθέγματ', οὐδὲ γλύξιδας.

MUSARUM NATALES.

1.

Sacrum enim forte assecutus es Jovis Montani.

2.

Altisque foliis raphani frequentes.

3.

Quemadmodum nobis (quidem) peperit Chalcidensis [mulier.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Insanus ille Dionysius
aureum habens monile et ornamenta,
propterque unguentum, felix prædicatur ab Atheniensibus.

2.

— Sed non placidiora verba,
neque suaviora.

XXXVI.

SANNYRION.

« Sannyrion, Atheniensis, Dioclis et Philyllii æqualis, teste Suida v. Διοκλῆς, fabulas docuisse videtur inde ab olymp. 93 (ante Chr. nat. 407 — 404), et, si ejus fuit Io fabula, quam archonte Hippodamante commissam esse ex monumento didascalico (Bœkh. Corp. inscriptt. 1, p. 353) discimus, vitam ultra olymp. 101, 2 (ante Chr. nat. 374) extendit. Propter gracilitatem ridetur a Strattide ap. Pollucem 10, 189 (ὅθεν καὶ Στράττις ἐν τῷ Κινησίᾳ τὸν Σαννυρίωνα διὰ τὴν ἰσχνότητα κάναβον καλεῖ), acerbius ab Aristophane, qui eum una cum Meleto et Cinesia, tenuissimis hominibus, ad Inferos, tanquam ἀδοφοίτην quendam seu legatum, missum esse fingit in Gerytade fr. 1; vicissim ille lacessitus a Sannyrione secundum schol. Platonis p. 331 Bekker. Suidas de fabulis ejus : δράματα αὐτοῦ ἐστὶ ταῦτα, Γέλως, Δανάη, Ἰώ, Ψυχασταί, ὡς Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς. Eudocia : Γέλως, Ἰνώ, Ἰώ, Σαρδανάπαλλος, Ψυχασταί. Quæ unde *Inonem* et *Sardanapallum* arripuerit nescio, *Psychastas* autem non dubito quin Suidas ex Athenæo 12, p. 551, C, negligentius inspecto assumpserit (περὶ δὲ τοῦ Σαννυρίωνος καὶ Στράττις ἐν Ψυχασταῖς,

Σαννυρίωνος σκυτίνην ἐπικουρίαν).

Alius procul dubio Sann. est is, quem Ælianus V. H. 13, 14, in bardorum hominum numero, simul cum Corœbo, Meletide, aliisque, commemorat, Comicorum sale et ipsis conspersis. Denique Mimum cognominem habemus apud Alciphronem 3, 55, ubi cf. Berglerus. » *E M.*

I. ΓΕΛΩΣ.

1.

Harpocr. v. Πέλανος, p. 149, 25 : λέγεται δὲ πέμματά τινα τοῖς θεοῖς γινόμενα ἐκ τοῦ ἀφαιρεθέντος σίτου (exempti in usum sacrificiorum frumenti, ne cum reliquo excutiatur in area) ἐκ τῆς ἅλω. Σαννυρίων δ' ἐν Γέλωτί φησι

— Πέλανον καλοῦμεν ἡμεῖς οἱ θεοί,
ἃ καλεῖτ' ἀσέμνως ἄλφιθ' ὑμεῖς οἱ βροτοί.

Sannyrionis nomen addidit Maussacus. Πέλανον, libum. Mein. bene ἃ καλεῖτ' ἀσέμνως pro ἃ καλεῖτε σεμνῶς, quod ineptum. Ἀσέμνως, *profane*, communi nomine.

2.

Athen. 7, p. 286, C, de batide, pisce delicato e rajarum genere (v. Aristoph. Vesp. 495), disserens : Σανν. δ' ἐν Γ.

Ὦ βατίδες, ὦ γλαύκων κάρα!

Γλαῦκος piscis, de quo Plin. H. N. 9, 16, etc., cf. Cratini Incert. 12. Hujus generis caput expetitum fuerit præ reliquo corpore, ut hodie cyprini.

3.

Idem 12, p. 551, C : περὶ δὲ Μελήτου αὐτὸς ὁ Σανν. ἐν Γ. λέγει οὕτως

— Μέλητον, τὸν ἀπὸ Ληναίου νεκρόν.

De Meleto, tragico, sed νεκρῷ, i. e. tropice *occiso*, exploso, velut ejecto e certaminibus poeticis Lenæorum, v. Aristoph. Ran. 1231. Ceterum cf. Acharn. 468, etc., Ran. 396 (ἐν τοῖς ἄνω νεκροῖσι). Concise dictum.

4.

Pollux 10, 185 : καὶ γῆν κεραμῖτιν εἴποις ἄν, καὶ γῆν κεραμίδα, ἤ, ὡς Σανν. ἐν Γ.,

— Κεραμικὴν γαῖαν στρέφων.

Στρέφων, rota figulari *circumagens*.

5.

Harpocr. p. 130, 23, Ναύκληρος : καὶ ἐπὶ τοῦ μεμισθωμένου ἐπὶ τοῦ τὰ ἐνοίκια ἐκλέγειν [ἢ οἰκίας, ἢ συνοικίας], ὡς δηλοῖ... καὶ Σανν. Γ., καὶ Δίφιλος Ἐμπόρῳ. Ναύκληρος quum h. l. non significet, ut alias, dominum ædium, sed ejus vicarium, conductum, ut mercedes habitationum annuas exigat, apparet, aliena esse verba quæ uncis inclusi.

6.

Pollux 9, 26 : πολιτοκοπεῖν, πολιτεύεσθαι, πολιτοκοπία, ὡς Σανν. ἐν Γ. Perverse libri πολιτεύεσθαι, πολιτοκοπεῖν, siquidem hoc illo explicatur, non contra.

7.

Schol. Platonis Bekker. p. 331 : Ἀριστώνυμος δ'

RISUS.

1.

— Πέλανον dicimus nos dii,
quas vos mortales dicitis profane farinas.

2.

O batides! o glaucorum caput!

3.

— Meletum illum, Lenæis mortuum.

4.

Figularem terram versans.

5.

Mercedis ædium exactor.

ἐν Ἡλίῳ ῥιγοῦντι, καὶ Σανν. ἐν Γ., τετράδι φασὶν αὐτὸν (Aristophanem) γενέσθαι, διὸ τὸν βίον κατέτριψεν ἑτέροις πονῶν. οἱ γὰρ τετράδι γεννώμενοι πονοῦντες ἄλλοις καρποῦσθαι παρέχουσιν.

II. ΔΑΝΑΗ.

1.

Schol. Eur. Orest. 269, ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ] κεκωμῴδηται ὁ στίχος διὰ Ἡγέλοχον τὸν ὑποκριτήν. οὐ γὰρ φθάσαντα διελεῖν τὴν συναλοιφὴν, ἐπιλείψαντος τοῦ πνεύματος, τοῖς ἀκροωμένοις τὴν γαλῆν δόξαι λέγειν τὸ ζῷον, ἀλλ' οὐχὶ τὰ γαληνά. πολλοὶ μὲν οὖν διέπαιξαν αὐτὸν τῶν κωμικῶν... καὶ Σανν. ἐν Δανάῃ

Τί ἂν γενόμενος εἰς ὀπὴν ἐνδύσομαι;
Φέρ', εἰ γενοίμην (ὡς γενοίμην ἂν,) γαλῆ;
ἀλλ' Ἡγέλοχος οὗτός με μηνύσειεν ἂν,
ὁ τραγικὸς, ἀνακράγοι τ' ἂν εἰς ἐχθροὺς μέγα
« Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ! »

Schol. Arist. Ran. 303 : τοῦτον δὲ (Hegelochum) καὶ ὡς ἀτερπῆ τὴν φωνὴν Πλάτων σκώπτει καὶ Στράττις (Ἀνθρωπ. fr. 1). καὶ Σανν. δὲ ἐν Δανάῃ « Τίς ἂν γεν. etc. » quod minus placet. Cod Ven. Τί οὖν. V. 2 libri φ., εἰ γενοίμην γαλῆ, forte omissis, ut mihi videbatur, similibus. Lacunæ signa posuit Mein. V. 3 « οὗτος, quod vulgo v. 4 post ἀνακράγοι τ' ἂν legitur, huc retraxi, præeunte Bergkio Commentt. p. 430, et in fine versus addidi ἄν. » *E M.* Cod. Ven. μ' ἐμήνυειν.

2.

Schol. Aristoph. Ran. 367 : τοῦτο εἰς Ἀρχῖνον· μήποτε δὲ καὶ εἰς Ἀγύρριον. μέμνηται δὲ τούτων καὶ Πλάτων ἐν Σκευαῖς (fr. 6) καὶ Σ. ἐν Δ. οὗτοι γὰρ προϊστάμενοι τῆς δημοσίας τραπέζης, τὸν μισθὸν τῶν κωμῳδῶν ἐμείωσαν κωμῳδηθέντες.

III. ΙΩ.

Athen. 6, p. 261, F : καὶ Σανν. Ἰοῖ (sic Elmsleius et Mein. pro Ἠοῖ)

φθείρεσθ', ἐπίτριπτοι ψωμοκόλακες!

XXXVII.

DEMETRIUS.

« Apud Diogenem Laert. 5, 85, inter alios poetas Demetrios commemoratur etiam ὁ ἀρχαίαν κωμῳδίαν* πεποιηκώς (hoc insolenter dictum est pro ἀρχαῖος κωμικὸς, vel κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, vel simpliciter τῆς ἀρχ. κωμῳδίας, quæ alias leguntur. Scribamus ὁ ἀ. κ. πεπατηκὼς, *qui antiquam comœdiam tractavit*, exercuit. *Both.*) ac confirmant hoc sane quos e Sicilia, Demetrii fabula, versus servavit Athen. 3, p. 108, F, in quibus versibus quum Artus, Messapiæ regulus, commemoretur, qui Athenienses manu jaculatorum sustentavit in bello Siculo (Thuc. 7, 33, Suid. v. Ἄρτος), facile quis illam fabulam olymp. 92 (ante Chr. nat. 411-408) actam esse statuat. Enimvero, aliquanto serius id factum esse, ex alio ejusdem dramatis fragmento Etym. M. p. 335, 18, et apud Hesychium v. * Ἐμπήρους intelligitur, quod non potuit scribi ante olymp. 97 (ante Chr. nat. 403. — 400). Hactenus igitur nihil vidimus, quod Demetrium antiquis Comicis accenseri prohibeat. At gravissimam dubitationem movet alius Demetrii locus ap. Athen. 9, p. 405, E, ubi coquus gloriator inter alia hæc de se prædicat :

ἀβυρτακοποιὸς παρὰ Σέλευκον ἐγενόμην,
παρ' Ἀγαθοκλεῖ δὲ πρῶτος εἰσήνεγκ' ἐγὼ,
τῷ Σικελιώτῃ, τὴν τυραννικὴν φακῆν.

Quæ quum propter Seleuci et Agathoclis mentionem prodant scriptorem, qui ultra olymp. 118 (ante Chr. nat. 307-304) vitam produxerit, non sane dici potuerunt ab eodem poeta, qui jam olymp. 94, vel paulo serius, fabulas in certamen commiserat. Itaque nihil relinqui video, nisi, ut duos diversos Demetrios sumamus, alterum veteris, alterum novæ, comœdiæ poetam. In eadem sententia est Clintonus Fast. Hell. p. 190 Kr. » *E M.*

ΣΙΚΕΛΙΑ.

1.

Athen. 3, p. 108, F, de Arto : μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Δημήτριος ὁ κωμῳδιοποιὸς, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Σικελίᾳ, διὰ τούτων·

DANAE.

1.

Quidnam factus in foramen irrumpam?
Quid, si fiam (utcumque fiam) felis?
at Hegelochus iste me indicaret
tragicus, clare acclamans inimicis :
« Post fluctus enim rursus felem video. »

IO.

Pereatis, detestabiles catillones!

Abyrtacopœus apud Seleucum factus sum,
et apud Agathoclem Siculum primus ego
introduxi regiam lentem.

Ἐκεῖθεν εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀνέμῳ νότῳ
διεβάλομεν τὸ πέλαγος εἰς Μεσσαπίους,
Ἄρτος δ' ἀναλαβὼν ἐξένιζ' ἡμᾶς καλῶς,
ξένοις δὲ χαρίεις ἦν τε καὶ λαμπρὸς μέγα.

Versu 1 ABP κεῖθεν, VL κἀκεῖθεν. Probabiliter Mein. Ἐκεῖθεν. V. 3 pro Ἄρτος antiquiores libri vitiose αὐτός. Ibid. Meinek. ἐξένισεν, cum cod. P.; ἐξένιζεν AB. Versu 4 AP ξένος γε (B δὲ) χαρ. ἦν ἐκεῖ μέγας καὶ λαμπρὸς, nec melius editi. Ξένος ταυτολογεῖ juxta ἐξένιζε. Λαμπρὸς μέγα posui, ut ap. Æschylum Ag. 1157, καταγελωμένην μέγα, etc. Dobræus Adv. 2, p. 302, hunc versum alii interlocutori tribuit sic scriptum :

Ξένος γε χαρίεις· ἦ μέγας καὶ λαμπρὸς ἦν.

2.

Etym. M. p. 335, 17, Ἔμμηροι : οἱ ἐπὶ ἐνεχύρῳ (sic Mein. pro ἐνέχυρα) διδόμενοι φιλίας. Δημ. ἐν Σικελοῖς (sic) « Λακεδαιμόνιοί θ' ἡμῶν τά τε τείχη κατέλαβον, καὶ οὓς ἔλαβον ἐμμήρους. » Hesych. Ἐμπήρους (sic) : Δημ. Σικελίᾳ « Λακεδαιμόνιοι μήθ' ἡμῶν τὰ τ. κατέβαλον, καὶ τὰς τριήρεις ἔλαβον ἐμμήρους, ὅπως μηκέτι θαλαττοκρατοῖντο Πελοποννήσιοι. » ἔμπηροι οὖν οἱ ἐν ὁμηρείᾳ ὄντες. Mein. et hoc et sequente loco Hesychii malit ἐνομήρεις ὄντες, ἐν. ὄντας. Hesychius alio loco, Ἐμμήρους : ἐν ὁμηρείᾳ ὄντας (cod. ἐνομηρειειον ὄντας). Scribam

Λακεδαιμόνιοί θ' ἡμῶν τά τε τείχη κατέβαλον,
καὶ τὰς τριήρεις ἔλαβον ἐμμήρους, ὅπως
μηκέτι θαλαττοκρατοῖντο Πελοποννήσιοι.

3.

Ælianus V. H. 12, 10 : Δημ. ἐν Σικελίᾳ τῷ δράματι μέμνηται, ὅτι καὶ τῇ πυγῇ λαλοῦσιν αἱ τρυγόνες. H. e., quod ait Aristoteles H. A. 9, 36, 5, ἴδιον δ' ἐνίοις συμβαίνει τῶν ὀρνιθίων τὸ ἀποψοφεῖν, οἷον καὶ ταῖς τρυγόσι. Versus sic habuerit :

Ὅτι τῇ (γε) καὶ πυγῇ λαλοῦσ' αἱ τρυγόνες.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Athen. 2, p. 56, A : Φάσηλοι. Λακεδαιμόνιοι... διδόασι τραγήματα σῦκα ξηρὰ, καὶ κυάμους, καὶ φασήλους χλωρούς. Ἱστορεῖ Πολέμων... Δημ.

Ἢ σῦκον, ἢ φάσηλον, ἤ τοιοῦτό τι.

2.

Stobæus Floril. 2, 1, in titulo Περὶ κακίας. Δημητρίου.

Σφόδρ' εὐάλωτόν ἐστιν ἡ πονηρία
εἰς γὰρ τὸ κέρδος μόνον ἀποβλέπουσ' ἀεὶ
ἀφρόνως ἅπαντα καὶ προπετῶς συμπείθεται.

Libri v. 2 ἀποβλέπουσα (A cod. ἀποβλέπουσιν) sine ἀεὶ, et v. 3 ἀπαντᾷ. Illud Grotius correxit, hoc Valck. apud Gaisfordium.

XXXVIII

APOLLOPHANES.

« Hic, etiam ipse antiquæ comœdiæ poeta, testibus Suida v. Ἀπολλοφάνης et Eudocia, fortasse idem est Apollophanes, quem in Cinesiæ sodalibus numerat Lysias ap. Athen. 12, p. 551, F, diversum ab illo, de quo Harpocratio p. 140, 20. Strattidis fere æqualis. Dramata ejus commemorantur, Δαλὶς, Ἰφιγέρων, Κρῆτες, Δανάη, Κένταυροι. » *E Mein.*, quem v. Hist. crit. Com. p. 266 seq.

I. ΔΑΛΙΣ.

1.

Athen. 3, p. 114, F, καὶ κρίνον καλούμενον σχῆμα χορικῆς ὀρχήσεως παρ' Ἀπολλοφάνει ἐν Δαλίδι. Mein. : « Nomen hoc proprium mulieris fuisse, ostendit Δαλίδος, τῆς Κερκυραίας γραμματικῆς, mentio apud schol. ad Hom. Iliad. 18, 483. »

2.

Idem 11, p. 467, F, postquam egit de δίνῳ poculo (v. Aristoph. Vesp. 596), sic pergit : ἔστι

SICILIA.

1.

Inde Italiam versus vento Noto
mare trajecimus ad Messapios :
Artus autem nos excepit laute,
hospitibusque valde amabilem splendidumque se [præbuit.

3.

Lacedæmoniique et muros nobis dejecerunt,
et triremes oppigneratas ceperunt,
ne in posterum mari vincerentur Peloponnesii.

3.

Quoniam et ano (quidem) turtures garriunt.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Vel ficum, vel phaseolum, vel ejusmodi aliquid.

2.

Facillime capi potest improbitas :
quippe nonnisi lucrum usque spectans
temere et inconsulte ad omnia adducitur.

καὶ γένος ὀρχήσεως, ὡς Ἀπ. ἐν Δαλίδι παρίστησιν οὑτωσί

Δῖνός τε δεινὸς, καὶ καλαθίσκος οὑτοσί.

Codex A Δεῖνος τι δεινος (sine accentu) κ. κ. ο. Hermannus Δῖνός γε δεινός. Vulgo δεῖνος τὶς δεινός. De καλαθίσκῳ, quod et ipsum fuit saltationis genus, Schweigh. laudavit Athen. 14, p. 629, F, et interpp. Hesychii v. Καλαθίσκος.

II. ΙΦΙΓΕΡΩΝ.

1.

Schol. Venet. Aristoph. Pacis 542: ἐν ὀξυβάφοις χαλκοῖς τὰ ὑπώπια ἀνατρίβοντες, ἢ τοιούτοις τισὶν, ἀφανῆ ποιοῦσι. καὶ (malim ποιοῦσιν ὡς) Ἀπ. ἐν Ἰφιγέροντι

Κύαθον λάβοιμι τοῖς ὑπωπίοις.

Similiter, sed omisso titulo, Suidas v. Ὑπωπιάζειν.

2.

Harpocr. p. 5, 9: Ἀδελφίζειν: ἀδελφὸν καλεῖν, παρ' Ἰσοκράτει,... καὶ Στράττιδι ἢ Ἀπολλοφάνει ἐν Ἰφ. Respexit Photius p. 8, 15, Ἀδελφίζειν: τὸ ἀδελφόν τινα πυκνῶς καὶ θεραπευτικῶς καλεῖν. οὐ μόνη (μόνον) ἡ κωμῳδία, ἀλλὰ καὶ οἱ ῥήτορες τῇ λέξει ταύτῃ χρῶνται.

III. ΚΡΗΤΕΣ.

1.

Athen. 3, p. 75, C: καὶ τὰς μυρρίνας δὲ φιβαλέας λέγουσιν, ὡς Ἀπολλοφάνης ἐν Κρησὶ

— Πρώτιστα δὲ
τῶν μυρρινῶν ἐπὶ τὴν τράπεζαν βούλομαι,
ἃς διαμασῶμ', ὅταν τι βουλεύειν δέῃ,
τὰς Φιβάλεως δὲ πάνυ καλὰς στεφανωτρίδας.

Legebatur Ἀντιφάνης, quod correxit Porson. auctore Etymologo M. p. 793, 25: Φιβάλεως (?), γένος συκῆς. λέγουσι δὲ οὕτω καὶ τὰς μυρρίνας. Ἀπολλοφάνης. Cf. Phot. p. 646, 22. « Versu 4 legebatur τασδὶ φιβάλεως. AB τὰς δὲ φιβ. Scripsi igitur τὰς φιβ. δέ. » *Mein.* Vellem vir doctus explicuisset τὸ φιβάλεως, quod si pro accusativo plur. habuit, vix usitatum est, quidquid dicit schol. Arist. ad Acharn. 757. Scribendum potius Φιβαλέας, Phibalenses (μυρρίνας), vel Φιβάλεως. Acharn. l. l.: φιβάλεως (immo Φιβ.) ἰσχάδας, ubi schol.: τόπος Μεγαρίδος· ἄλλοι Ἀττικῆς. ἀμφιβάλλεται γάρ. Ficuum ferax fuit illa regio secundum Hesychium et Suidam.

2.

Idem 11, p. 485, E, de λεπαστῇ disserens: Ἀπ. δὲ

Καὶ λεπαστά μ' ἁδύοινος εὐφρανεῖ δι' ἁμέρας.

Libri καὶ λεπαστὰν δ' ἀδύοινον εὐφραίνει δι' ἡμέρας. Recte Porsonus λεπαστά μ' ἁδύοινος εὐφρανεῖ, Mein. ἁμέρας, item dorice.

3.

Hesych. Θεοὶ ξενικοί: παρ' Ἀθηναίοις τιμῶνται, οὓς καταλέγει Ἀπ. ἐν Κρησίν. « Ex hoc deorum genere fuerunt Attis, Adonis, Sabazius, Horus, Hyes, alii: v. Lobeck. Aglaoph. p. 628. Quæ habet Photius p. 616, 15, Ἀριστοφάνης δὲ ξυγκαταλέγει ξενικοῖς θεοῖς τὸν Ὕην (cf. Aristoph. Incert. 40), ad *Apollophanem* potius pertinere suspicatus sum Hist. crit. Com. p. 267. Cf. Dindorfii Fragm. Aristoph. p. 478. » *E M.*

4.

Photius p. 281, 19, Μυσιχάρφης: ὄνομα Μυσιχάρφους· οὗ μνημονεύει Ἀπ. ἐν Κρ. Hesych. v. Μυσίχαρφι: ὄνομα γάρ ἐστι Μυσίχαρφος, οὗ μνημονεύει καὶ Ἀπ. ὁ κωμικός. ὥς τινες δὲ, τὸν Ἀρχίμαχον. Cf. Cratini Hor. 12.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

« Ælianus Hist. anim. 6, 51, fabulam narrat de remedio senectutis, Jovis beneficio hominibus impertito, quod quum illi asino ferendum imposuissent, eum id serpenti, fontis custodi, pro potu concesso dedisse. Οὐκοῦν, inquit, ἀντίδοσις γίνεται· καὶ ὁ μὲν πίνει, ὁ δὲ τὸ γῆρας ἀποδύεται, προσεπιλαβὼν, ὡς λόγος, τὸ τοῦ ὄνου δίψος. Paucisque interpositis hæc narrata esse dicit quum ab aliis, tum ab Apollophane comico. » *Mein.* Inepta sunt verba προσεπιλαβὼν τὸ τοῦ ὄνου δίψος. Ap. dixerit ἀπο-

---

DALIS.

2.

Et vortex (δῖνος) mirus est, et hic calathiscus (*saltationis genera, ut in fr.* 1, Lilium, *choricæ saltationis genus*).

IPHIGERON.

1.

Cyathum adhibuerim sugillatis.

CRETENSES.

1.

— Primum autem
myrta quædam mensæ imponi volo,
quæ comedam, si quid deliberandum fuerit,
et Phibalis venustissimas myrtos coronarias.

2.

Et lepasta dulcis vini plena me lætificabit interdiu.

δύεταί πως, ἀπολαβών... τὸ τοῦ ὄ. δ. Confusa πρὸς et πῶς etiam apud Æschylum et Thucydidem.

2.

Photius p. 624, 21, Ὑπετέθυπτο: ὑπεκαίετο καὶ κέκνιστο. Ἀπ. Apollophanis nomine omisso, Etym. M. p. 780, 24, ubi legitur ἐκέκνιστο.

XXXIX.

CEPHISODORUS.

« Poeta hic quoque veteris comœdiæ (v. Suid., Eudocia p. 270): vicit enim olymp. 94, 3 (ante Chr. nat. 401). Anonymus apud Lysiam Ἀπολογ. δωροδ. p. 699 Reisk.: ἐπὶ δὲ Εὐκλείδου ἄρχοντος κωμῳδοῖς χορηγῶν Κηφισοδότῳ (recte Clintonus Fast. Hellen. p. 95 Κηφισοδώρῳ) ἐνίκων, καὶ ἀνήλωσα σὺν τῇ τῆς σκηνῆς ἀναθέσει ἑκκαίδεκα μνᾶς. Aliud ætatis indicium suppeditat titulus fabulæ Ἀντιλαΐς inscriptæ, i. e. Æmula Laidos (quæ intelligenda est prior duarum, Aristippi amasia: v. Strattis Maced. 5. *Both.*). Quattuor ejus fabulæ commemorantur; *Antilaidis* nomen solum relictum. » *E M.*

I. ΑΜΑΖΟΝΕΣ.

1.

Photius Lex. p. 337, 19, Ὄνος ὕεται: ἐπὶ τῶν μὴ ἐπιστρεφομένων. Κηφισόδωρος Ἀμαζόσι

Σκώπτεις μ', ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος ὕομαι.

Sic etiam Suidas v. Ὄνος ὕομαι.

2.

Athen. 14, p. 629, C: τὴν δ' ἀπόκινον καλουμένην ὄρχησιν, ἧς μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει, καὶ Κηφ. ἐν Ἀμαζόσιν, ὕστερον μακτρισμὸν ὠνόμασαν.

II. ΤΡΟΦΩΝΙΟΣ.

1.

Athen. 12, p. 553, A: ἔθος δ' ἦν Ἀθήνησι καὶ τοὺς πόδας τῶν τρυφώντων ἐναλείφειν μύροις, ὡς Κηφ. μὲν ἐν Τροφωνίῳ

α. Ἔπειτ', ἀλείφεσθαι τὸ σῶμά μοι, πρίω
μύρον ἴρινον· καὶ ῥόδινον ἄγαμαι, Ξανθία·
καὶ τοῖς ποσὶν χωρὶς πρίω μοι βάκχαριν.

Et 15, p. 589, F, ubi de unguentorum usu disserit: καὶ Κηφ. ἐν Τροφ. « Ἔπ. ἀλ. πρίω τὸ σῶμά μοι... πρίω χωρίς μοι βάκχαριν.

β. Ὦ λακκόπρωκτε, βάκχαριν τοῖς σοῖς ποσὶν
ἐγὼ πρίωμαι; λαικάσομ' ἄν, εἰ βάκχαριν! »

Εἰ βάκχαριν, scil. πρίαμαι, quasi dicat « Peream, si baccharin tibi emo! » Recte enim Dobr. Adv. 2, p. 353, obscœne dictum λαικάσομαι, ut Strato Phœnic. 36, οὐχὶ λαικάσει; metaphorice interpretatur *potius quidvis patiar* (v. Catull. 16). Libri vitiose λαικὰς ὁμαραβάκχαριν, nec multo melius Coraes apud Schweigh. λαικάσομ' ἄρα βάκχαριν, Mein. λ. ἄρα. βάκχαριν; Ν et ρ, itemque α et ει, passim confusa. De *baccharis* radice cinnamomum olente Plinius 21, 6; cf. Virg. Eclog. 4, 19; 7, 27. Ceterum v. Epilycus Κωρ. 4.

2.

Pollux 7, 87, de sandaliis agens: καὶ Κηφ. Τροφ.

— Σανδάλια τῶν λεπτοσχιδῶν,
ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα·
νῦν δ', ὥσπερ ἡ θεράπαιν', ἔχω περιβαρίδας.

Respexit Clemens Alex. Pæd. 2, p. 240 Pott.: αἰσχρὰ γοῦν ἀληθῶς τὰ σανδάλια ἐκεῖνα, ἐφ' οἷς ἐστι τὰ χρυσᾶ ἄνθεμα. De sandaliis v. Vossii Epist. mythol. 1, p. 108; de λεπτ. Phrynich. Bekk. p. 49, 25. Versu 23 Meinck. ὥσπερεὶ θερ.

3.

Athen. 15, p. 667, D: ὅτι δὲ ἆθλον προὔκειτο τῷ εὖ προεμένῳ τὸν κότταβον (de quo ad Aristoph. Pac. 341) προείρηκε μὲν καὶ Ἀντιφάνης (scrib. Ἀριστοφάνης: v. ann. ad Cratini Nemesin 6)· ᾠὰ γάρ ἐστι, καὶ πεμμάτια, καὶ τραγήματα. (Antiphanes quidem in Ἀφροδ. γοναῖς fr. 1, 2 et 3, Athen. 15, p. 666, F, de cottabo: ᾠὰ μὲν καὶ πέμμα καὶ τράγημα νικητήριον. Sed verba καὶ πέμμα — νικ. a Casaubono petita sunt ex p. 667, D, siquidem in libris versu 3 hoc tantum legitur πέντε νικητήριον. Satius autem utcumque fuit scribi καὶ πέμματα καὶ

AMAZONES.

1.

Irrides me; ego vero ad hæc dicta asinus irrigor.

TROPHONIUS.

1.

a. Dein ad ungendum corpus mihi eme
oleum irinum; etiam rosaceum amo, Xanthia,
prætereaque pedum causa eme mihi baccharin.
b. O lati vir podicis, egone baccharin pedibus tuis
emam? pædicabor, si baccharin!

2.

— Sandalia ex subtiliter fissis,
quibus aurei isti flores assuti sunt:
nunc autem, ut ancilla, gero peribarides.

τραγήματα vix. Ceterum προείρηκε disconvenit orationi, quum dicatur de recentiore Comico.) ὁμοίως δὲ διεξέρχονται Κηφ. ἐν Τροφ., καὶ Καλλίας.

4.

Pollux 7, 40 : γῆν (sic Bekkerus pro τὴν) δὲ σμηκτρίδα Κηφ. ἐν Τροφ. εἴρηκε. Ms. Jungermanni : τὴν δὲ σμικτρίδα γῆν Εὔπολις εἴρηκε, καὶ ἄλλοι. Cf. Nicocharis Herc. nupt.

III. ΥΣ.

« Argumentum dramatis ad *suem Bœotiam* spectasse nescio quam recte suspicatur Hemsterh. ad Pollucem 10, 110. » *Mein.* Schol. Pindari Olymp. 6, 152, εἰ φεύγομεν Βοιωτίαν ὗν : ὅτι διὰ τὴν ἀγροικίαν καὶ τὴν ἀναγωγίαν τὸ παλαιὸν οἱ Βοιωτοὶ ὕες ἐκαλοῦντο.... καὶ Κρατῖνος (Incert 153)·

Οὗτοι δ' εἰσὶν συοβοιωτοὶ, κρουπεζοφόρον γένος ἀνδρῶν.

Cf. Menandri Incert. 299.

1.

Athen. 3, p. 119, D, de voce ταρίχιον agens : καὶ Κηφ. ἐν Ὑΐ·

Κρεάδιόν τι φαῦλον, ἢ ταρίχιον.

2.

Idem 8, p. 345, F, de voce ὀψοφάγος disserens : καὶ Κηφ. ἐν Ὑΐ·

Οὐδ' ὀψοφάγος, οὐδ' ἀδολέσχης.

3.

Idem 15, p. 701, A : λύχνα δὲ οὐδετέρως εἴρηκεν Ἡρόδοτος ἐν β' Ἱστοριῶν (cap. 62), λυχνοκαυτίαν δὲ, ἣν οἱ πολλοὶ λέγουσι, λυχναψίαν Κηφ. ἐν Ὑΐ. Errat de hoc loco Eustathius ad Od. p. 1571, 22.

4.

Pollux 10, 109, 110, ubi instrumenta culinaria enumerantur : τὸν δὲ φρυγέα καὶ αὐτὸν ὡς σκεῦος μαγειρικὸν, εἴτε τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ ἔφρυγον, εἴτε τὸ φρύγετρον (rudicula ; cf. Polyzeli Διον. γον.), ὡς ὁ κωμικὸς Θεόπομπος ἐν Σειρῆσιν ὑποδηλοῖ, λέγων « Φρυγεὺς, θυεία, λήκυθος, » καὶ μὴν καὶ Κηφισοδώρου ἐν Ὑῒ εἰπόντος

— Σπονδὴ δὲ παρὰ τῶν ὁλκάδων
καὶ καταφατισμός.

Verba καὶ μὴν et reliqua accesserunt e codice Falck., sed mendose legitur καταφαντισγός. Imo καταφατισμὸς, *promissum solenne*, adjuratio, qualis fieri solet in fœdere faciendo, quod significatur libatione, σπονδῇ. Hom. Iliad. 2, 340 :

Ἐν πυρὶ δὴ βουλαί τε γενοίατο, μήδεά τ' ἀνδρῶν, σπονδαί τ' ἄκρητοι, καὶ δεξιαὶ, αἷς ἐπέπιθμεν.

De γ et μ confusis v. ann. ad Thuc. 2, 21. Παρὰ τῶν ὁλκάδων pro παρὰ ταῖς ὁλκάσιν, ut Sophocles Antig. 890 (966) : παρὰ δὲ Κυανέων πελαγέων, ubi schol. ἀντὶ τοῦ παρὰ δὲ τοῖς πελάγεσιν, etc. cf. Matth. Gr. § 588.

4.

Herodianus Dict. solit. p. 39, 10 : κέχρηται δὲ τῷ ὀνόματι (μυγαλῇ) Κηφ. ἐν Ὑῒ εἰπών,

Ὦ καὶ λέων καὶ μυγαλῆ καὶ σκορπίος.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Athen. 11, p. 459, D :

Ἄγε δὴ, τίς ἀρχὴ τῶν λόγων γενήσεται;

κατὰ τὸν κωμῳδιοποιὸν Κηφισόδωρον.

2.

Pollux 4, 173 : τὰ δὲ ὀνομαζόμενα στάθμια, σταθμὰ, καὶ ἐπίσταθμα, στάσιμα ὠνόμασε Κηφ. Ita Mein. Libri corrupte τὰ δὲ ὀνομ. στ. σταθμὰ στάσιμα καὶ ἐπίστ. ὠν. Κηφ. Idem Pollux 10, 126. στάσιμα δὲ τὰ στάθμια Κηφ. κέκληκε.

XL.

EPILYCUS.

« Suidas : Ἐπίλυκος, κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστὶ Κωραλίσκος. Perperam libri Κοραλίσκος. Hesych., Κωραλίσκον : μειράκιον. Photius p. 198, 15, Κωραλίσκον : τὸ μειράκιον Κρῆτες. Antiquæ poeta comœdiæ, ut quem Athen. 4, p. 140, A, et gramm. Bekkeri p. 411, 17, cum Aristophane et Philyllio conjungant. Epilycum ποιητὴν ἐπῶν, Cratetis comici fratrem, commemorat Suidas v. Κράτης. » *E M.*

SUS.

1.

Caruncula quædam mala, vel salsamentum.

2.

Neque gulosus, neque blatero.

3.

— Libatioque apud corbitas,
et promissa solennia.

4.

O (qui es) leo et mugil et scorpius!

EX INCERTIS FAB.

1.

Age sane, quod fiet initium sermonum?

ΚΩΡΑΛΙΣΚΟΣ.

1.

Athen. 4, p. 133, B : ἔστι δὲ ἡ κερκώπη ζῷον ὅμοιον τέττιγι ἢ τεττιγονίῳ, ὡς Σπεύσιππος παρίστησιν ἐν τετάρτῳ Ὁμοίων. μνημονεύει αὐτῶν Ἐπ. ἐν Κωραλίσκῳ. Mendose codd. τέττιγι καὶ τιγονίῳ. Photius p. 592, 11, Τεττιγόνιον : ὅμοιον τέττιγι. Ἐπίλυκος Κωραλίσκῳ.

2.

Idem ib. p. 140, A : τῆς δὲ κοπίδος (de qua ad Cratini Πλουτ. 1, Eupolidis Helot. 1) μνημονεύει καὶ Ἀριστοφάνης ἢ Φιλύλλιος ἐν ταῖς Πόλεσιν, Ἐπίλυκός τε ἐν Κωρ., λέγων οὕτως·

Ποττὰν κοπίδ', οἰῶ, σῶμαι
ἐν Ἀμυκλαῖον· παρὰ Γέλλωσιν
βάρακες πολλοὶ, κἄρτοι,
καὶ δωμός τις μάλα γαδύς,

διαρρήδην λέγων μάζας ἐν ταῖς κοπίσι παρατίθεσθαι (τοῦτο γὰρ οἱ βάρακες δηλοῦσιν, οὐχὶ τολύπας, ὥς φησι Λυκόφρων [grammaticus, de quo et ejus oppugnatore Eratosthene vid. Bergk. Commentt. p. 65], ἢ τὰ προφυράματα τῶν μαζῶν, ὡς Ἐρατοσθένης), καὶ ἄρτους δὲ, καὶ ζωμόν τινα καθηδυσμένον περιττῶς. « In Epilyci versu 1 pro πόττανvel πότт' ἂν recte Jacobs. Additt. p. 95, ποττάν. Pro codicum κοπίδ' οἰώσομαι, κοπιδοιώσομαι, etc. Bergk. Commentt. p. 431, x., οἰῶ, σῶμαι, h. e. laconice σοῦμαι (« Hesych. Σῶμαι : ἔρπω. Δωριεῖς, et infra Σῶται : ὁρμᾶται, ἔρχεται, πορεύεται, » Bergk. p. 433). V. 2 ἐν h. e. εἰς, dorice; v. Hesych. v. Ἐν, etc. De Ἀμυκλαίῳ, Apollinis templo Spartæ, laudatur Thuc. 5, 18, 23. Tum libri παραγγέλλωσι, vel similiter, quæ egregie correxit Bergk., observans, Lacedæmonios Γέλλωτας dixisse, quos vulgum Εἵλωτας, Comicumque Lysistr. 206, γαδὺ (sic enim ille p. 434 pro γ' ἀδὺ), quod quidem probans ipse h. l. scripsi μάλα γαδὺς pro μ. ἀδὺς, item in γ mutato spiritu aspero, more Dorum (« Hesych. Γάδεται : ἥδεται. Γάδεσθαι : ἥδεσθαι. » Bergk.). Malui tamen παρὰ Γ., scil. εἰσὶ, pro πάρα Γ., i. e. πάρεισι Γ., quod affectatius de rebus dictum esse videbatur. V. 3 libri πολλὰ οἱ χάρτα, Casaub. πολλοὶ καὶ ἄρτοι, Dindorf. πολλοὶ χἄρτοι, ut convenit metro anapæstico. Denique v. 4 iidem fere δωδέμοσσοι μάλα ἀδύς. Recte Bergk. δωμός τις secundum Etym. M. p. 316, 56 : κατὰ τροπὴν δωρικὴν τοῦ ζ εἰς δ, οἷον ζυγὸς δυγὸς καὶ ζωμὸς δωμός.

3.

Idem 14, p. 650, E : Ἐπίλυκος Κωρ.

— Μῆλα καὶ ῥόας λέγεις.

Photius p. 490, 2, Ῥοιάς : Ἴωνες, ἄνευ δὲ τοῦ ι ῥοάς (immo ἄνευ δὲ τοῦ ι ῥοὰς Ἀττικοί). οὕτως Ἐπ.

4.

Idem 15, p. 691, C : τῆς δὲ λεγομένης σάγδας (μύρον δ' ἐστὶ καὶ τοῦτο) Ἐπ. ἐν Κωρ.

— Βάκκαρίς τε καὶ σάγδας ὁμοῦ.

Βάκχαριν dixit Cephisodorus. Troph. 1, nec definire ausim, utrum sit rectius. V. Schneideri Lex. v. Βάκκαρις, ubi mire vir doctissimus : « βάκκαρις, *baccharis*, » pro *baccaris*, siquidem τὸ βάκχαρις ne commemoravit quidem. Σάγδας, unguentum Ægyptiacum; v. Schneideri Lex. v. Ψάγδας.

5.

Gramm. Bekkeri Anecd. p. 411, 17, Ἀντλητῆρα (inepte codex ἀντλιαντλητῆρα) : Ἀριστοφάνης δὲ Προαγῶνι, καὶ Ἐπ. Κωρ. τὸ αὐτὸ τοῦτο ἀντλίον κεκλήκασιν.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Athen. 1, p. 28, E : Χίου δὲ οἴνου καὶ Θασίου μέμνηται Ἐπ.,

— Χῖος καὶ Θάσιος ἠθημένος.

Photius p. 63, 23, Ἠθημένος : διυλισμένος. οὕτως Ἐπ.

2.

Photius p. 353, 15, Ὀστολόγος : παρὰ Ἐπιλύκῳ. καὶ δρᾶμα Αἰσχύλου Ὀστολόγοι.

3.

Idem p. 657, 16, Ψωμός : ὡς ἡμεῖς. Ἐπ.

PUERULUS.

2.

Ad copidem, opinor, pergam
in Amyclæum : apud Helotes (sunt)
mazæ multæ, panesque,
et jus quoddam suavissimum.

3.

— Mala et granata loqueris.

4.

— Et baccaris, et sagdas simul.

EX INCERTIS FAB.

1.

— Chium et Thasium (vinum) percolatum.

2.

Ossa legens.

XLI.

EUTHYCLES.

« Suidas : Εὐθυκλῆς. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν Ἄσωτοι ἢ Ἐπιστολή, ὥς φησιν Ἀθήναιος ἐν τοῖς Δειπνοσοφισταῖς· quibus addit Eudocia p. 167 : ἔστι δὲ καὶ οὗτος τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. Euthyclis Ἀταλάντην alibi commemorat Suidas quo nomine etiam Callias, Philyllius, Strattis, Alexis, et Philetærus fabulas scripserunt. » *E M.*

I. ΑΣΩΤΟΙ Η ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Athen. 3, p. 124, B, de usu nivis in vino : Εὐθ. δ' ἐν Ἀσώτοις ἢ Ἐπιστολῇ

Πρῶτος μὲν οἶδεν, εἰ χιών ἐστ' ὠνία,
πρῶτον δ' ἐκεῖνον σχαδόνα δεῖ πάντως φαγεῖν.

Versu 1 οἶδεν pro vulgato εἶδεν P, qui cum B Πρῶτον.

II. ΑΤΑΛΑΝΤΗ.

Suidas, Βοῦς ἕβδομος : πέμματα, κέρατα ἔχοντα κατὰ μίμησιν τῆς πρωτοφαοῦς σελήνης. ἐκάλουν δὲ αὐτὸν βοῦν, παρατιθέντες καὶ τὸ ἕβδομον, ὅτι ἐπὶ ταῖς ἓξ σελήναις » (*lunulas* dicit, quod et ipsum fuit placentæ genus. *Mein.*), ἐπεθύετο οὗτος ἕβδομος, ὡς Εὐθ. ἐν Ἀταλάντῃ. Lobeckii Aglaoph. p. 1064 citat Mein.

XLII.

AUTOCRATES.

« Autocrates, Atheniensis, quem antiquæ comœdiæ poetam fuisse, Suidæ constat testimonio, qui ex fabulis ejus unam commemorat Τυμπανιστάς. Elegantem ex ea eclogam servavit Ælianus H. A. 12, 9. Præterea Aut. semel laudatur in Lexico Seguer. » *E M.*

ΤΥΜΠΑΝΙΣΤΑΙ.

Ælianus H. A. 12, 9, de ave motacilla : μέμνηται δὲ καὶ τοῦ ὄρνιθος τοῦδε Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Ἀμφιαράῳ, ... καὶ Αὐτοκράτης ἐν Τυμπανισταῖς « Οἷα παίζουσιν φίλαι παρθένοι Λυδῶν *κόραι, κοῦφα πηδῶσαι (unus liber πηδῶσι) *κόμαν (unus item κόμας), *κἀνακρούουσαι χεροῖν, Ἐφεσίαν παρ' Ἄρτεμιν * κάλλιστ' ἄν, καὶ τοῖν ἰσχίοιν τὸ μὲν κάτω τὸ δ' αὖ εἰς ἄνω ἐξαίρουσα, οἷα κίγκλος ἅλλεται. » Scatent hæc mendis, quæ Musis faventibus ita corrigere mihi visus sum, restitutis versibus asynartetis, qualibus passim utitur Aristophanes, qui constant e duobus glyconeis (–⏑–⏓–⏑–|–⏓–⏓–⏑–) :

Οἷα παίζουσιν φίλοι Λυδῶν παρθένιοι χοροί!
κοῦφα πηδῶσ' εὐκόμαι κἀγκροτοῦσαι ταῖν χεροῖν·
Ἐφεσίαν παρά τ' Ἄρτεμιν κάλλιόν γ' ἢ καλλίων,
ἰσχί' ἂν τότε μὲν κάτω ἐξαίρουσα, τότ' αὖθ' ἄνω,
οἷα κίγκαλος ἅλλεται.

Meinek. : « Lydiacas illas saltatrices, Dianam (Ephesiam) choreis et cantu venerantes, commemorat Aristophanes Nub. 580, » etc.; sed ille improprie Λυδῶν κόρας dicit Ephesias, quia pars Lydiæ fuit Ionia, priusquam Androclus, Codri filius, Ionum coloniam eo duxit : v. Bæhr. ad He. 1, 142. Κάλλιστα ab eo profectum fuerit qui comparativum superlativi sensu interpretaretur, et recte quidem : v. Matth. Gramm. 457. Αὖθι dictum pro δὲ, qua de re idem § 606. Κίγκαλος, potestate τοῦ κίγκλος, legitur apud Suidam. Laudant etiam similia Aristoph. Lysistr. 1310-1313.

E FABULA INCERTA.

Lexicon in Bekkeri Anecd. p. 336, Ἀγαλακτία : Αὐτοκράτης

Ἀμνοὶ δὲ βληχάζουσιν ὑπ' ἀγαλαξίας.

« Utrum ἀγαλακτίας an ἀγαλαξίας scripserit Aut., non definiam. Cf. Polluc. 3, 50. » *E M.* Quod attinet correptum δὲ ante βληχ., fatetur idem, Tragicos nonnunquam corripuisse vocales ante βλ et γλ, temereque contendit, quæ similia habeantur apud antiquos Comicos, omnia esse depravata.

LUXURIA PERDITI vel EPISTOLA.
Primus quidem scit, an nix sit venalis;
primumque illum utique oportet favum comedere.

TYMPANISTÆ.
Qualia ludunt grati Lydorum chori virginei! leviter saltant bene comatæ, manibusque plaudentes; et apud EphesiamDianam venustius venustior una, femora modo demittens, modo rursus evehens, velut motacilla tripudiat.

EX INCERTA FAB.
Agnique balant, lacte privati.

MEDIÆ COMOEDIÆ

GRÆCÆ POETARUM RELIQUIÆ.

XLIII.

ANTIPHANES.

« Hic agmen ducit poetarum, qui mediam Atticorum comœdiam illustraverunt. Suidas : Ἀντιφάνης, Δημοφάνους, οἱ δὲ Στεφάνου, καὶ μητρὸς Οἰνόης, Κιανὸς (Κίῳ Bithyniæ oriundus : v. Apollon. Rhod. 1, 1354, etc.), ὡς δέ τινες, Σμυρναῖος, κατὰ δὲ Διονύσιον Ῥόδιος· κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας, ἀπὸ δούλων, ὥς τινες. γέγονε δὲ κατὰ τὴν ἐννενηκοστὴν τρίτην ὀλυμπιάδα, καὶ ἔγραψε κωμῳδίας τξε' (365), οἱ δὲ σπ' (280). νίκας δὲ εἷλεν ιγ' (13). παῖδά τε ἔσχε Στέφανον, καὶ αὐτὸν κωμικόν. τελευτᾷ δὲ ἐν Κίῳ, οδ' (74) ἐτῶν ὑπάρχων, κατά τινα τύχην ἀπίῳ (piro arbore, non fructu scilicet) βληθείς. Excerpsit hæc suo more Eudocia p. 61. Anonymus De com. p. XV : ἤρξατο διδάσκειν μετὰ (« fort. κατὰ » *Mein.*) τὴν 4η' (98) ὀλυμπιάδα. Natus igitur est Ant. olymp. 93 (ante Chr. nat. 407-404), mortuus autem olymp. 112 (ante Chr. nat. 331 — 328), ætatis anno 74, postquam inde ab olymp. 98 (ante Chr. nat. 387-384) fabulas docuerat. Sed de tempore obitus a Suida relata turbari videntur illis ex Παρεκδιδομένῃ fabula ap. Athen. 4, p. 156, C :

Ὄμνυμι δ' ὑμῖν, ὦνδρες, αὐτὸν τὸν θεόν,
ἐξ οὗ τὸ μεθύειν πᾶσιν ἡμῖν γίγνεται,
ἦ μὴν ἑλέσθαι τοῦτον ἂν ζῆν τὸν βίον,
ἢ τὴν Σελεύκου τοῦ βασιλέως ὑπεροχήν·

nam Seleucus quum, teste Diodoro Sic. 20, 53, olymp. 118, 2 (ante Chr. nat. 306) regem se appellari jusserit, apparet, hæc non potuisse scribi ab eo, qui jam olymp. 112 diem obiisset. Quid autem, si per errorem οδ' pro ρδ' scriptum statuimus apud Suidam? ita Ant. ætatis anno 104 mortem obiisset post commissam in certamen paucis ante mensibus Παρεκδιδομένην. Rara, fateor, ætas; verum etiam Philemoni, Alexidi, aliisque, longissima et ad extremum vitæ spiritum poeticis studiis florentissima obtigit senectus. Felicis ingenii poetam fuisse hunc Nostrum, quum Anonymus indicat, εὐφυέστατον dicens εἰς τὸ γράφειν καὶ δραματοποιεῖν, tum id intelligitur e dramatum, quorum scriptor habitus est, numero 365, vel 280. Et prior quidem iste numerus potest ut sit commentitius, quum trecentum sexaginta vel trecentum-sexaginta quinque antiquitus pro rotundo atque, ut ita dicam, symbolico numero fuisse, jam ex Homero (Odyss. 14, 20 : οἱ δὲ τριηκόσιοί τε καὶ ἑξήκοντα πέλοντο) intelligatur, et Schol. ad Iliad. 4, 334 : συνέστηκε πύργος ἐκ τξ' ἀνδρῶν· porro Curtius 6, 20, auctor est, Darii pellices 360 fuisse, totidemque post Alexandri. Denique 365 fabulas veteris comœdiæ numeratas esse ait Anonymus De com. p. XIV. Itaque alterum ponamus numerum, ab eodem proditum 280 comœdiarum. Vel sic tamen Ant. feracissimos recentioris ævi poetas scenicos, Lopem de Vega dico et Calderonem, ubertate ingenii longe longeque superavit. Sed maximam partem horum dramatum poetæ generatim probatissimi, nescio qua de causa, non fuisse actam, vel ex eo colligas, quod pro tanta multitudine raro, h. e. nonnisi tredecies, primum præmium obtinuit. Tituli et reliquiæ ferme 230 fabularum hodie supersunt, sed utrobique non pauca affecta, aut gravissimis dubitationibus obnoxia. » *E Mein.*, qui de singulis titulis doctissime agit Hist. crit. Com. p. 311-340.

I. ΑΓΡΟΙΚΟΣ.

« Ab artibus opificium aliisque communis vitæ negotiis quæ inscriptæ sunt comœdiæ, earum primo loco ponenda est illa quæ ab aliis Ἄγροικος, ab aliis Ἄγροικοι, appellatur. Pleniorem titulum Ἄγροικος ἢ Βουταλίων habet Athen. 7, p. 304, B, et 313, B, quod additamentum ad alteram editionem fabulæ spectare putaremus, etiamsi non diserte testaretur Athenæus emendatus 8, p. 358, D, ὁ παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ (antecedunt quædam ex Antiphanis Parasito) ἐν Βουταλίωνι, ὅπερ δρᾶμα τῶν Ἀγροίκων ἐστὶ νέα τις διασκευή. (Sic nos emendavimus. Libri inepta menda ἐστὶν ἑνὸς διασκευή. *Both.*) Ceterum *Agricolam* docuerunt etiam Anaxilas, Anaxandrides, Augeas, Menander et Philemo. Q. Novii *Agricolam*, e græca fabula haud dubie expressam, aliquoties commemorat Nonius : vid. Bothii Fragm. p. 41. Ad Antiphanis et Anaxandridis Agricolam respexisse puto Aristotelem Eth. Eudem. 3, 2 : μάλιστα δ' εἰσὶ τοιοῦτοι

(scil. ἀναίσθητοι), οἵους οἱ κωμῳδιοδιδάσκαλοι (vitiose libri κωμῳδιδάσκαλοι) παράγουσιν Ἀγροίκους, etc. Itaque simplices et ad omnem voluptatis sensum occalescentes rusticos his in fabulis produxerunt Comici. Neque alio Butalionis nomen spectat, quo bardos stupidosque significari docet scholiastes Aristoph. Ran. 1021. Talem hominem etiam Xenarchus ostenderat, cujus Butalionem laudat Athen. 2, p. 63, F. Ant. autem ipse eandem simplicis viri imaginem exhibuit etiam in Acestria (Athen. 9, p. 402, D) et, si recte conjicio, in Κουρίδι fabula ap. Athen. 7, p. 304, A. » *E M.*

1.

Athen. 9. p. 396, B, de πνικτοῖς κρεαδίοις disserens : Ἀντιφάνης δ' ἐν Ἀγροίκῳ

— α. Καὶ πρῶτα μὲν
αἴρω ποθεινὴν μᾶζαν, ἣν φερέσβιος
Δηὼ βροτοῖσι χάρμα δωρεῖται φίλως·
ἔπειτα πνικτὰ τακερὰ μηκάδων μέλη
χλόην καταμπέχοντα, σάρκα νεογενῆ.
β. Τί λέγεις; α. Τ ραγῳδίαν περαίνω Σοφοκλέους.

Versu 3 Δηὼ Casaubono debetur. Libri glossemate inconcinno Δημήτηρ. Cf. Aristoph. Plut. 511, etc. Ibidem vulgo legitur φίλον, quod nive frigidius; sed codex L φίλων, i. e. φίλως, quod adoptandum fuit. V. 5 χλόην. Observanda insolens vocis significatio. « Pro περαίνω, quæ item Casauboni est correctio, libri oggerunt παραινῶ. Ἰαμβεῖον περαίνειν dixit Aristoph. Nub. 1170, ῥήσεις περαίνειν Philostratus Vit. Apoll. 7, 3. Cf. Semus ap. Athen. 14, p. 622, B, Pollux 14, 113, ipse Ant. Diplas. 4. Cf. Auletæ versum 5. » *E M.* Altioris et tragicæ poesis color in præcedentibus facile agnoscitur.

2.

Idem 13, p. 567, D : ὡς Ἀντιφάνης φησὶν ἐν Ἀγροίκῳ,

Ἔστιν δ' ἑταίρα τῷ τρέφοντι συμφορά·
εὐφραίνεται γὰρ κακὸν ἔχων οἴκοι μέγα.

3.

Idem 9, p. 392, E : ὑποκοριστικῶς δὲ Εὔπολις ἐν Πόλεσιν αὐτοὺς (τοὺς ὄρτυγας) κέκληκεν ὀρτύγια,... Ἀντ. δ' ἐν Ἀγρ. εἴρηκεν οὕτως·

— Ὡς δή σύ τι
ποιεῖν δυνάμενος, ὀρτυγίου ψυχὴν ἔχων,

« In coturnicibus veteres timiditatem notabant; item in ὀρτυγομήτρᾳ : v. Alex. Myndius ibid. p. 393, A. » *Mein.*

4.

Idem 10, p, 445, F : μετὰ ταῦτα Οὐλπιανὸς προπιών τινι τῶν ἑταίρων ἔφη, Ἀλλὰ, κατὰ τὸν Ἀντιφάνην, ὦ φιλότης, ὃς ἐν Ἀγροίκοις φησὶν

α. Ὅλην μύσας ἔκπινε. β. Μέγα τὸ φορτίον!
α. Οὐχ, ὅστις αὐτῆς ἐστιν ἐμπείρως ἔχων.

Ὅλην intelligas λεπαστήν. Μύσας, *connivens*, ridicule; quasi verito eo, qui hæc dicit, ne alter adspectu magni poculi terreatur. « Oculos claudunt, qui adversus magnum aliquod periculum animum obfirmant. Similiter Sophocles Ant. 417, μύσαντες εἴχομεν θείαν νόσον. Menander Incert. 1, 2 :

φέρειν μύσαντα προῖκα καὶ γυναῖκα δεῖ. »

E M. Cf. Soph. Trach. 954 nostræ ed.

5.

Idem 15, p. 692, F : τοῖς τούτων τῶν κράσεων (Διὸς σωτῆρος, Ὑγιείας, aliarumque similium) μεμνημένοις τῶν ποιητῶν ἔδοξε παρατίθεσθαι, ὧν καὶ αὐτὸς μνησθήσομαι. Ἀντ. μὲν γὰρ Ἀγροίκοις ἔφη

Ἁρμόδιος ἐπεκαλεῖτο, παιὰν ᾔδετο,
μεγάλην Διὸς σωτῆρος ἄκατον ἦρέ τις.

Libri vitiose τούς.... μεμνημένους, et αὐτῶν pro αὐτός. Versu 1 recte Koppiers. Observ. p. 31 ἐπεκ. pro ἐκαλεῖτο. « De Harmodio in conviviis cani solito v. Meursii Pisistr. 14, p. 102, et Bergler. ad Ar. Lysistr. 1264. Cf. Antiphanis Διπλασ. 1. Versu 2 ἄκατον, poculum forma navigii, primus dixisse videtur Telestes, propterea notatus a Theopompo Alth. 2. » *E M.*

RUSTICUS.

1.

— a. Et primum quidem
sumo desiderabilem mazam, quod vitalis
Ceres mortalibus donat gaudium;
dein assata tenera caprarum membra,
succum habentia, novam carnem.
b. Quid loqueris? a. Tragœdiam perlego Sophoclis.

2.

Amica infortunium est ei qui alit :
nam lætatur magnum domi habens malum.

3.

— Scilicet tu ut aliquid
agere possis, coturnicis animum habens?

4.

a. Totam clausis oculis ebibe. b. Magnum onus!
a. Non ei, qui peritus accesserit.

5.

Harmodius invocabatur, pæan canebatur,
magnum Jovis Servatoris poculum quidam sumpsit.

6.

Pollux 6, 54 : Ἀντ. τὴν ῥάφανον κραμβίδιον λέγει ἐν Ἀγρ.,

Κραμβίδιον ἑφθὸν, *χάριεν ἀστεῖον πάνυ.

Mendose legitur χάριεν, scribam χοιρίον.

7.

Photius p. 480, 20, Ῥαγδαίους : κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τῶν ὄμβρων τοὺς κεκινημένους καὶ σφοδροὺς καὶ βιαίους· Ἀντ. Ἀγροίκοις

Ῥαγδαῖος, ἄμαχος· πρᾶγμα μεῖζον ἢ δοκεῖς.

Sic etiam Suidas v. Ῥαγδαῖος.

8.

Antiatt. p. 93, 27, Ἐπίδημος : ἀντὶ τοῦ ἐνδημος. Ἀντ. Ἀγρ. « Ἐπίδημος enim, sive, quæ usitatior forma est, ἐπιδήμιος, dicitur, qui aliunde immigravit; ἔνδημος autem indigena. A primitiva significatione jam Soph. aliquantulum deflexit, OEd. Tyr. 495, ἐπίδημον φάτιν dicens *rumorem per populum sparsum, divulgatum*. Antiphanem fortasse respexit Pollux 919 : τὸ ἔνδημον πλῆθος, τάχα δὲ καὶ ἐπίδημον, ut correxit Koppiers. Obs. p. 13. » *E M.*

9.

Idem p. 97, 5, Ἐκ διαδοχῆς : τὸ ἐν μέρει. Ἀντ. Ἀγρ. Conf. Koppiers. Observ. phil. p. 12.

10.

Idem p. 105, 5, Καθαρὸς δοῦλος : οἱονεὶ ἀπηκριβωμένος. Ἀντ. Ἀγρ. « Sic Aristoph. Av. 154 : Τίμων καθαρός. Cf. Valcken. apud Koppiers l. l. p. 17. » *E M.*

11.

Idem p. 108, 8 : Μεῖζον μεῖζον, μικρὸν μικρόν. Ἀντ. Ἀγρ. Simile μᾶλλον μᾶλλον ap. Eurip. Iphig. Taur. 1297, etc.

« De aliis hujus fabulæ fragmentis v. quæ annotamus ad *Butalionem* et ad Κουρίδος fr. 2. » *Mein.*

II. ΑΔΕΛΦΑΙ.

Antiatt. p. 81, 10, Ἀνακάμψει : ἀντὶ τοῦ ὑποστρέψαι ποιήσει. (Quod Francogalli dicunt *travestir.*) Ἀντ. Ἀδελφαῖς. Koppiers. l. l. p. 7 citat Ἀδελφοῖς e schedis Ruhnkenii.

III. ΑΔΩΝΙΣ.

« Fabula de Adonide poetarum Atticorum nemo ad tragœdiæ compositionem usus est. Fecit id primus is, qui, ut in vita, sic in poesi, nihil non sibi licere existimavit, Dionysius major, cujus Adonidem tragœdiam commemorat Athen. 9, p. 401, F.; deinde Ptolemæus Philopator, teste Aristophanis scholiaste Thesm. 1059 : ἐζήλωσεν αὐτὸν (Euripidem in Andromeda) Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἐν ᾗ πεποίηκε τραγῳδίᾳ Ἀδώνιδι. Tanto frequentius hæc fabula comœdiarum præbuit argumentum, ut ostendunt Platonis, Nicophontis, Antiphanis, Ararotis, Philisci, Sotadis exempla. » *E M.* Reputemus ista Horatii A. P. 9, *Pictoribus atque poetis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas*, neque damnemus illos, priusquam sciamus, an *serpentes avibus, tigribus agnos, geminaverint*, quod fabulis eorum deperditis sciri hodie non potest.

1.

Antiatt. p. 77, 25, Ἀκληρίαν : Ἀντ. Ἀδώνιδι. ὁ αὐτὸς εὐκλήρωμα ἀντὶ τοῦ κατόρθωμα. « Recte Koppiers. l. l. p. 6, εὐκλήρημα. Prius illud ἀκληρία e Sophocle affert gramm. Bekkeri Anecd. p. 367, 15. » *Mein.*

2.

Idem p. 80, 24, Ἀνὰ μέσον : ἀντὶ τοῦ ἐν μέσῳ. Ἀντ. Ἀδ.

3.

Idem p. 103, 15, Κατάλυσιν : καὶ ταύτην (scil. τὴν λέξιν) ἐπαιτιῶνται. Ἀντ. Ἀδ. « Κατάλυσιν, *diversorium*, aliquoties dixit Plato in Protagora, ex Comicis etiam Alexis Agon. 1, 2. » *E M.*

IV. ΑΘΑΜΑΣ.

Pollux 10, 62 : καὶ αὐτοληκύθους δέ τινας Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος (p. 1261) ὀνομάζει, οὓς σαφέστερον ἄν τις ἐν τῷ Ἀντιφάνους Ἀθάμαντι κεκλῆσθαι λέγοι·

— Χλαμύδα καὶ λόγχην ἔχων,
ἀξυνακόλουθος, ξηρὸς, αὐτολήκυθος.

Versu 2 librorum ξυνακόλουθος correxit Salmasius. Gramm. Bekkeri Anecd. p. 466, 6, Αὐτολήκυθοι (sic Mein.* pro αὐτόλυκοι) : πένητες, οἷον αὐτοδιάκονοι.

V. ΑΙΓΥΠΤΙΟΙ.

Antiatt. p. 81, 15, Ἀναβῆναι : ἀντὶ τοῦ ἀναχωρῆσαι. Ἀντ. Αἰγυπτίοις. Lexicon Bekkeri Anecd. p. 390, 14, Ἀναδῦναι : ἀναχωρῆσαι, etc. Sed hoc non eo valet, ut propterea apud Antiatticistam

---

6.

Crambe cocta, porcellus magnificus.

7.

Violentus, non impugnandus; res major quam censes.

ATHAMAS.

— Chlamydem et lanceam habens,
pedissequo nullo, jejunus, ipse ampullam oleariam [portans.

ponendum sit ἀναδῦναι, quum bene, immo melius, habeat ἀναϐῆναι.

VI. ΑΙΟΛΟΣ.

« *Æoli* quæ ratio fuerit, satis (?) ostendere videntur fabulæ fragmenta, quæ servavit Athen. 10, p. 44, C, et 12, p. 552, F : quorum prius Euripidei dramatis, ab Aristophane exagitati, imitationem continet; v. Valcken. ad Euripidis Hippol. 1303, et de Æolosicone Comici, qua fabula Æolum Euripidis data opera luserat, Grauert. in Museo Rhen. Niebuhrii vol. 2, p. 50 et 499. » *E M.*

1.

Athen. 10, p. 444, C : ἐν δὲ Αἰόλῳ διαϐάλλων, ὅσα δεινὰ πράττουσιν οἱ πλέον πίνοντες,

Μακαρεὺς, ἔρωτι τῶν ὁμοσπόρων μιᾶς
πληγεὶς, τέως μὲν ἐπεκράτει τῆς συμφορᾶς,
κατεῖχέ θ' αὑτόν· εἶτα παραλαϐών ποτε
οἶνον στρατηγὸν, ὃς μόνος θνητοῖς ἄγει
τὴν τόλμαν εἰς τὸ πρόσθε τῆς εὐϐουλίας,
νύκτωρ ἀναστὰς ἔτυχεν ὧν ἐϐούλετο.

« Ducta hæc videntur e prologo comœdiæ, qua poeta expressit haud dubie Euripidis fabulam, cujus argumentum contineri dicas Sostrati verbis e libro 2 Tyrrhenicorum, servatis a Stobæo Floril. 64, 35 : Αἴολος τῶν κατὰ Τυρρηνίαν βασιλεὺς τόπων ἔσχεν ἐξ Ἀμφιθέας θυγατέρας ἕξ, καὶ τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν ἀρρένων παίδων, ὧν ὁ πρεσϐύτατος Μακαρεὺς Κανάκης τῆς ἀδελφῆς ἐρασθεὶς, ἐϐιάσατο τὴν προειρημένην. Αἴολος δὲ, περὶ τούτων μαθὼν, τῇ θυγατρὶ ξίφος ἔπεμψεν· ἡ δὲ ὡς νόμον (jussum) δεξαμένη τὸν σίδηρον αὑτὴν ἀνεῖλε. Μακαρεὺς δὲ, τὸν γεννήσαντα προεξιλεωσάμενος, ἔδραμεν εἰς τὸν θάλαμον, εὑρὼν δὲ τὴν ἀγαπωμένην αἱμορραγοῦσαν, τῷ αὐτῷ ξίφει τὸν βίον περιέγραψε. Duo priores versus ex ipso Euripide adscivisse comicum non improbabilis conjectura est Valckenarii loco cit. » *Mein.* V. 4 θνητῶν cod. Ven.

2.

Idem 12, p. 552, F : πολλῷ οὖν κάλλιόν ἐστι, τοιοῦτόν τινα εἶναι τὴν ἰδέαν ἢ ὥς φησιν Ἀντ. ἐν Αἰόλῳ,

— Τοῦτον οὖν
δι' οἰνοφλυγίαν καὶ πάχος τοῦ σώματος
ἀσκὸν καλοῦσι πάντες οὑπιχώριοι.

Spectat hæc Eustath. ad Odyss. p. 1646, 14.

VI. ΑΚΕΣΤΡΙΑ.

« Atticos ἀκέστριαν *sartricem* dixisse (non θεραπεύτριαν secundum Etym. M. p. 47, 44), intelligitur e Lexico Bekkeri Anecd. p. 364, 8 (et Bachm. 1, p. 53), Ἀκέσασθαι καὶ ἀκέσαι : ἰάσεσθαι· ὅθεν καὶ οἱ Ἀττικοὶ τὴν ἡπήτριαν ἀκέστριαν καλοῦσιν. Ælius Dionysius Eust. ad Odyss. p. 1647, 58, et Etym. M. p. 46, 34 : Ἀκέστρια καὶ ἀκεστὴς, οὓς νῦν ῥάπτας καλοῦσι. χρὴ δὲ εἰδέναι, ὡς οἱ παλαιοὶ γυναιξὶν ἐχρῶντο εἰς ταύτας τὰς ἐργασίας, καθὰ καὶ νῦν Σκύθαι. Mendose Erotianus Gloss. Hippocr. p. 70 : οἱ Ἀττικοὶ τὰς ῥαφίδας ἀκεστρίας (scrib. ἀκέστρας) καλοῦσι παρὰ τὸ (τὰς ἀκεστρίας *Both.*) ἀκεῖσθαι καὶ (ὡς *Both.*) ὑγιᾶ ποιεῖν τὰ ἱμάτια. (Bachm. Anecd. Gr. 1, p. 53, Ἀκέστας : ἰατρούς.... Ἀκεσταί : οἱ τὰ ἱμάτια ἀκούμενοι. Ξενοφῶν (Cyrop. 1, 6, 16, ubi edd. fere ἡπηταί) « ὥσπερ ἱματίων ῥαγέντων εἰσί τινες ἀκεσταί. » Et 2, p. 337 : ὅτι ἀκέστρα ἡ βελόνη ἡ μείζων, ἣν νῦν σακκοράφιον καλοῦσιν, etc. *Both.*) Sophronis mimum inscriptum Ἀκέστριαι commemoravit Etymologus p. 490, 10 : καθόλου δὲ τοὺς πωλοῦντάς τι καπήλους ἔλεγον. ἔστι καὶ παρὰ Σώφρονι ἐν Ἀκεστρίαις. » *E M.*

1.

Athen. 9, p. 402, D : τὰ δὲ παρὰ τοῖς κωμῳδιοποιοῖς λεγόμενα δεῖπνα ἡδίστην ἀκοὴν παρέχει τοῖς ὠσὶ μᾶλλον ἢ τῇ φάρυγγι, ὥσπερ τὰ παρ' Ἀντιφάνει μὲν ἐν Ἀκεστρίᾳ

α. Κρεάδια τίνος ἥδιστ' ἂν ἐσθίοις; β. Τίνος;
εἰς εὐτέλειαν τῶν προϐάτων μὲν, οἷς ἔνι
μήτ' ἔρια, μήτε τυρός. α. Ἀρνὸς, φίλτατε.
β. Τῶν δ' αἰγιδίων κατὰ ταὔθ', ἃ μὴ τυρὸν ποιεῖ.

ÆOLUS.

1.

Macareus, amore unius sororum
ictus, tantisper quidem superabat calamitatem,
seque continuit; dein adhibito quondam
vino duce, quod solum mortalium audaciam
præcurrere facit bono consilio,
nocte surgens adeptus est quod voluit

2.

— Hunc igitur
propter vinositatem et obesum corpus
« utrem » vocant omnes indigenæ.

SARTRIX.

1.

a. Cujusnam carunculas libentissime comedas? b. Cujus?
vilitatis causa ovium quidem, quibus
neque lana est neque caseus. a. Agni, carissime.
b. Similiterque caprarum, quæ caseum non faciunt.

α. Ἐρίφου. Διὰ τί οὖν; β. Ἐπί γε καρπίμων ἁδρῶν
ταῦτ' ἐσθίων τὰ φαῦλ' ἀνέχομαι.

Versu 1 libri Κρέα δὲ τίνος, etc., claudicante quidem versu, quia κρέα posteriorem corripit. V. 4 codd. τῶν δ' αἰγείων. Schweigh. αἰγέων, quod vix feras apud Atticum, Dobr. audacius αἰγιδίων. Scribam τῶν δὲ κατὰ ταῦτ' αἰγῶν. V. 5 legebatur ἐρίφου· διὰ τὴν ἐπικαρπίαν γὰρ τῶν ἁδρῶν, quæ vereor ut quisquam intelligat. Meinek. a versu 2 omnia eidem tribuit interlocutori. V. 6 recentiores codd. τὰ φαυλότατ'.

2.

Pollux 4, 125 : τὸ δὲ κλίσιον ἐν κωμῳδίᾳ παράκειται παρὰ τὴν οἰκίαν, παραπετάσματι δηλούμενον, καὶ ἔστι μὲν σταθμὸς ὑποζυγίων. καὶ αἱ θύραι αὐτοῦ μείζους δοκοῦσι, καλούμεναι κλισιάδες, πρὸς τὸ καὶ τὰς ἁμάξας εἰσελαύνειν καὶ τὰ σκευοφόρα. ἐν Ἀντιφάνους Ἀκ. καὶ ἐργαστήριον γέγονε τὸ καλούμενον κλίσιον ὃ πρότερόν ποτ' ἦν, etc. Hæc postrema in cod. Falck. ita leguntur : τὸ καλ. κλίσιον. φησὶ γοῦν εἰ γὰρ δι' ἐργαστήριον οἰκίας τὸ κλ. etc. Suspicor, ita legendum esse

α. Τῆς οἰκίας τὸ κλισίον τὸ καλούμενον,
ὃ πρότερον ἦν τοῖς ἐξ ἀγροῦ βουσὶ σταθμὸς
καὶ τοῖς ὄνοις, πεποίηκε. β. Τί δ'; α. Ἐργαστήριον.

Versu 1 Mein. supplebat τῆς et annotavit secundum Etym. M. p. 520, κλίσιον primam producere et παροξυτόνως scribi apud Atticos. V. 3 τί δ' forte abierit in εἰ δ', εἰ δι', de quo v., si tanti est, ann. ad Odyss. 10, 40; 16, 371. Δὲ et γὰρ passim confusa. De ἐργαστηρίῳ v. Aristoph. Eq. 692. — In altera ed. Meinekius Bekkeri conjecturam recepit ita hæc constituentis :

Ἦν γάρ τι ἐργαστήριον τῆς οἰκίας;
β. (Οὐκ ἦν μὰ τὸν Δί', ἀλλὰ δὴ) τὸ κλίσιον,
ὃ πρίν ποτ' ἦν τοῖς ἐξ ἀγροῦ βουσὶ σταθμὸς
καὶ τοῖς ὄνοις, πεποίηκεν ἐργαστήριον.

V. 3 πρίν Piersonus ad Mœrin p. 229, pro πρότερον.

3.

Athen. 13, p. 586, A, de Sinope scorto : μνημονεύει δ' αὐτῆς Ἀντ. ἐν Ἀρκάδι καὶ ἐν Κηπουρῷ, ἐν Ἀκ., ἐν Ἁλιευομένῃ, ἐν Νεοττίδι, καὶ Ἄλεξις ἐν Κλεοβουλίνῃ, καὶ Καλλίστρατος ἐν Μοσχίωνι.

4.

Ath. 7, p. 304, A ; vid. infra Κουρίδος fragm. 2.

VIII. ΑΚΟΝΤΙΖΟΜΕΝΗ.

Athen. 10, p. 441 B : οἷαι δ' εἰσὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι μεθύουσαι αἱ γυναῖκες, παραδίδωσιν Ἀντ. μὲν ἐν τῇ Ἀκοντιζομένῃ οὕτω·

— α. Γείτων ἐστί τις
κάπηλος· οὗτος εὐθὺς, ὅταν ἔλθω ποτὲ
διψῶσα, μόνος οἶδ', ὥς γέ μοι κεράννυται,
οὔθ' ὑδαρὲς, οὔτ' ἄκρατον. β. Οἶδ' ἐγώ ποτε
πιοῦσα.

Versu 2 ἔλθω Casaubonus pro ἐλθών. V. 3 præter necessitatem Schweigh. et Mein. ὥς γ' ἐμοὶ κ. Ante Casaubonum legebatur οἶδεν. V. 4 alteram personam immisi : apparet enim, verba Οἶδ' ἐγώ π. πιοῦσα non ejusdem esse, cujus antecedentia. Neque placebant vulgata Οἶδα δ' ἐγώ π. π., in quibus vim nullam habet δὲ, ortum illud, ni fallor, ex δα syllaba vicina.

IX. ΑΛΕΙΠΤΡΙΑ.

Ab nonnullis hanc fabulam ad Alexidem poetam referri significat Athen.

Athen. 3, p. 123, B : ὅτι γὰρ οἴδασιν (οἱ ἀρχαῖοι) θερμὸν ὕδωρ, Εὔπολις μὲν ἐν Δήμοις (fr. 22) παρίστησιν, Ἀντ. δ' ἐν Ὀμφάλῃ (fr. 2)· ἐν δ' Ἀλειπτρίᾳ (φέρεται δὲ τὸ δρᾶμα καὶ ὡς Ἀλέξιδος)

Ἐὰν δὲ τοὐργαστήριον ποιῆτε περιβόητον,
κατασκεδῶ, νὴ τὴν φίλην Δήμητρα, τὴν μεγίστην
ἀρύταιναν ὑμῶν, ἐκ μέσου βάψασα τοῦ λέβητος

---

a. Hœdi. Cur igitur? b. Cum frugibus solidis
hæc apponi in mensa patior.

2.

a. Ædium cella quæ vocatur,
quæ prius fuit bobus ex agro reversis stabulum
atque asinis, eam fecit. b. Quid igitur? a. Opificinam.

JACULATRIX.

— a. Vicinus est quidam
caupo : hic statim, quum forte veni
sitiens, unus omnium optime scit, quomodo misceri vinum mihi debeat,
ut neque aquosum sit, neque merum. b. Novi ego, quæ aliquando
bibi.

UNCTRIX.

Quodsi infamatis opificinam,
irrigabo vos ego, per amicam Cererem, maxima
trulla immersa medium in lebetem,

ζέοντος ὕδατος! εἰ δὲ μὴ, μηδέποθ' ὕδωρ πίοιμι
ἐλευθέριον.

« Hæc dicebat ancilla τῆς ἀλειπτρίας, adolescentium, qui comessabundi fores pulsabant (velut scorti : v. Horat. Od. 1, 25. *Both.*), petulantiam castigans, metu infamiæ. » *E Casaubono.* V. 2 καταπερδῶ cod. B. « Ἀρύταιναν βάψαι, *immersa trulla aquam haurire*, illustravit Casaub. ad Theophr. Char. 9, p. 225, Valck. ad Hippol. 123, Hesych. v. Βάπταν. V. 4 μὴ addidit Casaub. Eust. ad Odyss. p. 1747, 10 : ἐν Ἄργει Κυνάδρα κρήνη, ἐξ ἧς ἔπινον οἱ ἐλευθερούμενοι. ὅθεν τὸ ἐν Κυνάδρᾳ ἐλευθέριον ὕδωρ παροιμιακῶς ἐπὶ τῆς κατ' ἐλευθερίαν ζωῆς (similiter Hesych. v. Ἐλεύθερον ὕδωρ). Male Cas. ex his verbis colligit, scenam dramatis Argos translatam fuisse a poeta ; nec dubitari potest quin ἐλ. ὕδωρ πίνειν non minus Athenis quam Argis usitatum dicendi genus fuerit de servis in libertatem vindicatis. » *E M.* Vereor ne apud Eustathium isto loco verba ἐν Κυνάδρᾳ e glossa irrepserint.

Pollux, 7, 17 : Ἀλείπτριαν εἰρήκασιν οἱ μέσοι κωμικοί..... Ἄμφιδος δὲ καὶ δρᾶμά ἐστιν Ἀλείπτρια. « Pro Amphide Alexidis nomen restituendum putarem, nisi etiam in aliis fabularum titulis mirus esset Amphidis et Alexidis consensus. » *Mein.*

X. ΑΛΙΕΥΟΜΕΝΗ.

1.

Athen. 8, p. 338, E : Ἀντ. δ' ἐν Ἁλιευομένῃ φιληδοῦντάς τινας καταλέγων ἰχθύσι φησὶ « Τὰς σηπίας δὸς πρῶτον, etc. « Piscatrix ancillæ, cui nomen Dorias, pisces in foro vendendos tradit. Totam per eclogam poeta similibus piscium atque hominum, præsertim amatorum et meretricum, nominibus ingeniose ludit. » *E M.* Sic igitur Ant. :

Τὰς σηπίας δὸς πρῶτον. Ἡράκλεις ἄναξ,
ἅπαντα τεθολώκασιν! οὐ βαλεῖς πάλιν
εἰς τὴν θάλατταν καὶ πλυνεῖς, μὴ φῶσί σε,
Δωριάς, ἑλώδεις σηπίας εἰληφέναι; —
Τὸν κάραβον δὲ τόνδε πρὸς τὰς μαινίδας
ἀπόδος. Παχύς γε, νὴ Δία! — Ζεῦ, τίς ποτε,
ὦ Καλλιμέδων, σ' ἐκάτεδέ γ' ἄρτι τῶν φίλων;
οὐδεὶς ὃς ἂν μὴ κατατιθῇ τὰς συμβολάς. —
Ὑμᾶς δ' ἔταξα δεῦρο πρὸς τὰ δεξιὰ
τρίγλας, ἔδεσμα τοῦ καλοῦ Καλλισθένους!
κατεσθίει γοῦν ἐπὶ μιᾷ τὴν οὐσίαν. —
Καὶ τὸν Σινώπης γόγγρον, ἤδη παχυτέρας
ἔχοντ' ἀκάνθας, τουτονὶ τίς λήψεται
πρῶτος προσελθών; Μισγόλας γὰρ οὐ πάνυ
τούτων ἐδεστής, ἀλλὰ, κίθαρον οὑτοσὶ
ὃν ἄν γ' ἴδῃ, τὰς χεῖρας οὐκ ἀφέξεται·
καὶ μὴν ἀληθῶς τοὺς κιθαρῳδοὺς, ὡς σφόδρα
ἅπασιν οὗτός ἐστι πεφυκὼς, λανθάνει. —
Ἀνδρῶν δ' ἄριστον κωβιὸν πηδῶντ' ἔτι
πρὸς Πυθιονίκην τὴν καλὴν πέμψαι με δεῖ·
ἁδρὸς γάρ ἐστιν· ἀλλ' ὅμως οὐ γεύσεται,
ἐπὶ τὸ τάριχος δ' ἐστὶν ὡρμηκυῖ' ἄφαρ. —
Ἀφύας δὲ λεπτὰς τάσδε καὶ τὴν τρυγόνα
χωρὶς Θεανοῖ δεῦρ' ἔθηκ' ἀντιρρόπους.

Versu 1 libri τῆς σηπιάδος. Recte Casaub. Τὰς σηπίας δὸς πρῶτον, *Sepias vende primum*, tanquam præcipuum genus piscium, quos in forum mittit mulier. « Sepia haud infrequens fuit nomen scortorum : v. annot. ad Archippi Ἰχθύας, fr. 2. » *E M.* Δὸς, *da*, scil. pretio, i. e. vende, quemadmodum λαμβάνειν dicitur interdum *emere*, velut mox versu 13, et in Ἁρπαζομένῃ. Frequentius significatione vendendi ἀποδιδόναι apud Herodotum, Xenophontem, Aristophanem, aliosque. V. 4 cod. Ven. ἀλλ' οὔε, alii libri ἀλλ' οὐδὲ, in quo agno-

---

fervente aqua! quod nisi facio, nunquam biberim
liberam aquam.

PISCATRIX.

1.

Sepias da primum. Hercules heros,
omnia lutularunt! nonne jacies rursus
in mare et ablues, ne te dicant,
Dorias, paludosas sepias sumpsisse? —
Locustam vero istam ad mænides [forte,
sepone. Crassa est, per Jovem! — O Jupiter, quis
Callimedon, te comedit modo amicorum?
nemo, qui non det symbolas. —
Vos triglas hic collocavi ad dextram,
cibum venusti Callisthenis,
quarum unius causa rem familiarem devorat. —
Sinopes quoque congrum hunc, jam crassiore
spina, quis sumet
primus adveniens? Misgolas enim hos minime
tangit, sed citharum ille
si quem viderit, non abstinebit manus;
et sane citharœdos latet, quam hic ita
comparatus sit natura, ut omnibus congruat. —
Porro virorum optimum gobium, salientem adhuc,
Pythionicæ pulchræ mittere me oportet :
robustus enim est : quanquam non gustabit tamen,
quæ in salsamenta extemplo irruerit. —
Apuas hasce teneras et trygonem
Theanoni hic seposui, huic æquilibres.

seas ἑλώδεις, *paludosos, limosos*, quales piscatrix veretur ne videantur sepiæ, quasi e palude aliqua, non e mari, petitæ. Ταυτολόγον neque similius scripturæ codicum est ἀλούτους, quod posuerunt viri docti : ε, αι, α, itemque ου et ω facile confunduntur, ις autem rapuerit vox σηπίας, quæ sequitur (ἑλωδεισσήπιας, ἑλωδεσηπιας). V. 5. « Κάραβος, locusta, notum Callimedontis oratoris cognomen est, quem quum ad mænidas seponi jubet, eo indicare voluit, eum rem habere cum Mænide meretrice. Vidit hoc Schweigh. Recte autem legitur ἀπόδος, quod est *suum illi locum assigna*, frustraque Coraes tentabat ἐπίδος. » M. V. 6 vulgo νὴ Δί', ὦ Ζεῦ τίς π., ὦ Καλλ'., bis ὦ posito cum vocativo, in eadem oratione, quum vocat. passim solus inferatur, velut Odyss. 18, 61, 125, Il. 1, 503, etc. V. 7 libri σὲ κατέδετ' ἄρτι. Scribendo σ' ἐκάτεδέ γ' ἄρτι defunctus sum. Miror de futuro cogitari, et proponi ἄρα. V. 8 ὃς ... συμβολὰς, *qui non det symbolas* (v. Terent. Andr. 1, 1, 61), tanquam locuples, quum sit inutilis sodalis, adulator, cœnis opibusque patroni inhians. V. 10. « *Callisthenes* videtur Phalereus, ille qui fuit in octo oratorum numero, quos Alexander ad supplicium depoposcit. Eundem ridet novæ comœdiæ poeta apud Suidam :

καὶ φθειριῶσαν, ὡς ὁ πρὶν Καλλισθένης. » *Mein.*

V. 11 annotavit Schweigh. significari meretriculam, cui *Trigla* sive *Triglis* nomen fuerit. Versum 12 respicit Athen. 13, p. 586, A, μνημονεύει δ' αὐτῆς (Sinopen dicit) Ἀντ. ἐν Ἀλ. Eam poeta comparat cum vetere congro, ut quæ ne provecta quidem ætate scortari desiisset; v. Athen. l. l. V. 13 τουτονὶ τίς Porson. et Schweigh. pro τοῦτον εἴτις. V. 14 Athen. l. l. p. 339, B : πιθανώτατ' ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀντ. καὶ τὸν Μισγόλαν κεκωμῳδηκεν ὡς ἐσπουδακότα περὶ κιθαρῳδοὺς καὶ κιθαριστὰς ὡραίους. De *Misgola* cf. Meinek. Hist. crit. Com. p. 386 seq. Κίθαρος, *citharus*, pleuronectes : v. Aristot. H. A, 2, 12, 13, etc. V. 17 et 18 libri minus recte τοῖς κιθαρῳδοῖς et ἀπ. οὗτος ἐπιπεφυκὼς λάνθ. Vix carere potest oratio verbo substantivo, similiaque εστι et επι. De verbis οὗτός ἐστι πεφυκὼς v. ann. ad Thuc. 2, 64. V. 19 sic Casaub. libri ἄνδρωτ' ἄριστον vel ἀνδρωτάριστον. « *Cobii* frequens apud mediæ comœdiæ poetas memoria (seq. ann.). V. 22 ἐπὶ τὸ τάριχος. Chærephili enim salsamentarii filios tum captos tenebat Pythionice amore suo. Athen. l. l. p. 339, E : Πυθιονίκην δέ φησι φιληδεῖν ταρίχῳ, ἐπεὶ ἐραστὰς εἶχε τοὺς Χαιρεφίλου τοῦ ταριχοπώλου υἱούς. ... πρὸ τούτων δ' ἦν ἐραστὴς αὐτῆς Κώβιός τις ὄνομα. Simul notatur Pythionicæ gulositas et illorum Chærephili filiorum stupor, quem ridet etiam Timocles Icar. 2, 7 : τάριχος enim de fatuis et insulsis hominibus passim dicitur. V. 23 ἀφύας. De meretricibus *Apua* cognominatis dixi ad Archippi Pisces fr. 8. Fortasse etiam *Trygon* erat nomen scorti. » *E M.* Versu 22 posui ὡρμηκυῖ' ἄφαρ : pessime enim libri ὡρμηκυῖα γὰρ, importuno vetitoque loco posita γὰρ particula, sicut δὲ Anteæ 1. Ἄφαρ, i. e. εὐθέως, ταχέως, Homerus, Soph. etc.; γ et φ confusa, de quo v. ann. ad Cratini Μαλθ. 4. V. 24 δεῦρ' ἤθηκ' ἀντ. Jacobs. apud Schweigh. et Pors. in Adversariis. Libri δ' εὑρέθη κ' ἀντ. Θεανοῖ ἀντ. recte Jacobsius interpretatur pisces pondere illi æquales. Gracilem Theanus fuisse staturam, docet Anaxilas Neott. 1, 20 :

ἡ Θεανὼ δ' οὐχὶ Σειρήν ἐστιν ἀποτετιλμένη;
βλέμμα καὶ φωνὴ γυναικὸς, τὼ σκέλη δὲ κοψίχου.

2.

Pollux 9, 29 : ἀλλὰ μὴν καὶ δεκατώνια. κέχρηται δὲ τῷ ὀνόματι Ἀντ' ἐν Ἀλ. Bœckh. OEcon. Att. 1, p. 350, 360, citat Mein.

3.

Photius p. 348, 8, Ὁρμιάν : Ἀντ. Ἀλ. Sic etiam Euripides Hel. 1508. Λίνον, lineam, dicit Homerus Il. 15, 408, « quod, opinor, requirebant Atticistæ. » *Mein.*

XI. ΑΛΚΗΣΤΙΣ.

Scriptor argumenti Alcestidis Euripideæ : παρὰ τοῖς τραγικοῖς (apud sive inter Tragicos, judicio ipsorum Tragicorum vel potius π. τοῖς κριτικοῖς, siquidem κ et τ, α et γ et τι, non semel confusa esse constat. Frustra quidam κωμικοῖς) ἐκβάλλεται ὡς ἀνοίκεια τῆς τραγικῆς ποιήσεως ὅ τε Ὀρέστης καὶ ἡ Ἄλκηστις, ὡς ἐκ συμφορᾶς μὲν ἀρχόμενα, εἰς εὐδαιμονίαν δὲ καὶ χαρὰν καταλήξαντα· ἔστι δὲ μᾶλλον κωμῳδίας ἐχόμενα. « Bœckhius nostri Alcestidem commemorari putat in monumento didascalico Corp. inscriptt. 1, n. 231, ut acta fuerit olymp. 106, 2 (ante Chr. nat. 354). » *E M.*

1.

Athen. 3, p. 122, D : Ἀντ. δ' ἐν Ἀλκήστιδι ἔφη

— Ἐπὶ τὸ καινουργεῖν φέρου
οὕτως, ἐκείνως, τοῦτο γιγνώσκων, ὅτι
ἓν καινὸν ἐγχείρημα, κἂν τολμηρὸν ᾖ,
πολλῶν παλαιῶν ἐστι χρησιμώτερον.

ALCESTIS.

1.

— Ille ad res novas
Applicuit animum, recolens hanc sententiam :
Unum commentum, quamvis calidum, sed recens,
Sæpe esse utilius veteribus multis solet. H. GROT.

Probabiliter Hermannus præf. Alcest. Eurip. p. 17, hæc verba esse putat cujusdam, qui hortaretur Admetum vel Herculem, ut viam quamcunque novam recuperandæ Alcestidis experirentur. Versu 1 codd. vett. φέρ', recc. φέρῃ. Dindorfius φέρου : vid. Bast. Epist. crit. ad Boiss. p. 78, et Append. p. 16. V. 2 Herm. ἐκείνως pro ἐκεῖνος. V. 4 antiquiores codd. π. ἐστι παλαιῶν.

2.

Idem 12, p. 553, C : Ἀντ. δ' ἐν Ἀλκ. ἐλαίῳ τινὰ ποιεῖ χριόμενον τοὺς πόδας.

XII. ΑΝΑΣΩΖΟΜΕΝΟΣ.

Sic Antiatt. p. 89, 2, Διαφέρον : ἀντὶ τοῦ συμφέρον. Ἀντ. Ἀνασωζομένῳ, quod cur spernamus propter Diphili, Eubuli, Hipparchi dramata inscripta Ἀνασωζόμενοι, non intelligo, neque hoc præstem. « De verbo διαφέρειν v. Koppiers. Observ. p. 11. Antiphaneæ fabulæ memoriam latere in titulo Corp. inscrr. 1, p. 354, acute vidit Bœckhius. » *Mein.*

XIII. ΑΝΔΡΟΜΕΔΑ.

Antiatt. p. 106, 24, Λείψας : ἀντὶ τοῦ λιπών. Ἀριστοφάνης Ἀνδρομέδᾳ. Malit Mein. Ἀντιφάνης, quod nomen non raro cum illo confusum.

XIV. ΑΝΤΑΙΟΣ.

Athen. 12, p. 544, F : Ἀντ. δ' ἐν Ἀνταίῳ περὶ τῆς τῶν φιλοσόφων τρυφερότητος διαλεγόμενός φησιν

α. Ὦ 'τᾶν, κατανοεῖς, τίς ποτ' ἐστιν οὑτοσὶ
ὁ γέρων. β. Ἀπὸ τῆς μὲν ὄψεως Ἑλληνικός·
λευκὴ χλανίς, * φαιὸς χιτωνίσκος καλός,
πιλίδιον ἁπαλὸν, εὔρυθμος βακτηρία,
4 * βαιὰ τράπεζα. Τί μακρὰ δεῖ λέγειν; ὅλως
αὐτὴν ὁρᾶν γὰρ τὴν Ἀκαδημίαν δοκῶ.

« Versu 2 Ἑλληνικὸς pro Ἕλλην, ut Λακωνικὸς pro Λάκων Aristoph. Lysistr. 1226, Pac. 212. V. 3 φαιὸς, ut Plut. Vit. Anton. 80, de Philostrato sophista : ὁ δὲ πώγωνα πολιὸν καθεὶς καὶ φαιὸν ἱμάτιον περιβαλόμενος. (Malim καλῶς, ne sordida illa vestis cogitetur, et lenioris numeri causa φαιός γε, haustum γε putans a χι-syllaba simili. *Both.*) » V. 5 βαιὰ τράπεζα. « *Brevem mensam* dicere videtur tenuem cœnam, qua illum uti ex toto corporis habitu, et quod Græcus erat, conjicit. » *E M.* Imo manifesto corruptum est τράπεζα, κ et τ, itemque α et ου, confusis ut alias, nec dubie reponendum κρούπεζα βαιά, *crupeza* (i. e. solea lignea, subliganda,) *tenuis*, non alta, ut Bœotorum et tibicinum : v. ann. ad Αὐλητὴν, Cratini Incert. 153. Ceterum codd. fere omnes βεβαία, non βαιά. V. 6 Dindorf. Ἀκαδήμειαν. « De Academicorum φιλοκαλίᾳ v. Ephippus Naufr. 5 seqq. Ceterum ex secundo versu videtur colligi posse (?), scenam dramatis non fuisse Athenis, etc. Cf. Hist. crit. Com. p. 312. » *Mein.*

XV. ΑΝΤΕΙΑ.

« *Antea* famosæ quidem meretricis nomen fuit, quo fabulam inscripsit Eunicus, teste Athen. 13, p. 586, E, ubi non commemoratur, tanquam ab eadem appellatum, Antiphanis drama. Itaque id ad Iobatæ filiam et Bellerophontem (Hom. Il. 6, 160) spectaverit. Ex prioribus autem Antiphanis fabulis fuisse, ostendit Peronis unguentarii, Theopompi comici æqualis, mentio Athen. 15, p. 690, C; ex quo fabulam circa olymp. 100 (ante Chr. nat. 379-376) actam esse conjicias. Eadem post ab Alexide, paucis locis valde mutata, iterum in certamen commissa est, teste Athen. 3, p. 127, B : τὸ αὐτὸ δρᾶμα φέρεται καὶ ὡς Ἀλέξιδος, ἐν ὀλίγοις σφόδρα διαλλάττον. » *E M.*

1.

Athen. 3, p. 127, B : λέξω δὲ πρῶτον περὶ τοῦ χόνδρου, Ἀντιφάνους παρατιθέμενος ἐξ Ἀντείας τάδε·

α. Ἐν ταῖς σπυρίσιν δὲ τί ποτ' ἔνεστι, φίλτατε;
β. Ἐν ταῖς τρισὶν μὲν χόνδρος ἀγαθὸς Μεγαρικός.
α. Οὐ Θετταλικὸν τὸν χρηστὸν εἶναί φασι δή;
β. Σεμίδαλις ἐκ Πέλλης σφόδρ' ἐζητημένη.

ANTÆUS.

a. Amice, nosti quis qualisque hic sit senex?
b. Grajugenam ab ipso licet aspectu agnoscere :
Pulchra atque pulla tunica, candens pallium,
Pileolum molle, baculus factus affabre,
Crupeza tenuis. Nil dicto opus est amplius :
Namque ipsam videor mihi spectare Academiam.

ANTEA.

1.

a. In sportis autem quid tandem inest, amicissime?
b. In tribus quidem triticeum far bonum Megaricum.
a. Nonne Thessalicum sane lautum esse dicunt?
b. Simila Pellæa valde expetitur.

Versu 1 ἔνεστι Meineck. pro ἐστί. Concursum tot brevium vitans, dedi σπυρίσιν pro σπυρίσι. V. 2 similiter Dindorf. τρισὶν pro τρισὶ, quod ne metro quidem sufficit. V. 3 dedi δή : libri tantum non solœce δέ : v. ann. ad Ἁλιευομ. 1, 22. Inter versus 4 et 5 legitur τῆς Φοινίκης, et ipso versu 5 πολλῆς pro Πέλλης, quod sententiæ aptum est : nam altero collocutore prædicante Thessalorum far triticeum, hic certe Pellâ Macedoniæ conterminæ advectam similam expeti ait. Nomini Πέλλης glossator aliquis adscripserit τῆς Φοινίκης, quæ regio etiam ipsa ferax tritici : v. Aristoph. Av. 480 seq. etc. Quare expunxi. In fine unus cod. B ἐζητημένη, probatum Dindorfio ; ceteri ἐξητττημένη.

2.

Idem 15, p. 690, A : μνημονεύει τοῦ μυροπώλου τούτου, τοῦ Πέρωνος, καὶ Θεόπομπος ἐν Ἀδμήτῳ καὶ Ἡδυχάρει. Ἀντ. δ' ἐν Ἀντεία « Πρὸς τῷ μυροπώλῃ γενόμενον κατελίμπανον αὐτὸν περὶ μύρον μέλλει τε συνθεὶς σοι φέρειν τὰ κινναμώμινα ταῦτα καὶ τὰ νάρδινα. » Ita scribamus :

Πρὸς τῷ Πέρωνι γενομένων κατελίμπανον
αὐτὸν, μύρων συνθεὶς τε μέλλει σοι φέρειν
τὰ κινναμώμινα ταῦτα καὶ τὰ νάρδινα.

Exclusimus glossema τῷ μυρ. et versu 2 περὶ, adscriptum ab aliquo voci corruptæ μύρον. Γενομένων, scil. ἡμῶν, *quum nos venissemus*. Genitivus absolutus, ut Aristoph. Eccles. 185 : νῦν δὲ χρωμένων (ἡμῶν) | ὁ μὲν λαβὼν etc. V. 3 Schweigh. bene κινναμώμινα (intell. μύρα) pro κιννάμωνα, quod exstitit forte neglecto -μι- post -μω- syllabam similem.

3.

Pollux 7, 59 : τὰς δὲ ἀναξυρίδας καὶ σκελέας καλοῦσι. τὸ μὲν ὄνομα καὶ παρὰ Κριτίᾳ ἐστὶν ἐν ταῖς Πολιτείαις· Ἀντ. δ' αὐτὸ ἐν Ἀντείᾳ προσεξηγεῖται,

Ταῖς δ' ἐνδύτοις, στολαῖσι τετραγῳδημέναις,
σκελέαις, τιάραις.

Προσεξηγεῖται, *aliis addit*, inter alia commemorat. Libri sensu alieno παρεξηγεῖται. Versu 1 codex A ἐν αὐτοῖς, i. e. ἐνδύτοις. Vulgo ταῖς δ' ἐν αὐταῖς. Porsonus Advers. p. 283, ταῖς δ' ἐνδύτοις στολ., otioso epitheto; Mein. ταῖς δ' ἐνδυταῖς στ., qui tamen : « Tueri id (scil. ἐνδύτοις) licet exemplis apud Lobeck. ad Sophoclis Ajacem 224. » Euripides Ione 1307 nostræ ed. : σά γ' ἔνδυθ', οἷσί σ' ἐξέθηκ' ἐγώ ποτε. De magnifica *palla* tragœdorum Mein. conferri jubet Spanhemium ad Callim. H. in Apoll. 32 ; alteroque versu recte edidit σκελέαις, τιάραις, agnitum illud in codicum A et V scriptura σκελέαι σπάραις. Male vulgati σκελέαις καὶ τιάραις.

XVI. ΑΝΤΕΡΩΣΑ.

Antiatt. p. 106, 5, Λαγγάζει : ἀντὶ τοῦ ἐνδίδωσιν. Ἀντ. Ἀντερώσῃ. « Id alii dicebant λογγάζειν : v. Hesychii interpp. 2, p. 407. » *E M.* Etiam Schneideri Lex. v. Λαγγάζω.

XVII. ΑΠΟΚΑΡΤΕΡΩΝ.

Pollux 10, 138 : καὶ στρωματεῖς δὲ Ἀπολλόδωρός τε ὁ Γελῷος ἐν Ψευδαίαντι ἔφη, ... ὅ τε Ἀπολλόδωρος Καρύστιος. κέχρηται τῷ ὀνόματι καὶ Ἀντ. ἐν Ἀποκαρτεροῦντι. Lobeck. ad Phryn. p. 401 citat Mein.

XVIII. ΑΡΚΑΣ.

« Hoc drama ab Athen. 10, p. 444, D, vocatur Ἀρκαδία, ab Herodico autem Ath. 13, p. 586, A, Ἀρκάς. Prius illud haud dubie (?) vitiosum est : nulli enim unquam comœdiæ titulum a provinciæ vel urbis nomine indiderunt (?) : sed incertum est, *Arcas* utrum dicatur fabulosus ille Jovis et Callistonis filius, an homo Arcadicus. » *E M.*

1.

Athen. 10, p. 444, B : τὸ γὰρ παροινεῖν ἐκ τοῦ μεθύειν γίνεται. διὸ καὶ Ἀντ. ἐν Ἀρκαδίᾳ φησὶν

— Οὔτε γὰρ νήφοντα δεῖ
οὐδαμοῦ, πάτερ, παροινεῖν, οὔθ', ὅταν πίνειν δέῃ,
νοῦν ἔχειν· ὅστις δὲ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ,
(οὐ φρονῶν) μικρῷ πεποιθὼς ἀθλίως νοήματι,

2.

Quum ad Peronem venissemus, reliqui
illum, et unguentorum composita tibi afferet
cinnamomina hæc atque nardina.

3.

Vestibus autem, pallis tragœdorum,
braccis, tiaris.

ARCAS.

1.

— Neque enim abstemium oportet
unquam, pater, vino insanire, neque, ubi bibendum est,
sapere ; quicumque autem supra hominem effertur,
(insipiens) parva male fretus prudentia,

εἰς ἄφοδον ἐλθὼν ὅμοιον πᾶσιν αὑτὸν ὄψεται,
κἂν σκοπῇ τὰ τῶν ἰατρῶν τοῦ βίου τεκμήρια,
τὰς φλέβας θ' ὅποι φέρονται, τὰς ἄνω καὶ τὰς κάτω
τεταμένας, δι' ὧν ὁ θνητὸς πᾶς κυβερνᾶται βίος.

Versu 4 adjectis verbis οὐ φρονῶν, *desipiens*, offecisse videntur similia, quæ antecedunt, -ον φρονεῖ (codex P φρονεῖν). Grotius supplevit δηλαδή, Jacobsius ὦ πάτερ. Ibidem libri minus bene ἀθλίῳ, et inepte νομίσματι. V. 5 ἄφοδον, *iter devium*, i. e. tropice *errorem :* propria significatio vocis, sed rarior; similiter Germani *Abweg*. V. 6 vulgo ἂν (i. e. ἐὰν), sed opus est copula, siquidem, ut in prægressis animo, ita jam corpori quoque similem homini hominem dicit Noster. Casaub.: « Elegantissimi sane versiculi, quos proferebat filius, cum patre, austeritatis et tetricitatis nimiæ viro, disputans. » V. 7 θ' addidit Dindorf.

2

Idem 13, p. 586, A : περὶ μὲν τῆς Σινώπης Ἡρόδικος ὁ Κρατήτειος ἐν ἕκτῳ Κωμῳδουμένων φησίν, ὅτι Ἄβυδος ἐλέγετο διὰ τὸ γραῦς εἶναι. μνημονεύει δ' αὐτῆς Ἀντιφάνης ἐν Ἀρκάδι καὶ Κηπουρῷ. Videntur lusisse nominibus urbium Sinopes et Abydi, quarum illa recentior, Abydus autem antiquissima, ex Homero nota, cui anum Sinopen comparaverint irridentes.

XIX. ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΑΦΑΝΙΣΜΟΣ.

Athen. 9, p. 409, D : περὶ δὲ τοῦ εὐώδεσι χρίεσθαι τὰς χεῖρας Ἐπιγένης ἢ Ἀντ. φησὶν ἐν Ἀργυρίου ἀφανισμῷ οὕτως·

— Καὶ τότε
πτέριν πατήσεις, κἀπονίψει κατὰ τρόπον
τὰς χεῖρας, εὐώδη λαβὼν τὴν γῆν.

Versu 2 libri mendose, metroque inconcinno, περιπατήσεις. Eleganter Jacobs. Additt. p. 219, πτέριν πατήσεις, *filicem calcabis*, h. e. in silva sive agro jucunde ambulabis, secundum ista Theocriti 5, 55 : ἁπαλὰν πτέριν ὧδε πατήσεις, | καὶ γλάχων' ἀνθεῦσαν. Neque id urgendum est, quod per se filix ingrata est agricolis atque exstirpari vel uri solet; v. Horat. Serm. 1, 3, 37, Virg. Georg. 2, 189, etc.: hic rus modo indicat, ut apud Theocritum. V. 3. « Varias terræ species Græci abstergendis manibus adhibebant : v. Aristoph. Ran. 666 seqq., Nicochares Herculis Nupt. Item apud Hippocratem De morbis mul. 2, p. 284, 47, habemus γῆν σμηκτρίδα, et quidem rosaceo unguento mixtam. » *E M.*

XX. ΑΡΧΕΣΤΡΑΤΗ.

Ἀρχεστράτη, ut Ἀρχέστρατος, non Ἀρχιστράτη, quod legitur in codd. merito suspectum viro doctissimo.

Athen. 7, p. 322, C : σινόδοντα δ' αὐτὸν (τὸν συνόδοντα) λέγει διὰ τοῦ ἰῶτα Δωρίων ... Ἀντ. δ' ἐν Ἀρχιστράτῃ (sic)

— Τίς δ' ἐγχέλιον ἂν οὐ φάγοι,
ἢ κράνιον σινόδοντος;

De *sinodonte* pisce v. etiam Aristot. H. A. 8, 4, Plinius H. N. 37, 10. Codd. Τίς δ' ἐ. ἂν φάγοι, etc., quasi odiosa res sit vesci anguilla, pisce delicato (cf. Αὐλητρίδα). Forte excidit οὐ, de quo v. ann. ad Thuc. 1, 133, Eurip. Philoct. fragm. 11, Haas. Lucubr. Thucyd. etc. Male Schweigh., mendum fucans, ἐγχέλειον.

XXI. ΑΡΠΑΖΟΜΕΝΗ.

Athen. 9, p. 401, F : ἵν' οὖν μὴ καὶ σὺ ζητῶν τὸν σύαγρον ἀφαυανθῇς, μάθε ὅτι Ἀντ. μὲν ἐν Ἁρπαζομένῃ οὕτως ὠνόμασε·

Λαβὼν ἐπανάξω σύαγρον εἰς τὴν οἰκίαν
τῆς νυκτὸς αὐτῆς, καὶ λέοντα, καὶ λύκον.

« Improbabant scil. Atticistæ nomen σύαγρον, dicentes σῦν ἄγριον : v. Lobeck. ad Phryn. p. 381. » *E M.* Λαβών, ut emptor scilicet : cf. Ἁλιευομ. 1, 13.

XXII. ΑΡΧΩΝ.

Athen. 4, p. 142, F : διακωμῳδῶν δ' Ἀντ. τὰ Λακωνικὰ δεῖπνα ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Ἄρχων φησὶν οὕτως·

---

devio profectus itinere tamen similem omnibus se [videbit,
pariter ac si, ut medici, vitæ signa considerabit,
venas, quo feruntur, aliæ supra, aliæque infra,
tensæ, quibus omnis mortalium vita gubernatur.

PECUNIÆ ABLATIO.

— Et tunc
filicem calcabis, abluesque, ut decet,
manus, suaveolentem sumens terram.

ARCHESTRATE.

Quis autem non vescatur anguilla, vel capite sino- [dontis?

ABREPTA.

Emptum aprum adducam domum
hac ipsa nocte, et leonem, lupumque.

— Ἐν Λακεδαίμονι
γέγονας· ἐκείνων τῶν νόμων μεθεκτέον
ἐστίν. Βάδιζ' ἐπὶ δεῖπνον ἐς τὰ φιλίτια·
ἀπόλαυε τοῦ ζωμοῦ * φόρει· τοὺς βύστακας
μὴ καταφρόνει, μηδ' ἕτερ' ἐπιζήτει καλὰ,
ἐν τοῖς δ' ἐκείνων ἔθεσιν ἴσθ' ἀρχαϊκός.

Versu 3 φιλίτια pro φειδίτια Toup. Emend. 3, p. 79. V. 4 tautologice scribunt ῥόφει auctore Ruhnkenio. Malim sane φάρῳ, i. e. φάρυγγι, ut Lycophron 154, secundum Etym. M. p. 788, 30 : εὔσαρκα (sic legendum pro ἄσαρκα) μιστύλασ' ἐτύμβευσεν φάρῳ. Βύστακας, proprie mystaces, sed hic a simili πώγωνας, *barbas*, quas promissas alebant Lacedæmonii. Hesych. Βύστακα : πώγωνα.

XXIII. ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ.

Athen. 11, p. 485, B : Ἀντ. δ' ἐν Ἀσκληπιῷ

Τὴν δὲ γραῦν, τὴν ἀσθενοῦσαν πάνυ, πάλαι, τὴν βρυτικὴν,
ῥιζίον τρίψας τι μικρὸν, δελεάσας τε γεννικῇ
τὸ μέγεθος, κοίλῃ λεπαστῇ, τοῦτ' ἐποίησ' ἐκπιεῖν.

« Loquitur de medico, qui fallaciter ægrotanti aniculæ vægrandem vini (βρύτου, h. e. κριθίνου οἴνου, ut explicat Athen. 10, p. 447, B. Cf. Soph. Triptolemo, fr. 11 et 12, p. 216 nostræ ed. Fragmentorum Tragici. *Both.*) lepastam propinans, medicatam potionem haurire fecit mulierem. » *E Cas.* « Βρυτικὴν, *bryti appetentem, bryti potu impense gaudentem* : quemadmodum a πότος formatur ποτικὸς, *bibendi cupidus* (Alcæi com. Gan. 8), a νόμος νομικὸς, *legum peritus* (Alexidis Galat. 4), et similiter ab aliis alia, sic βρυτικὸς dici potest is, qui bryti potu impense delectatur. » *E M.* Versu 1 δὲ Jacobsius pro δὴ, v. 2 Casaub. recte γεννικῇ pro γεννητικῇ. Dindorfius ῥίζιον. V. 3 libri ἐποίησεν, quod correxit Jacobs.

XXIV. ΑΣΩΤΟΙ.

Antiatt. p. 86, 14, Γαμῶ ἡ γυνὴ λέγει, οὐ γαμοῦμαι. Ἀντ. Ἀσώτοις. ἐ γ η μ ά μ η ν (δὲ) ὁ ἀνὴρ λέγει ἀντὶ τοῦ ἔγημα. « Scilicet de intemperante dotatæ uxoris imperio conquerebatur maritus ille infelix : igitur medio γήμασθαι recte usus est Antiphanes. Pari acumine Clemens Alex. Pæd. 3, p. 226, B ed. Col. conjungit γαμουμένας καὶ γαμούσας γυναῖκας, similiaque habent Valcken. ad Ammon. p. 59, Porson. ad Medeam 264. » *E M.*

XXV. ΑΥΛΗΤΗΣ.

« Αὐλητὴν nostri unus commemoravit Athenæus; sed non inepta est Meursii Biblioth. Att. p. 1410, et Hemsterhusii ad Plutum p. 365 sententia, ad eandem hanc fabulam pertinere ista Plutarchi, Vit. Demosthenis cap. 4 : ἦν δὲ ὁ Βάταλος, ὡς μὲν ἔνιοί φασιν, αὐλητὴς τῶν κατεαγότων (καὶ δραμάτιον εἰς τοῦτον κωμῳδῶν αὐτὸν Ἀντιφάνης πεποίηκεν)· ἔνιοι δέ τινες ὡς ποιητοῦ τρυφερὰ καὶ παροίνια γράφοντος τοῦ Βατάλου μέμνηνται. (Similiter schol. Æschinis C. Tim. § 126, et gramm. Bekkeri Anecd. p. 221, qui inter alia : ὃς καὶ Βαττάλεια ταῦτα ἐξεῦρεν. Hedylus, poeta Alexandrinus, Athen. 4, 176, D, annotante Mein. : ηὔλει δὲ Γλαύκης μεμεθυσμένα παίγνια Μουσέων, καὶ τὸν ἐν ἀκρήτοις Βάτταλον ἡδυπότην. *Both.*) Itaque Batalus ille, quem Ant. exagitavit, tibicen fuit in extremam mollitiem profusus. — Libanius apud Photium Bibl. 266, p. 495 Bekk : ἱστόρηταί τις Ἐφέσιος Βάταλος αὐλητὴς γενέσθαι, ὃς πρῶτος ὑποδήμασι γυναικείοις ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐχρήσατο καὶ μέλεσι κατεαγόσι, καὶ ὅλως τὴν τέχνην ἐμαλάκισεν· ἀφ' οὗ τοὺς ἐκλύτους καὶ ἀνάνδρους Βατάλους ἐπονομάζουσι. Schol. Æschinis l. l. : βάταλον (nomine appellativo) καταπύγωνα καὶ μαλακόν ... ὑποπόδιον δὲ διπλοῦν ὑπὸ τὸν δεξιὸν πόδα ἔχοντες, ὅταν αὐλῶσι, καταχρούουσιν ἅμα τῷ ποδὶ τὸ ὑποπόδιον, τὸν ῥυθμὸν τῷ αὐτῷ (male libri τὸ αὐτὸ) συναποδιδόντες, ὃ καλοῦσι βάταλον. Photius Lex. p. 180, 21, Κρουπέζαι : ξύλινα ὑποδήματα, οἱ δὲ κρόταλον, ὃ ἐπιψοφοῦσιν οἱ αὐληταὶ, τὸ βάταλον. De scabellorum usu cf. Casaub. ad Sueton. Calig. 54. » *E M.*

Athen. 14, p. 618, B : ἀστείως δὲ αὐτὴν (τὴν συναυλίαν) Ἀντ. φανερὰν ποιεῖ, ἐν τῷ Αὐλητῇ λέγων

α. Ποίαν φράσω γὰρ, εἰ δὲ, τὴν συναυλίαν

PRÆTOR.

— Lacedæmonem
venisti : participandæ cum illis tibi sunt
leges. Ito epulatum ad philitia;
jusculo fruaris gutture; de barbis
noli curare, neque alia venusta require,
sisque moribus illorum antiquus.

ÆSCULAPIUS.

Anum olim prorsus debilitatam, bryti cupidam,
radicula trita, quumque ipsam satis
magno poculo cavo allexissem, ebibere illam feci.

TIBICEN.

a. Qualem enim dicam, si quidem, hunc tibiarum

ταύτην; ἐπίστασαί γ' ἄν. β. Ἀλλ' ηὔλουν γέ τι
ἔτ' οὐ μαθόντες· ὥστε τοὺς αὐλοὺς σύ τε
αὕτη τε λήψεσθ'· εἶθ', ἃ μὲν σὺ τυγχάνεις,
αὐλῶν πέραιν', ἥδ' ἕξεται δὲ τἄλλα σοῦ·
ἡδύ τε τὸ κοινόν ἐστιν, οὗ χάρις πάλιν
συννεύματ' οὖν, προβλήμαθ' οἷς σημαίνεται
ἕκαστα.

Libri mendose versu 1 φράσον γὰρ ἥδε τὴν σ., 2 et 3 ἐπίσταται γάρ· ἀλλ' ηὔλουν ἔτι μαθόντες, neque immissa altera persona. Ἐπίστασαι francogallicus interpres. V. 4 libri αὐτὴ τελετῇ ψεθείθαμεν συντυγχάνεις, quæ correxerunt Dindorf. et Mein. V. 5 legebatur α. πέραινε. δέξεται δὲ τ. σοι, 6 ἡδύ τι κοινόν ἐ. σοῦ χωρὶς π., 7 συννεύματ' οὐ προβλημάθοις. Casaub. προβλήμαθ' οἷς. Versu 1 posui εἰ δὲ (quod idem valet atque εἰ δή, ut Iliad 16, 87, etc.), sc. συναυλίαν, *si tamen*, si quidem, concentum tibiarum; si talis συναυλία meret hoc nomen : sic improbantur mali quidam tibicines, quorum loco, quum artem adhuc non didicerint, is, qui hæc loquitur, peritiores tibicinem et tibicinam tibiis canere jubet, cum singulatim, tum conjunctos, qua ratione quævis argumenta (προβλήματα ἕκαστα) significari posse ait.

XXVI. ΑΥΛΗΤΡΙΣ, ἢ ΔΙΔΥΜΑΙ.

Athen. 8, p. 343, D: Ἀντ. ἐν Αὐλητρίδι ἢ Διδύμαις Φοινικίδην τινὰ ἐπ' ὀψοφαγίᾳ κωμῳδῶν φησιν

Ὁ μὲν Μενέλεως ἐπολέμησ' ἔτη δέκα
τοῖς Τρωσὶ διὰ γυναῖκα τὴν ὄψιν καλήν,
Φοινικίδης δὲ Ταυρέᾳ δι' ἔγχελυν.

Versu 1 μὲν additum a Koppiersio. Libri ἐπολέμησεν. *Phœnicides*, *Taureas*, Athenienses, Socratis æquales, poetæ comici.

XXVII. ΑΥΤΟΥ ΕΡΩΝ.

1.

Athen. 10, p. 455, F, ubi de griphis agitur : Ἀντ. δ' ἐν Αὑτοῦ ἐρῶντί φησι

Τροφαλίδας σελινοσάρκους (μανθάνεις;) τυ-
ροῦ λέγω.

Libri et inepta sententia, et versu claudicante, Τρ. τε λινοπάρχους, μανθάνεις; τυρὸν λ. confusis σ et τ, ut Iliad. 14, 173, et passim. Τροφ. τυροῦ, sicut Aristoph. Vesp. 807 : τροφαλίδα τυροῦ Σικελικὴν κατεδήδοκε; Ne mireris σάρκα in selino sive apio, certe Latini, velut Plinius 16, 38, etiam arboris *carnem* dicunt, partem corporis. Τροφαλίδες τυροῦ σελινόσαρκοι h. l. dicuntur casei non recentes, sed apii pulpæ seu corpori similes, præsertim colore, h. e. vetustiscentes. Vulgatam scripturam sic explicat Eustathius ad Iliad. p. 1339, 17 : ἵνα εἴη αἰνιγματωδῶς λέγων λινοσάρκους ἤγουν λεπτὰς καὶ ἁπαλὰς τροφαλίδας τὸν τοιοῦτον τυρόν. Meinek. conjecit λιχνοσάρκους, Lobeckius Patholog. elem. 1, p. 110, λιτοσάρκους.

2.

Idem 15, p. 678, E : μνημονεύει δ' αὐτοῦ (dicit στέφανον χυλιστόν) καὶ Ἀντ. ἐν Ἑαυτοῦ ἐρῶντι. Pollux 7, 199 : τὸν χυλιστὸν δὲ εἴρηκεν Ἀντ.

3.

Pollux 10, 152 : ἀρυβάλλους δὲ ἐπὶ τοῦ συσπάστου βαλαντίου ἐν Ἀντιφάνους Αὑτοῦ ἐρῶντι. Male scribitur βαλλαντίου, ut alibi observavimus coll. Aristoph. Ran. 725, etc.

XXVIII. ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣ.

« Quæ *Veneris natales* inscripta fuit fabula, ejus satis longum fragmentum servavit Athen. 15, p. 666, F, unde sumpsit schol. Luciani Lexiph. 2, p. 325, ubi pro Antiphane *Aristophanis* nomen scriptum est. Idem drama fuerunt qui significari putarent ab Athenæo 10, p. 449, B, ubi est Ἀντιφάνης ἐν Ἀφροδισίῳ, et ab Stobæo Floril. 24, 27, ubi quum in margine Gesneri legatur *Antiphanis in Aphrodis*. Grotius, non codices, puto, sed suam conjecturam secutus, scripsit *Antiphanes Veneralibus*, h. e. Ἀφροδισίοις, idque probavit Koppiers. Observ. philol. p. 33; sed Gaisford. e codice edi-

---

concentum? tu sciveris. b. At nescio quid fistulabant, qui nondum didicerunt : quare et tu, et hæc, sumatis tibias; dein quæ tibi in mentem inciderint, ede tibia, ceterisque hæc te continuo sequetur; suavisque est communio, quum grate scilicet congruunt soni, quibus argumenta quævis significantur.

TIBICINA vel GEMELLÆ.

Menelaus quidem belligeravit decem annis cum Trojanis pulchræ mulieris causa;
Phœnicides autem cum Taurea propter anguillam.

SUI AMATOR.

1.

Coactum lac, apio simile, (sentisne?) in caseum dico.

2.

Nexilem (*vel* sutilem?) coronam.

3.

Crumenas.

dit Ἀντιφάνους ἐξ Ἀφροδισίου. Itaque diversa hæc fabula fuit ab Ἀφροδίτης γοναῖς, verumque nomen ejus fuerit Ἀφροδίσιος, h. e. Homo amoribus deditus, libidinosus. Gramm. Bekkeri Anecd. p. 472, de voce ἀφροδίσιος : λαμβάνεται ἐπὶ τῶν λάγνων, τῶν ἐρωτικῶν καὶ περὶ τὴν συνουσίαν σφοδρῶς διακειμένων. (Ita corrigere visum est hæc codicis τῶν ἐρωτικῶς π. τὴν συν. καὶ σφοδρῶς δ. *Both.*). Nisi forte intelligere malis ἀφροδίσιον, *Veneris statuam*. Gramm. Bekkeri ib., Ἀφροδίσιον : ἰδίως τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἕδος. Athen. 13, p. 585, F : φιλάργυρός τις ἐραστὴς, ὑποκοριζόμενος αὐτὴν (Phrynen), εἶπεν « Ἀφροδίσιον εἶ Πραξιτέλους. » ἡ δὲ « Σὺ δὲ Ἔρως Φειδίου. » *E M.*

I.

Athen. 10, p. 449, B, de griphis disserens (de quo dicendi genere ænigmatico, mediæ comœdiæ poetis familiari, v. Mein. Hist. crit. Com. p. 291 seqq.) : Ἀντιφάνης ... ἐν δὲ Ἀφροδισίῳ·

α. Πότερ' ὅταν μέλλω λέγειν σοι τὴν χύτραν, χύτραν λέγω,
ἢ τροχοῦ ῥύμαισι τευκτὸν κοιλοσώματον κύτος,
πλαστὸν ἐκ γαίας, ἐν ἄλλῃ μητρὸς ὀπτηθὲν στέγῃ,
νεογενοῦς ποιμνῆς δ' ἐν αὐτῇ πνικτὰ γαλατοθρέμμονα,
τακεροχρῶτ', εἴδη κύουσαν; β. Ἡράκλεις, ἀποκτενεῖς
ἄρτι μ', εἰ μὴ γνωρίμως μοι πάνυ φράσεις χρεῶν χύτραν.
α. Εὖ λέγεις. Ξουθῆς μελίσσης νάμασιν δὲ συμμιγῆ
μηκάδων αἰγῶν ἀπόρρουν θρόμβον, ἐγκαθήμενον
εἰς πλατὺ στέγαστρον, ἁγνῆς παρθένον Δηοῦς κόρην,
λεπτοσυνθέτοις τρυφῶσαν μυρίοις καλύμμασιν,
ἢ σαφῶς πλακοῦντα φράζω σοι; β. Πλακοῦντα βούλομαι.
α. Βρομιάδος δ' * ἱδρῶτα πηγῆς; β. Οἶνον εἰπὲ συντεμών.
α. Λιβάδα νυμφαίαν δροσώδη; β. Παραλιπὼν ὕδωρ φάθι.
α. Κασιόπνουν δ' αὔραν δι' αἴθρας; β. Σμύρναν εἰπὲ μὴ μακρὰν,
μηδὲ τοιοῦτ' ἄλλο μηδὲν, μηδὲν (ἔμπαλιν λέγω),
ὅτι « δοκεῖ τοῦτ' ἔργον εἶναι μεῖζον, » ὥς φασίν τινες,
« αὐτὸ μὲν μηδὲν, παρ' αὐτὸ δ' ἄλλα συστρέφει πυκνά. »

Versu 1 πότερ' pro πότερον Koppiers. Observ. phil. p. 33. Posterius χύτραν addidit Casaub. V. 2 libri τρόχου ῥύμασι τ. vel τροχορυμασίτευκτον. Item correxit Koppiers. V. 3 libri γαίης, sed recte Mein. repudiavit formam Ionicam, et v. 4 scripsit αὐτῇ pro αὐτῇ, Dindorf. autem concinne γαλατοθρ. pro γαλακτοθρ. V. 5 ita Porson.; libri fere τακεροχρῶτι δηκτύουσαν. V. 6 ἄρτι nos pro ἄρα. Alienum Grotii ἆρα. V. 7 συμμιγῆ Casaub. pro συμμιγής. V. 9 perperam libri παρθένου Δ. κόρης. Placentam comicus dicit Δηοῦς παρθένον κόρην. V. 10 codd. τρυφῶντας, nec bene Casaub. τρυφῶντα, proxime antecedentibus verbis παρθ. κόρην. V. 12 absurde legitur Βρ. δ' ἱδρῶτα π. Scribam Βρ. δ' ἁδρόν τι π. V. 13 Mein. νυμφαίαν pro codicum νῦν φαιάν. Iidem παράλιπον correctum a Grotio. V. 14. « Videtur casia latiore sensu accipienda esse, ut κασιόπνους αὖρα

VENERIUS.

I.

a. Utrum, si de olla dicendum tibi est, dicam [*ollam*,
an rotæ conversionibus formatum cavum,
fictum ex terra, in alia quam matris domo [coctum,
novellæ gregis assas, lacte nutritas,
teneras, continens species? b. Hercle occides me
jam, nisi aperte dices *carnium ollam*.
b. Recte dicis. Tum luteæ liquoribus apis admix- [tum
caprarum mutientium grumi effluvium, insidens
lato receptaculo, sanctæ Cereris virginem filiam,
subtiliter compositis elatam mille straturis,
an placentam dicam perspicue? b. *Placentam* [volo.
a. Et Bacchici aliquod robur fontis? b. *Vinum* [dic uno verbo.
a. Rorem Nympharum stillantem? b. Eum omit- [tens dic *aquam*.
a. Casiæque similem auram? b. *Myrrham* voca [breviter,
et ejusmodi nihil amplius profer, nihil (iterum [dico),
quia, « videtur hoc aliquid esse majus, » ut non- [nulli dicunt,
« per se quidem nihil, sed alia multa secum [trahit. »

dicatur myrrha, casiæ similem odorem spargens. Αἴθρα pro ἀὴρ rarum quidem, nec tamen sine exemplis est. Similis αἰθὴρ dictus pro aere apud Dionysium Athen. 15, p. 668, F. » *E M.* Ibidem Grotius μὴ pro μοι. V. 15-17 vulgo τοιοῦτ' (libri τοιοῦτον) ἄλλο μηδὲν, μηδὲ τοὔμπαλιν λέγων, — παρ' αὐτὸ δ' ἄλλα συστρέφειν π. Quæ correxi.

2.

Stobæus Floril. 124, 27, cum lemmate Ἀντιφάνους ἐξ Ἀφροδισίου.

Πενθεῖν δὲ μετρίως τοὺς προσήκοντας φίλον·
οὐ γὰρ τεθνᾶσιν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν,
ἣν πᾶσιν ἐλθεῖν ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον,
προεληλύθασιν· εἶτα χἠμεῖς ὕστερον
εἰς ταὐτό γ' αὐτοῖς ἥξομεν καταγώγιον,
κοινῇ τὸν ἄλλον συνδιατρίψοντες χρόνον.

Versu 1 vulgatum φίλους ambiguum est, nec dubie mendosum. V. 4 codd. fere προσεληλύθ. V. 5 libri εἰς ταὐτὸ κατ. αὐτοῖς ἥξ., verbis trajectis, ut alias non semel apud scriptores; neque usitatum est quod posuit Gaisford. καταγωγεῖον. Xenophon De vectigal. 3, 12 : ναυκλήροις οἰκοδομεῖν καταγώγια, etc.

3.

Antiatt. p. 95, 32, Εὐειματεῖν : Ἀντ. Ἀφροδισίῳ.

XXIX. ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΓΟΝΑΙ.

De hoc dramate v. in prolegomenis ad Ἀφροδίσιον.

Athen. 15, p. 666, F, de cottabi ludo disserens : Ἀντ. δ' ἐν Ἀφροδίτης γοναῖς·

α. Τονδὶ λέγω· σὺ δ' οὐ συνίης. Κότταβος
τὸ λυχνίον ἐστί. Πρόσεχε τὸν νοῦν· ᾠὰ μὲν,
καὶ πέμματα, καὶ τραγήματα, νικητήριον.
β. Περὶ τῶν γελοίων κοτταβιεῖτε; τίνα τρόπον;
α. Ἐγὼ διδάξω, καθ' ὅσον· ἂν τὸν κότταβον
ἀφεὶς ἐπὶ τὴν πλάστιγγα ποιήσῃ πεσεῖν, ...
β. Πλάστιγγα ποίαν; γ. Τοῦτο τοὐπικείμενον
ἄνω, τὸ μικρόν τοι πινακίσκιον, λέγει·
τοῦτ' ἐστὶ πλάστιγξ. α. Οὗτος ὁ κρατῶν γίγνεται.
β. Πῶς δ' εἴσεταί τις τοῦτ'; α. Ἐὰν τύχῃ μόνον
αὐτῆς, ἐπὶ τὸν μάνην πεσεῖται, καὶ ψόφος
ἔσται πάνυ πολύς. β. Πρὸς θεῶν, τῷ κοττάβῳ
πρόσεστι καὶ μάνης τις, ὥσπερ οἰκέτης; —
β. Ὃ δεῖ λαβεῖν τὸ ποτήριον δεῖξον νόμῳ.
α. Αὐλητικῶς δεῖ καρκινοῦν τοὺς δακτύλους,
οἴνου τε μικρὸν ἐγχέαι, καὶ μὴ πολύν·
ἔπειτ' ἀφήσεις. β. Τίνα τρόπον; α. Δεῦρο βλέπε·
τοιοῦτον. β. Ὦ Πόσειδον, ὡς ὑψοῦ σφόδρα!
α. Οὕτω ποιήσεις. β. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν σφενδόνῃ
οὐκ ἂν ἐφικοίμην αὐτόσ'. α. Ἀλλὰ μάνθανε.

« Hoc fragm. ad eum cottabismi modum spectat, quo cottabium, ad candelabri similitudinem formatum, e lacunari suspensum erat; quod genus quum Eubulus dicit hoc loco Athenæi (ἄνω γὰρ, ὥσπερ κοττάβειον, αἴρομαι), tum cogitandum est in illis Dionysii Athen. p. 668, E,

Κότταβον ἐνθάδε σοὶ τρίτον ἑστάναι οἱ δυσέρωτες

2.

Lugeat autem modice cognatos amicus
neque enim mortui sunt, sed eandem viam
quæ omnibus necessario ingredienda est,
præiverunt; postea nos quoque
ad idem, ad quod illi, deversorium veniemus,
una cum illis reliquum exacturi tempus.

VENERIS NATALES.

a. Huncce dico; sed tu non intelligis. Cottabus
est scapus. Animum adverte : ova quidem,
et placentæ, et bellaria, sunt præmium victoris.
b. De his ridiculis rebus cottabizatis? quonam modo?
a. Ego docebo, quo. Si quis facit, ut cottabus
missus plastingi incidat, ...
b. Quali plastingi? c. Hoc superpositum,
patellam scilicet parvam, dicit :
hoc est plastinx. a. Ille est victor.
b. Quomodo quis autem id scibit? a. Si modo
eam, in manen incidet, strepitusque tangit
maximus fiet. b. Dii, vestram fidem! cottabo
additus est etiam nescio quis manes, velut servus?
b. Quo modo sumendum sit poculum, ostende.
a. More tibicinum incurvare te oportet digitos,
paulumque vini infundere, non multum;
dein ejicies. b. Quo modo? a. Huc specta :
tali. b. O Neptune, quam alte!
a. Ita facies. b. At ego ne funda quidem
eo pervenissem. a. Igitur disce.

ἡμεῖς προστίθεμεν γυμνασίῳ Βρομίου
χώρυχον,

ubi cottabium comparatur cum χωρύχῳ, h. e. cum folle athletarum, appetito manibus concertantium, qui de lacunari dependebat. Sed tota hujus ludi ratio satis obscura est, » etc. *E M.* V. ann. ad Aristoph. Pacem 341. « Versu 2 τὸ λύχνιον. Athen. p. 666, E : ἐκάλουν δὲ καὶ κατακτούς τινας κοττάβους. (Ar. Pac. 1155, ubi in scholio pro κυβαλλομένην legendum esse videtur καββαλλομένην, quemadmodum καββαλικὸς pro καταβαλικὸς et similia dixerunt. *Both.*) ἔστι δὲ λυχνία ἀναγόμενα, πάλιν τε συμπίπτοντα. Ammonius De diff. verb. p. 90 : λυχνίον μὲν γάρ ἐστιν ἡ λυχνία, ὡς Ἀντ. φησὶν ἐν Ἀφροδίτης γοναῖς. Finem v. 2 et versum 3 felici audacia Casaub. restituit ex Athenæo p. 667, D : ὅτι δὲ ἆθλον προὔκειτο τῷ εὖ προεμένῳ τὸν κότταβον, προείρηκε μὲν καὶ ὁ Ἀντ.· ᾠὰ γάρ ἐστι, καὶ πέμματα, καὶ τραγήματα. In libris enim post νοῦν hic tantum legitur πέντε νικητήριον. (Pro arbitrio tamen et minus bene Cas. καὶ πέμμα, καὶ τράγημα. *Both.*) » *E M.* Versu 4 libri περὶ τοῦ; γελοῖον. κοτταβιεῖτε τίνα τρόπον; quæ est, quod aiunt, arena sine calce. Meinek. quoque ineptum esse vidit, quæri, de qua re concertaturi sint, præmiis victoriæ jam nominatis. Τῶν est τούτων. V. 5 καθ' ὅσον, h. e. ὡς, *quomodo*, ὅσῳ, ut apud Soph. Antig. 59, ubi v. ann. Apud schol. Luciani Lexiph. 2, p. 325, qui versus 5-11 affert, legitur Ἐγὼ 'πιδείξω καθ' αὑτὸν κότταβον ἀφεὶς ... ποιήσεις π. etc. Athen. etiam 11, p. 487, D, ἐγὼ 'πιδείξω καθ' ὃν... V. 6 verba πλάστιγγα ποιήσῃ πεσ. solus servavit schol. Luc. « V. 7 et 8 personas distinxi (tertia immissa. *Both.*) : » vulgo personæ β omnia tribuuntur. Λέγει schol. Luciani; Ath. λέγεις; » *E M.* Versu 8 vulgo τὸ μικρὸν, τὸ πιν., λ. Ad hunc versum respicit Pollux 10, 84. V. 10 τύχῃ. Præter necessitatem Jacobs. θίγῃ; V. 11 Athen. 11, p. 487, D : καλεῖται δὲ μάνης καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ κοττάβου ἐφεστηκὸς, ἐφ' οὗ τὰς λάταγας ἐν παιδιᾷ ἔπεμπον, deinde afferens versus 5-13. V. 14 vulgo λαβὼν, quod abhorret a sententia, videturque error librariorum vel typographi. Ante hunc versum aliqua omisit Athenæus, indicans ipse. V. 15 καρκινοῦν τ. δ., v. ann. ad Cratini Incert. 16. V. 16 libri tantum non solœce οἶνόν τε μικρόν. Cod. B ἐγχέας. V. 18 ὑψοῦ pro ὕψους Coraes apud Schweigh. et Porsonus.

XXX. ΒΑΚΧΑΙ.

Athen. 10, p. 441, D : Ἀντ. Βάκχαις·

Ἐπεὶ δὲ τοῦτ' οὐκ ἔστι, κακοδαίμων σφόδρα,
ὅστις γαμεῖ γυναῖκα, πλὴν ἐν τοῖς Σκύθαις·
ἐκεῖ μόνον γὰρ οὐχὶ φύετ' ἄμπελος.

Versu 1 τοῦτ' οὐκ ἔστι, scilicet, mulieres a vino abstinere. V. 4 οὐχὶ pro οὐ metri gratia Mein. et Dobr. Advers. 2, p. 327. « Apud Scythas vitem non gigni, affirmat etiam Anacharsis Aristot. Analyt. poster. 1, 12 : ὅτι ἐν Σκύθαις οὐκ εἰσὶν αὐλητρίδες· οὐδὲ γὰρ ἄμπελοι. Cf. Wyttenb. ad Plutarchi Conv. sap. p. 150, D. » *Mein.*

XXXI. ΒΑΤΑΛΟΣ.

Vide locum Plutarchi in prolegomenis ad Αὐλητήν.

XXX. ΒΟΙΩΤΙΑ.

Titulus parum explicatus, nec verisimilis. Malim Βοιωτοί : id enim forte scriptum, οι et α permixtis, Βοιωτα facile degenerare potuit in Βοιωτια. Plutarchus De esu carn. p. 995, E : τοὺς γὰρ Βοιωτοὺς ἡμᾶς οἱ Ἀττικοὶ καὶ παχεῖς καὶ ἀναισθήτους καὶ ἠλιθίους μάλιστα διὰ τὰς ἀδηφαγίας (eo spectare dicas τὸ ἀπλήστους fragmento 1), et quod ille parcit verba facere περὶ ὄψου) προσηγόρευον.

1.

Athen. 3, p. 84, A, de malis citreis : ὅτι δ' ὄντως ἐκ τῆς ἄνω χώρας ἐκείνης (Persiam dicit) κατέβη εἰς τοὺς Ἕλληνας τὸ φυτὸν τοῦτο, ἔστιν εὑρεῖν καὶ παρὰ τοῖς τῆς κωμῳδίας ποιηταῖς, οἳ καὶ περὶ μεγέθους αὐτῶν τι λέγοντες τῶν κιτρίων μνημονεύειν φαίνονται. Ἀντ. μὲν ἐν Βοιωτίᾳ

α. Καὶ περὶ μὲν ὄψου γ' ἠλίθιον τὸ καὶ λέγειν,
ὥσπερ πρὸς ἀπλήστους· ἀλλὰ ταυτὶ λάμβανε,
παρθένε, τὰ μῆλα. β. Καλά γε. α. Καλὰ δῆτ', ὦ θεοί!
νεωστὶ γὰρ τὸ σπέρμα τοῦτ' ἀφιγμένον
εἰς τὰς Ἀθήνας ἐστὶ παρὰ τοῦ βασιλέως.

BACCHÆ.

Quia vero hoc ita se non habet, miserrimus est,
qui uxorem ducit, præterquam apud Scythas :
ibi enim tantummodo non gignitur vitis.

BOEOTIA.

1.

a. Et de opsonio quidem vel dicere stultum est,
tanquam apud insatiabiles : sed hæc cape,
virgo, mala. b. Pulchra quidem. a. Pulchra sane [per deos !
nuper enim hoc semen venit
Athenas ab rege missum.
b. Ab Hesperidibus, putabam. C. Per Luciferam,
aurea hæc esse mala credit. b. Tria

β. Παρ' Ἑσπερίδων, ᾤμην γε. γ. Νὴ τὴν Φωσφόρον,
φησὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα ταῦτ' εἶναι. β. Τρία μόνον ἐστίν. α. Ὀλίγον ἐστὶ τὸ καλὸν πανταχοῦ,
καὶ τίμιον.

« V. 7 φησὶν ABP, φασὶν VL. Hoc habent Schweighæus. et Dind. : restitui φησὶν, et personarum vices aliter distinxi. Vulgo enim versus 6 et 7 usque ad εἶναι ab una persona pronuntiantur; at parum commode in eadem enunciatione conjunguntur ᾤμην et φασίν. Immo versantur in scena plures interlocutores, quorum quum α dixisset, citrea mala ex Persia Athenas advecta esse, β affirmat, se ab Hesperidibus (in Libya : quanquam virgo verosimiliter τὰς Ἑσπερίδας νύμφας intellexit. *Both.*) apportata ea existimasse : tum γ mulier (vel etiam α), ad convivas conversa : *Per Dianam, ista hæc aurea mala esse credit.* Ceterum hos Antiphanis versus Eriphum transtulisse in Meliboeam, Athenæi testimonio constat. » *E M.*

2.

Idem 14, p. 650, E : Ἀντ. ἐν Β.

— Ἐνεγκεῖν ἐξ ἀγροῦ μοι τῶν ῥοῶν
τῶν σκληροκόκκων!

Ῥοῶν Schweighæus. pro ῥοιῶν.

3.

Idem 9, p. 367, F : ἐπὶ σκεύους οὖν εἴρηκεν (τὸ παροψὶς) ... Ἀντ. ἐν Βοιωτίᾳ

Καλέσας τε παρατίθησιν ἐν παροψίδι
βολβούς.

Habet etiam Pollux 10, 88, addito τὲ, quod omisit Ath., et pluralem exhibens παροψίσι.

4.

Athen. 11, p. 474, E : ὅτι δὲ καὶ γυναικεῖον κοσμάριόν ἐστι κάνθαρος, Ἀντ. εἴρηκεν ἐν Β.

XXXIII. ΒΟΜΒΥΛΙΟΣ.

« Θομβύκιος laudatur Athenæo 4, p. 161, E, ἐν Θομβυκίῳ : sic enim codd. pro vulgato Θομβυκίωνι. Corrupte etiam Pollux 10, 179, ἐν Βομβυκίῳ, vel ἐν Βομβυκίοις. Genuinum fabulæ titulum servasse videtur Athen. 3, p. 125, F, ubi est Ἀντ. Βομβυλίῳ, sive potius Βομβυλιῷ, quo significatur poculi genus orificio angusto, et liquorem guttatim bilbente cum sonitu emittens. Schol. Apollonii Rhod. 2, 569 : Βομβύλη, εἶδος μελίσσης, καὶ ποτηρίου δὲ εἶδος, ὡς Ἀντισθένης παραδίδωσιν· ἔστι δὲ τοῦτο στενοτράχηλον. (Vereor ne vox βομβυλιὸς forte exciderit ante verba ὡς Ἀντισθ. παρ. Certe Pollux 6, 98 : βομβυλιὸς δὲ τὸ στενὸν ἔκπωμα καὶ βομβοῦν ἐν τῇ πόσει, ὡς Ἀντισθένης ἐν Προτρεπτικῷ· et 10, 86 : τὸ δὲ καλούμενον κυρίλλιον πρὸς τῶν Ἀσιανῶν βομβυλιὸν μὲν Ἀντισθένης εἴρηκεν ἐν Προτρεπτικῷ, οἱ δὲ καὶ σύστομον αὐτὸ ὀνομάζουσι. *Both.*) Socrates ap. Athen. 11, p. 784, D : οἱ μὲν ἐκ φιάλης πίνοντες, ὅσον θέλουσι, τάχιστα ἀπαλλαγήσονται, οἱ δὲ ἐκ βομβυλιοῦ, κατὰ μικρὸν στάζοντες. Athen. 13, p. 485, A : λεπαστή .... ἀφ' ἧς ἐστι λάψαι (?), τουτέστιν ἀθρόως πιεῖν, κατεναντίον τῷ λεγομένῳ βομβυλιῷ. » *E M.*

1.

Pollux 10, 179 : εἴη δ' ἂν καὶ κοῖξ ἕν τι τῶν πλεγμάτων, ὃν οἱ μὲν Δωριεῖς κοῖν καλοῦσιν, ... οἱ δὲ Ἀττικοὶ κοῖκα, ὡς Φερεκράτης Κοριαννοῖ (fragm. 12). σαφῶς δὲ αὐτὸ Ἀντ. ἐν Βομβυλιῷ δηλοῖ εἰπὼν « Ἀγγεῖον ἀλφιτήριον κοῖξ ἐστίν. » Versum restituas scribendo

Ἀγγεῖον ἀλφιτήριον δ' ἐστὶν κοῖξ.

Ἐστὶν in uno cod. omissum est.

2.

Athen. 3, p. 125, F : τοῦ κνισολοιχοῦ (sic Meinek. pro -λοίχου) δὲ καὶ Ἀντ. μνημονεύει ἐν Β. Cf. Amphidis Γυναικομ. fragm. 2.

3.

Idem 4, p. 161, E, post quædam ex Antiphanis Δραπεταγωγῷ : ἐξὸν κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτον ποιητὴν ἐν Θομβυκίῳ (sic) λέγοντα « Δραχμῆς ὠνήσασθαι τὰς προσφόρους ἡμῖν (BC ὑμῖν) τροφὰς, σκόροδα, τυρὸν, κρόμμυα, κάππαριν· πάντα ταῦτ' ἐστὶν δραχμῆς. » Probabiliter scribamus

---

modo sunt. a. Pauca ubique pulchra sunt, et honorata.

2.

— Afferte mihi ex agro mala punica nucleis duris!

3.

Advocatoque apposuit in paropside bulbos.

POCULUM ANGUSTI ORIS.

1.

Vas autem polentarium est coïx.

2.

Nidorilingi (*si fas est uti adjectivo analogice formato*).

Δραχμῆς ὀνήσασθ' (ἔστι) τάς (γε) προσφόρους
ἡμῖν (vel ὑμῖν) τροφάς, σκορόδια, τυρόν, κρόμμυα,
κάππαριν· ἅπαντα ταυταγὶ δ' ἐστὶν δραχμῆς.

Versu 2 Mein. σκορόδια pro σκόροδα. V. 3 ταυταγί, ut τουτογὶ apud Aristoph. Av. 825 nostræ ed., etc. Codicum πάντα ταῦτ' ἐστὶν δραχμῆς servat, ἐλάας post κάππαριν supplens, Dobræus.

XXXIV. ΒΟΥΣΙΡΙΣ.

De hoc Busiride, Neptuni et Lysianassæ filio, qui hospites mactavit, et ab Hercule est occisus, v. Apollod. 2, 5, 11, etc.

1.

Athen. 2, p. 74 D : Ἀντ. Βουσίριδι

Βότρυς, ῥοάς, φοίνικας, ἕτερα νώγαλα.

« Respexit Eustath. Il. p. 1163, 26, in fine corrupta exhibet Photius Lex. p. 306, 24. Idem versus alias Ephippo tribuitur, cujus v. Incert. 3. » *E M.*

2.

Pollux 10, 65, de sacrificii apparatu dicens : καὶ κανοῦν δὲ ἀναγκαῖον ὑπεῖναι καὶ χέρνιβας καὶ χερνίβιον, εἰπόντος Ἀντιφάνους ἐν Β. « Καὶ τὸ χερνίβιον πρῶτον ἡ πομπὴ σαφής. » Scribamus

Τὸ χερνίβιον δὲ πρῶτον ἡ πομπὴ σαφής.

Millies confusa δέ et καί : igitur hallucinantes primum librarii scripserint Τὸ χ. καὶ πρ. ἡ π. σ., mox autem καὶ τὸ χ. etc. Abest tamen καί a codice Voss. Bekkerus igitur et Mein.: Τὸ χερνιβεῖον πρῶτον, ἡ π. σ.

3.

Antiatt. p. 89, 33, *Δρᾶμ' ἀκοῦσαι : ἀντὶ τοῦ *δράματος ἀκοῦσαι. Ἀντ. Β. Quis patienter ferat solœcum δρᾶμ' ἀκοῦσαι; Ponamus δραματοῦσαι a δραματεῖν, quod usurpaverit Noster pro δραματίζειν, quum non ita raro permutatæ inter se sint κ et τ litteræ. Verba δράματος ἀκοῦσαι a recentiore aliquo adscripta fuerint explicandi gratia jam corruptis δρᾶμ' ἀκοῦσαι, τὸ δραματοῦσαι autem explicuerint verbo δραματουργοῦσαι, quod fortasse in illis latet.

XXXV. ΒΟΥΤΑΛΙΩΝ.

Altera, ut videtur, editio fabulæ inscriptæ Ἄγροικος vel Ἄγροικοι, ad quam conf. prolegomena. Athen. 8, p. 358, D : ἀλλὰ μὴν οὐδὲ οὕτως εἰμὶ φίλιχθυς, ὡς ὁ παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ (Antiphane) ἐν Βουταλίωνι, ὅπερ δρᾶμα τῶν Ἀγροίκων ἐστὶ νέα τις (libri ἐστὶν ἑνός, menda non difficulter explicabili) διασκευή. φησὶ γὰρ

— α. Καὶ μὴν ἑστιάσω τήμερον
ὑμᾶς ἐγώ· σὺ δ' ἀγοράσεις ἡμῖν λαβὼν,
Πίστ', ἀργύριον. β. Ἄλλως γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι
χρηστῶς ἀγοράζειν. α. Φράζε δή, Φιλούμενε,
ὄψῳ τίνι χαίρεις. ΦΙΛ. Πᾶσι. α. Καθ' ἕκαστον λέγε,
ἰχθὺν τίν' ἡδέως φάγοις ἄν; Φ. Εἰς ἀγρὸν
ἦλθεν φέρων πότ' ἰχθυοπώλης μαινίδας
καὶ τριγλίδας, καὶ νὴ Δί' ἤρεσεν σφόδρα
ἡμῖν ἅπασιν. α. Εἶτα καὶ νῦν, εἰπέ μοι,
τούτων φάγοις ἄν; Φ. Κἄν τις ἄλλος μικρὸς ᾖ·
τοὺς γὰρ μεγάλους τούτους ἅπαντας νενόμικα
ἀνθρωποφάγους ἰχθῦς. α. Τί φῄς, ὦ φίλτατε;
ἀνθρωποφάγους; πῶς; Φ. Ἥν γ' ἂν ἄνθρωπος φάγῃ
δηλονότι. β. Ταῦτα δ' ἐστὶν Ἑκάτης βρώματα,
ἅ φησιν οὗτος, μαινίδας καὶ τριγλίδας.

3.

Drachma nobis (vobis) licet frui utilibus
nutrimentis, allio, caseo, cepis,
cappari; et omnia hæc drachmæ pretio habeas.

BUSIRIS.

1.

Uvas, granata, palmulas, aliaque bellaria.

2.

Malluviæque demum pompa manifesta.

BUTALION.

— a. Sane vos ego hodie convivio
excipiam : tuque, Piste, nobis mercaberis,
argento accepto. b. Aliter enim nescio
bene mercari. a. Dic igitur, Philumene :
quonam opsonio gaudes? PH. Omnibus. a. Singulatim dic :
quem piscem libenter comederis? PH. In agrum aliquando
venit piscium venditor, afferens mænas
et mullos, et per Jovem valde placuit
nobis omnibus. a. An igitur etiam nunc, dic mihi,
hisce vescaris? PH. Et quisquis alius parvus est (piscis) :
nam magnos istos omnes existimare soleo
anthropophagos. a. Quid ais, amicissime?
anthropophagos? quomodo? PH. Si homo iis vescitur
scilicet. b. At ista, quæ hic dicit,
mænas et mullos, sunt Hecates epulæ.

« Versu 3 *Pistus* nomen est servi, ut villici apud Plautum Merc. 2, 2, 7. Helladius Photii Bibl. 279, p. 532, 40, de nominibus servorum agens : ἀπὸ τρόπου δὲ (καλοῦσι) Παρμένωνα, καὶ Πιστὸν (Πίστον), καὶ Δρόμωνα. Πίστα, mulieris nomen, legitur in Dorico titulo apud Bœckh. C. I. n. 1209, 4. V. 4 Φιλούμενε. Libri φιλούμενον, sed videtur is, qui interrogatur, ipse Butalio : itaque scripsi Φιλούμενε, cujus nominis exempla invenias apud Anonymum Montefalconii Bibl. Coisl. p. 598, Matthæum in Medicis græcis p. 218, Photium cod. 258, p. 478 Bekk. » *E M.* Versus 11-15 apposuit Athen. etiam 7, p. 313, B: Ἀντ. δ' ἐν Ἀγροίκῳ ἢ Βουτ., etc., unde Casaub. supplevit verba ἰχθῦς — ἀνθρωποφάγους. Versum 12 respicit Eust. ad Od. p. 1630, 12. Facete oppositis proprie et figurate dictis comedi a magnis carisque piscibus marinis, thynnis, gadis, ait homines, qui ipsi eos comedant, quovis pretio emptos. Eustath.: καθά τις καὶ ἰχθύας, οἳ πολλοῦ ἐτιμῶντο, ἀνθρωποφάγους εἶπεν.... ὡς τὰς τῶν τρυφώντων περιουσίας κατασπῶντας. Mendose autem codd. πῶς; ὧν (Dobr. ὧν γ' ἂν) ἄνθρωπος φάγοι (sic lib. 7; ἀνθρωποφάγοι l. 8) δῆλον ὅτι. Nec recte eidem personæ tribuuntur reliqua ταῦτα — τριγλίδας, quæ sunt Pisti verba, mænas et mullos, quos prædicavit Philumenus, vituperantis, tanquam Ἑκάτης βρώματα, h. e. cibos vilissimos (v. Aristoph. Plut. 590 seqq. ibique annotata). Ἑλένης enim lib. 8 errore scriptum arbitror pro Ἑκάτης, nec cogitandum de Helena ista, commemorata ab Heraclide comico Athen. 10, p. 414, D, cujus voracitatem notavit Ptolemæus Heph. apud Photium Bibl. cod. 190, p. 149, 22 ed. Bekk. (καὶ ἡ τρεῖς ἐρίφους ἐσθίουσα Ἑλένη ἐκαλεῖτο). Addit autem Athen. lib. 8 : ἐν δὲ τῷ Ἀγροίκῳ Ἑκάτης βρώματα ἔφη τὰς μαινίδας εἶναι καὶ τὰς τριγλίδας. Ceterum cf. Κουρίδος fr. 2, 5, 9.

XXXVI. ΒΥΖΑΝΤΙΟΣ.

Pollux 7, 170 : Ἀντ. δὲ ἐν Βυζαντίῳ κατὰ τὴν νῦν χρῆσιν εἴρηκε

— Πορφύρας ὀκτὼ κύκλοι.

Κύκλοι, fortasse limbi vestis. In optimo cod. Paris. πορφυροῖς ὀκτώ, sine κύκλοι.

XXXVII. ΓΑΜΟΣ, ἢ ΓΑΜΟΙ.

1.

Athen. 4, p. 160, D : ἐπιστάμενος ὅτι κόγχος παρὰ προτέρῳ μνήμης τετύχηκεν Ἐπιχάρμῳ ἐν* τᾷ Ἑορτᾷ καὶ Νάσοις, Ἀντιφάνει τε τῷ κωμικῷ, ὃς ὑποκοριστικώτερον αὐτὸν ὠνόμασεν ἐν Γάμῳ οὕτως·

Κογχίον τε, μικρὸν ἀλλᾶντός τε προστετμημένον.

Disputat de cibo ex fabis non fresis confecto. Ponamus ap. Athen. ἐν ταῖς Ἑορταῖς καὶ Νήσοις : neque enim Dorica h. l. ferenda sunt.

2.

Idem ib. p. 169, D : πατάνιον δὲ διὰ τοῦ π Ἀντ. ἐν Γάμῳ,

Πατάνια, * σεῦτλον, σίλφιον, χύτρας, λύχνους,
κορίαννα, κρόμμυ', ἅλας, * ἔλαιον, τρυβλίον.

Hæc male cohærent. Scribendum puto

Πατάνια σεύτλων, σιλφίου χύτρας, λύχνους,
κορίαννα, κρόμμυ', ἅλας, ἐλαῶν τρυβλίον.

Ceterum Antiatt. p. 84, 13, Βατάνια : τὰς λοπάδας, ὡς Ἀλεξανδρεῖς. Ἀντ. Γάμοις.

3.

Athen. 3, p. 95, A, de χορδῇ disserens : Ἀντ. ἐν Γάμοις

Ἐκτεμὼν χορδῆς μέσατον.

Libri hic, et Pæderaste, μέσαιον, ι et τ confusis. Convenientius etiam versui μεσάτιον, insolens autem est quod ediderunt, μεσαῖον.

XXXVIII. ΓΑΝΥΜΗΔΗΣ.

1.

Schol. Eurip. Troad. 794 nostræ ed. (821) : τὸν Γανυμήδην, καθ' Ὅμηρον (Iliad. 5, 265; 20, 231 seqq.) Τρωὸς ὄντα παῖδα, Λαομέδοντος νῦν εἶπεν, ἀκολουθήσας τῷ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκότι.... καὶ Ἀριστοφάνης (sic) Λαομέδοντος παῖδα τὸν Γανυμήδην φησὶ διὰ τούτων·

BYZANTIUS.

— Purpuræ octo circuli.

NUPTIÆ.

1.

Conchulaque, et additum farciminis frustulum desectum.

2.

Patellas betarum, ollas silphii, candelabra, coriandra, cepas, sales, olivarum patinam.

3.

Exsecto farcimine medio.

(Τούτων ἂν) οἰκιῶν (ὁρᾷς;) ἐν τῇδε μὲν
ὁ τῶν Φρυγῶν τύραννος οἰκῶν τυγχάνει,
γέρων ἀποργής, Λαομέδων καλούμενος....

« Ad Antiphanis Ganymedem hæc recte revocavit Hermannus Opusc. 5, p. 186, restituitque in scholio nomen Ἀντιφάνης. (Ex prologo fabulæ esse petita videntur.) Codd. διὰ τὴν (al. τὰς) τῶν οἰκείων, cum dimidii versus lacuna; deinde ἐν τῇδε μενόντων φρ. τ. ὤκων τ. Fritzschius: τὸν Γαν. φησί, διὰ τούτων,

Τῶν οἰκιῶν τούτων, ὁρᾷς, ἐν τῇδε μὲν etc.

V. 3 ἀποργής Herm. et L. Dind. pro ἀπ' ὀργῆς. « Fort. περιοργής. Suspicor, in fine fragmenti excidisse, quod de Ganymede dicendum erat, ut ita procedat narratio: « in hac quidem domo habitat Laomedon, in illa vero filius ejus Ganymedes. » Ceterum præsentes agere in scena videntur Mercurius et alius quidam, cui Ganymedis rapinam Juppiter mandaverat. Huic viam monstrabat Mercurius. » *Mein*. Probabiliter quidem in ceteris; sed postrema sic potius scribenda erant: Præsentes agere in scena videntur Merc., cui Juppiter rapinam Ganymedis mandaverat, et alius quidam, subornatus a Mercurio, suspicionem metuente, si ipse domum pueri adiret; cui subornato viam monstrabat. Mercurius enim ipse legatus nunciusque Jovis et deorum habebatur: v. Apollod. 3, 10, 2, Horat. Od. 1, 10, 5 et 6, Homeri interpp. Iliad. 2, 103, Æschyli Ag. 454, etc.

2.

Athen. 11, p. 459, A: ἐπεὶ δὲ ἱκανὴν παράβασιν πεποιήμεθα περὶ τῶν γρίφων, λεκτέον ἤδη καὶ τίνα κόλασιν ὑπέμενον οἱ μὴ λύσαντες τὸν προτεθέντα γρῖφον. ἔπινον οὗτοι ἅλμην παραμισγομένην τῷ αὐτῶν ποτῷ, καὶ ἔδει προσενέγκασθαι τὸ ποτήριον ἀπνευσί, ὡς Ἀντ. δηλοῖ ἐν Γανυμήδει διὰ τούτων·

— α. Οἴμοι, περιπλοκὰς
λίαν ἐρωτᾷς. β. Ἀλλ' ἐγὼ σαφῶς φράσω.
Τῆς ἁρπαγῆς τοῦ παιδὸς εἰ ξύνοισθά τι,
ταχέως λέγειν χρή, πρὶν κρέμασθαι. α. Πότερά μοι
γρῖφον προβάλλεις τοῦτον εἰπεῖν, δέσποτα,
τῆς ἁρπαγῆς τοῦ παιδὸς εἰ ξύνοιδά τι,
ἢ τί δύναται τὸ ῥηθέν; β. Ἔξω τις δότω
ἱμάντα ταχέως. α. Οἷον οὐκ ἔγνων.... β. Ἴσως.
α. Ἔπειτα τοῦτο ζημιοῖς με; β. Μηδαμῶς,
ἅλμης δ' ἐχρῆν τις παραφέρειν ποτήριον.
Οἶσθ' οὖν, ὅπως δεῖ τοῦτό σ' ἐκπιεῖν; α. Ἐγὼ
κομιδῇ γέ πως, ἐνέχυρον ἀποφέρειν τί σοι·
ἢ οὔχ; β. Ἀλλ' ὀπίσω τὼ χεῖρε ποιήσαντα δεῖ
ἕλκειν ἀπνευστί.

« Laomedon de raptu Ganymedis iratus expostulat cum pædagogo, cui filii custodiam mandaverat. » *Mein*. Versibus. 6, 7 libri vulgati: εἰ ξ. τι δύναται, sed A ἔξοιδά τιν τί δύναται. In isto τιν Dind. agnovit τι, ἤ. V. 8—10 vulgo: α. Οἷον οὐκ ἔγνων ἴσως. ἔπειτα τ. ζ. με; μηδαμῶς· ἅλμης δ' ἐχρ. τι περιφέρειν ποτ. Villebrun., Schweigh., Dind. recte παραφέρειν. V. 11 — 13 libri σε τοῦτ' (quod correxit Casaub.) ἐκπιεῖν. α. Ἐγὼ κομιδῇ γε. β. Πῶς; α. Ἐν. ἀποφέροντά σοι. β. Οὐχ ἀλλ' — ἀπνευστί. Hæc et emendanda erant, et personæ probabiliter distinguendæ. Ὅπως, *cur*: v. Iliad. 1, 123, Xenoph. Cyrop. 7, 1, 41, Aristoph. Pac. 184. Qui griphum non solvissent, eis muriæ poculum fuisse ebibendum tradidit etiam Pollux 6, 107: ὁ μὲν λύσας γέρας εἶχε κρεῶν τινα περιφοράν, ὁ δὲ ἀδυνατήσας ἅλμης ποτήριον ἐκπιεῖν.

XXXIX. ΓΛΑΥΚΟΣ.

Pollux 3, 43, de verbo διαπαρθενεύειν agens: Ἀριστοφάνης Γλαύκῳ « Καλύψας καλύμματος τριβωνίῳ διεπαρθένευσα. » Hic quoque Aristophanis nomen pro Antiphane scriptum esse vidit Mein., qui pro καλύψας καλύμματος maluit καλυψάμενος. Hoc accepto scripserim

---

GANYMEDES.

1.

Harum ædium (videsne?) in una quidem
Phrygum rex habitat,
senex morosus, Laomedon nomine.

2.

— a. Heu, per ambages
nimie quæris. b. Igitur aperte dicam.
Si quocunque modo conscius es raptus pueri,
cito te oportet dicere, priusquam suspendaris.
[a. Utrum mihi
griphum hunc proponis solvendum, domine,
quærens de conscientia aliqua mea raptus pueri,
an quid est, quod ais? b. Intus aliquis efferat
lorum cito. a. Quod haud novi.... b. Fortasse.
a. De eo tandem me punis? b. Minime,
sed aquæ marinæ poculum aliquis apportet. —
Scin' tu igitur, cur hoc ebibere debeas? a. Scio
sane propemodum, ut aliquod tibi dem pignus.
Nonne? b. Sed reflexis in tergum manibus tibi
potandum est uno haustu.

Καλυψάμενος ἀκάλυπτον ἂν τριβωνίῳ
διεπαρθένευσα.

XL. ΓΟΡΓΥΘΟΣ.

Athen. 8, p. 340, C, de Callimedonte, piscium helluone, testimonia poetarum afferens : Ἀντ. δ' ἐν Γοργύθῳ

Ἧττόν τ' ἀποσταίην ἂν ὧν προειλόμην
ἢ Καλλιμέδων γλαύκου πρόοιτ' ἂν κρανίον.

Temere viri docti de titulo hujus comœdiæ addubitarunt. Certe Gorgythion, quod nomen non abludit a Gorgytho, in Priami filiis commemorari Iliad. 8, 302, Apollod. 3, 12, 13, jam annotavit Meineck. Hist. crit. Com. p. 327.

XLI. ΔΕΥΚΑΛΙΩΝ.

1.

Athen. 3, p. 118, D : ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀντ. ὁ ποιητὴς ἐν Δευκαλίωνι ταρίχων τῶνδε μέμνηται,

Τάριχος ἀντακαῖον εἴ τις βούλετ' ἢ
Γαδειρικὸν, Βυζαντίας δὲ θυννίδος
ὀσμαῖσι χαίρει.

« De salsamento Gaditano dictum ad Eupolidis Maric. 23 : adde Liban. vol. 4, p. 834. Jacobs. Βυζ. τε θ. » *E M.* Versu 3 ὀσμαῖσι χ. CVL, sed optimi codd. ABP εὐφροσύναισι χαίρει, in quibus verum latere recte suspicatur Mein., sed dure legendum esse conjicit εὐφραίνετ' ὀσμαῖς. Equidem ita scribam, recepta voce Homerica et Æschylea,

ἐν εὐφροσύναις ἦν,

et primo versu ἐβούλετ' ἢ... Verba ἐν εὐφρ. ἦν interpretati sunt istis ὀσμαῖσι χαίρει, quæ initio fuerint ὀσμαῖσιν ἔχαιρε. Odyss. 6, 155 :

μάλα πού σφισι θυμὸς
αἰὲν εὐφροσύνῃσιν ἰαίνεται εἵνεκα σεῖο.

Æschylus Prom. 522 :

θυμὸν ἀλδαίνουσαν ἐν εὐφροσύναις.

2.

Idem 14, p. 646, F : σησαμίδες ἐκ μέλιτος καὶ σησάμων πεφρυγμένων καὶ ἐλαίου σφαιροειδῆ πέμματα. Εὔπολις Κόλαξιν (fr. 17)... Ἀντ. Δευκαλίωνι

Σησαμίδας, ἢ μελίπηκτον, ἤ τοιοῦτό τι.

Libri corrupto metro μελίπηκτα, emendavit Dindorf.

XLII. ΔΗΛΙΑ.

Athen. 9, p. 373, A : οὕτως δὲ (κνιστὰ, vel κνηστὰ, ut Eustath. ad Iliad. p. 872, 9, probante Meinek.; cf. Phot. v. Κνηστά) εἴρηκεν Ἀριστοφάνης (fortasse scribendum est Ἀντιφάνης. *Mein.*) ἐν Δηλίᾳ τὰ σύγκοπτα·

— Λάχανα κνίστ', ἢ στέμφυλα

XLIII. ΔΙΔΥΜΟΙ.

1.

Athen. 3, p. 127, D : τὰ δὲ ἐδέσματα ὠνόμασεν Ἀντ. ἐν Διδύμοις οὑτωσί,

Ἀπέλαυσα πολλῶν καὶ καλῶν ἐδεσμάτων,
πιών τε προπόσεις τρεῖς ἴσως ἢ τέτταρας,
ἐστρηνίων πως, καταβεβρωκὼς σιτία
ἴσως ἐλεφάντων τεττάρων.

Equidem οὑτωσί ad Antiphanis verba pertinere suspicor, fortasse hoc modo scribenda :

— Οὑτωσὶ (πάλαι)
ἀπέλαυσα, et cetera.

Πάλαι, *modo*, ut Aristoph. Acharn. 540 etc. Offecisse videatur vocabulo simile sequentis initium. « Vers. 3 ἐστρηνίων. Hoc verbum novæ comœdiæ poetis assignat Phrynichus Epit. p. 381, ac sane nullus Antiphane antiquior scriptor eo usus est. » *Mein.* Conf. schol. Pluti 176.

2.

Idem 6, p. 237, F, testimonia Comicorum de parasitis apponens . καὶ Ἀντ. δ' ἐν Διδ. φησὶν « Ὅρα γὰρ παράσιτός ἐστιν, ἂν ὀρθῶς σκοπῇς, κοινωνὸς ἀμφοῖν, τῆς τύχης καὶ τοῦ βίου, » etc. Pro arbitrio Wakefield.. et vulgo editores Ὁ γὰρ παρ., etc. Recte Grotius servavit ὅρα, sed ne γὰρ quidem

---

GLAUCUS.

Operiens inopertam amiculo
devirginavi.

GORGYTHUS.

Minusque abstiterim a suscepto
quam Callimedon dimiserit glauci caput.

DEUCALION.

1.

Salsamentum acipenseris si quis cupiebat,
vel Gaditanum, et Byzantii thynni
in deliciis vivebat.

2.

Sesamides, placenta mellita, vel ejusmodi aliquid.

DELIA.

— Olera secta, vel vinacea.

GEMINI.

1.

— Sic modo
fruebar multis bonisque cibis,
et haustis tribus fortasse vel quattuor propinationibus
lasciviebam nonnihil, esca
fortasse comesa elephantorum quattuor.

omittendum est, quum ἐστὶν sapiat glossema, ne addam, legi versu 7. Scribamus

Ὅρα γάρ· ὁ παράσιτος, ἂν ὀρθῶς σκοπῇς,
κοινωνὸς ἀμφοῖν, τῆς τύχης καὶ τοῦ βίου.
Οὐδεὶς παράσιτος εὔχετ' ἀτυχεῖν τοὺς φίλους,
τοὐναντίον δὲ πάντας εὐτυχεῖν ἀεί.
Ἔστιν πολυτελὴς τῷ βίῳ τις· οὐ φθονεῖ,
μετέχειν δὲ τούτων εὔχετ' αὐτῷ συμπαρών,
κἄστιν φίλος γενναῖος, ἀσφαλής θ' ἅμα,
οὐ μάχιμος, οὐ πάροξυς, οὐχὶ βάσκανος,
ὀργὴν ἂν ἐνεγκεῖν ἀγανός, (ἂν σκώπτῃς, γελᾷ,)
ἐρωτικός, γελοῖος, ἱλαρὸς τῷ τρόπῳ,
πάλιν στρατιώτης ἀγαθὸς εἰς ὑπερβολήν,
ἂν ᾖ τὸ σιτάρχημα δείπνων εὐπρεπές.

Versu 1 addidi ὁ. V. 8 βάσκανος, v. ann. ad Aristoph. Plut. 567. V. 9 vulgo ὀργὴν ἐνεγκεῖν ἀγαθός, neque aliter codd. ABC, sed PVL ἀνενεγκεῖν, h. e. ἂν ἐνεγκ., quod elegantius. Porro dedimus ἀγανός, quod etiam Iliad. 13, 666, loco τοῦ ἀγαθὸς reponendum esse suspicati sumus. Ita et hic, ut illic, vitatur repetitio adjectivi ἀγαθός. « V. 10 ἐρωτικὸς videtur esse *amabilis*, ut apud Theocr. 14, 61:

εὐγνώμων, φιλόμωσος, ἐρωτικός, εἰς ἄκρον ἡδύς. »

Mein. V. 12 libri δεῖπνον.

3.

Idem 10, p. 423, C: ἀλλ' ἀκρατέστερόν μοι, ὦ παῖ, τῷ κυάθῳ πληρῶν ἔγχει εἰς τὴν κύλικα, μὴ κατὰ τὸν κωμῳδοποιὸν Ἀντιφάνην, ὅς ἐν Διδ. φησὶ

Τὸ ποτήριόν μοι τὸ μέγα προσφέρει λαβών.
Ἐπεγεάμην ἄκρατον, οὐχὶ παιδίου,
κυάθους δὲ θεῶν τε καὶ θεαινῶν μυρίους·
ἔπειτ' ἐπὶ τούτοις πᾶσι τῆς σεμνῆς θεᾶς
καὶ τοῦ γλυκυτάτου βασιλέως διμοιρίαν.

Versu 2 libri παιδίον. Correxit Koppiers. Observ. p. 37. Quod quum olim ascivisset Mein., nunc annotat: « Jacobsius παιδίων. Dobræus Adv. 2, p. 326, παιδικόν. Aliud latet. » V. 4 ἔπειτ' Koppiers. pro εἶτα. Σεμνὴν θεὰν Minervam dici putat Casaub., quum appareat, jam non veram aliquam deam intelligendam esse, sed tropice appellatam, regis uxorem, ni fallor; quemadmodum Darius et Xerxes vocantur θεοὶ apud Æschylum Pers. 134. Quodsi Alexander Magnus dicitur (quæ est Meinekii sententia), proinde ille qui hæc loquitur, Barsinen vel Roxanen libatione se honorasse ait. V. Curtius. « Perstringit fœdam quorundam adulationem, qui, singulos cyathos singulis diis libantes in conviviis, in honorem regis duos cyathos effundebant. Ita soliti Athenienses regibus adulari. Διμοιρία est dupla portio (v. Xenoph. Anab., Laced. 15, 4, Ages. 5, 1). » *Casaub.*

4.

Idem 9, p. 380, F: Ἀντ. δ' ἐν Διδ.

— Οἰνογευστεῖν περιπατεῖ
ἐν τοῖς στεφάνοις.

Libri inconcinne Οἰνογευστεῖ, π. ἐν τ. στ. Immo οἰνογευστεῖν, *vina gustatum*. Primum ille se coronasse dicitur ex more (v. Eurip. Alcest. 769 seq., etc.); deinde tabernas vinarias circumivisse. Recte igitur dictum ἐν τοῖς στεφ., h. e. coronis, quibus se antea redimiverat; neque audiendi, qui τοὺς στεφάνους interpretantur forum coronarium, a quo abhorret τὸ οἰνογευστεῖν.

5.

Antiatt. p. 114, 4, Συμπάσχειν: τὸ ἐλεεῖν. Ἀντ. ἐν Διδ. V. Koppiers. Observ. phil. p. 22.

XLIV. ΔΙΠΛΑΣΙΟΙ.

Titulus ægre explicandus. Scripserim potius Διπλάσια, i. e. Διμοιρία, de qua disceptatum, vel aliquid constitutum, esse videtur in hoc dramate: v. ann. ad Διδύμων 3.

1.

Athen. 11, p. 503, E: οὕτως (ᾠδὸς) ἐκαλεῖτο τὸ ποτήριον, φησὶ Τρύφων ἐν τοῖς Ὀνοματικοῖς, τὸ ἐπὶ

2.

Vide enim: parasitus, si recte reputas,
particeps est æque fortunæ et vitæ.
Nullus parasitus infortunium optat amicorum,
sed contra bene agere omnes semper.
Si quis sumptuose vivit, non invidet,
sed participare bona cupit socius,
estque amicus probus, tutusque simul,
non pugnax, non iracundus, non calumniator,
iræ ferendæ mitis, (si cavillaris, ridet,)
amabilis, ridiculus, hilari animo,
rursus miles longe optimus,
si modo epularum præfectura sit commoda.

3.

Poculum magnum mihi prehensum porrigit.
Infudi merum, non pueri,
sed mille cyathos in honorem deorum ac dearum,
postque hos omnes venerabili deæ
et dulcissimo regi duplam.

4.

— Vina gustatum circumit
coronatus.

τῷ σχολίῳ διδόμενον, ὡς Ἀντ. παρίστησιν ἐν Διπλασίοις,

α. Τί οὖν; ἓν ἔσται τοῖς θεοῖσιν; β. Οὐδὲ ἕν,
ἂν μὴ κεράσῃ τις. α. Ἴσχε τὸν ᾠδόν.... β.
Λαμβάνω.
α. ἔπειτα μηδὲν τῶν ἀπηρχαιωμένων
τούτων περάνῃς, μηδὲ τὸν Τελαμῶνα, μηδ'
Ἁρμόδιον.

His confirmatur dubium nostrum de titulo: aperte enim indicant τὴν διμοιρίαν sive τὰ διπλάσια. Xenophon de Agesilao, Ages. 5, 1 : διμοιρίαν γε μὴν λαμβάνων ἐν ταῖς θοίναις, οὐχ οὗτος (recte Ernest. οὐκ αὐτὸς) ἀμφοτέραις ἐχρῆτο, ἀλλὰ διαπέμπων οὐδετέραν αὐτῷ κατέλιπε, νομίζων βασιλεῖ τοῦτο διπλασιασθῆναι οὐχὶ πλησμονῆς ἕνεκα, ἀλλ' ὅπως ἔχοι καὶ τούτῳ τιμᾶν, εἴ τινα βούλοιτο. Versu 1 libri Τί οὖν ἐνέσται τ. θ.; V. 2 legebatur α. Ἴσχε, τὸν ᾠδὸν λάμβανε. ἔπειτα, etc. pejusque etiam v. 4, trajectis verbis et immisso glossemate : τούτων περ., τὸν Τελαμῶνα, μηδὲ τὸν | Παιῶνα, μηδ' Ἁρμόδιον.

2.

Stobæus Floril. 121, 4, cum lemmate Ἀντ. ἐκ Διπλασίων.

— α. Οὐδεὶς πώποτε,
ὦ δέσποτ', ἀπέθαν' ἀποθανεῖν πρόθυμος ὤν,
τοὺς γλιχομένους δὲ ζῆν κατασπᾷ τοῦ σκέλους
ἄκοντας ὁ Χάρων, ἐπὶ τὸ πορθμεῖόν τ' ἄγει
σιτιζομένους καὶ πάντ' ἔχοντας ἀφθόνως·
β. Ὁ δὲ λιμός ἐστιν εὐθανασίας φάρμακον.

Versu 1 libri οὐθείς, quales formæ vix ferendæ in Antiphane et hujus ætatis scriptoribus. *D E M.* Versu 4 libri mendose ἐπὶ τόπον θεῖόν τ' ἄγει. Egregie correxit Valcken. Diatr. p. 280. V. 6 libri sub eadem persona Ὁ δὲ λ. ἐ. ἀθανασίας φ., et nihili sententia, et metro corrupto. Fame perire vult dominus, εὐθανασίαν eam existimans, sicut Atticus apud Cornelium Nep. Vit. 21, 22. De α et ευ confusis v. index Thucydidis, etc.

XLV. ΔΡΑΠΕΤΑΓΩΓΟΣ.

Athen. 4, p. 161, D : λαλεῖτε περὶ ὧν οὐκ οἴδατε, καὶ ὡς « κοσμίως ἐσθίοντες ποιεῖτε τὴν ἔνθεσιν, κατὰ τὸν ἥδιστον Ἀντιφάνη· οὗτος γὰρ ἐν Δραπεταγωγῷ λέγει

— Κοσμίως ποιοῦντες ἔνθεσιν
μικρὰν μὲν ἐκ τοῦ πρόσθε, μεστὴν δ' ἔνδοθι
τὴν χεῖρα, καθάπερ αἱ γυναῖ, καταφάγετε
πάμπολλα καὶ ταχύτατα.

Versu 1 libri κ. ποιῶν τὴν ἔνθεσιν. H. c. κατ' ἔνθεσιν : nam ποιοῦντες pertinet ad μικρὰν etc. Ποιῶν servat Meinek., reliqua mutans ut ab Athenæo ad suam rem accommodata. V. 2 iidem libri metro impingente πρόσθεν. Correxit Schweigh. Ἔνδοθι homericum dedi pro ἔνδοθεν, quod minus aptum. V. 3 itidem ἀμέτρως codd. γυναῖκες (v Matth. Gr. § 90, ann.). Deinde C κατεφάγετε.

XLVI. ΔΥΣΕΡΩΤΕΣ.

Athen. 3, p. 100, F : τοῦ δὲ ὅπου μέμνηται Ἀντ. ἐν Δυσέρωσι, περὶ Κυρήνης τὸν λόγον ποιούμενος,

— Ἐκεῖσε διαπλέω,
ὅθεν διεσπάσθημεν, ἐρρῶσθαι λέγων
ἅπασιν, ἵπποις, σιλφίῳ, συνωρίσι,
καυλῷ, κέλησιν, ἱστίοις, πυρετοῖς, ὀποῖς.

Versu 1 AP Ἐκ. διουπλέωθεν. Correxit Schweigh. Vulgo δ' ἐκλέω ὅθεν. V. 3 pro ἅπασιν Meinek. tentat ἀλλᾶσιν. V. 4 libri mendose κέλησι, μαστοῖς, πυρετοῖς, ὀπίσω, recentiores ὀποῖς, neque admittendum, quod Casaubono placuit, μασπέτοις juxta σιλφίῳ. Facile κελησινιστιοις abierit in κελησιμαστιοις, etc.; hodieque boni textores sunt barbari Africani. Pro πυρετοῖς Meinek. conjicit πυροῖς.

DUPLICES.

1.

a. Quid igitur? an una pars erit diis? b. Ne una [quidem,
nisi quis misceat (*vinum diis libandum*).
a. Tene odum... b. Capio *eum*.
a. nec deinde aliquid profer obsoletorum
istorum, neque Telamonem, neque
Harmodium.

2.

— a. Nemo unquam,
domine, mortuus est mori cupiens,
sed vivere desiderantes crure arripit
invitos Charon, agitque ad trajectum
satures et abunde omnia habentes.
b. Fames autem bene moriendi remedium est.

FUGITIVORUM DUCTOR.

— Decenter buccæ causa comprimentes
primorem quidem, sed plenam intro
manum, ut mulieres, comeditis
plurima et citissime.

INFELICITER AMANTES.

— Illuc pernavigo,
unde divulsi sumus, valere jubens
omnia, equos, silphium, bigas,
brassicam, celoces, texta, febres, succos.

XLVII. ΔΥΣΠΡΑΤΟΣ.

1.

Athen. 6, p. 262, C, καὶ Ἀντ. δ' ἐν Δυσπράτῳ φησὶν

— Ὁρᾶν τε κειμένους
ἀμήτας ἡμιβρῶτας, ὀρνίθειά τε,
ὧν οὐδὲ λειφθέντων (γε) θέμις δούλῳ φαγεῖν,
ὥς φασιν αἱ γυναῖκες.

Versu 1 libri κείμενα, quum sequatur masculinum. Confusa ου et α, sicut alias. V. 2 vetustiores codd. ἡμιβρώτους. V. 3 metrum duriusculum lenivi inserta γὲ particula, quæ sæpe excidit. « Ὀρνίθεια, supple κρέα, ut apud Pherecr. Δουλοδ. 1. Eosdem versus, referente Athenæo h. l., Epicrates posuerat in Δυσπράτῳ, quæ fortasse fuit iterata editio hujus fabulæ. Pergit autem Epicrates versu 4 :

ὥς φασιν αἱ γυναῖκες. Ὁ δὲ χολᾶν ποιεῖ,
γάστριν καλοῦσι καὶ λαμυρὸν, ὃς ἂν φάγῃ
ἡμῶν τι τούτων.

Quæ Antiphani quoque vindicanda propter notationem Antiatticistæ p 116, 8, Χολᾶν : ὀργίζεσθαι. Ἀντιφάνης. Conf. Hist. crit. Com. p. 321, 414. » *E M.*

2.

Idem 14, p. 661, F : καὶ Ἀντ. δ' ἐν Δ. ἐπαινῶν τοὺς Σικελικοὺς μαγείρους, λέγει

Σικελῶν τε τέχναις ἡδυνθεῖσαι δαιτροῖς διαθρυμματίδες (δή).

Libri depravate δαιτὸς διαθρ. Forte ρ exciderit ante ο (v. ann. ad Eur. Medeam 1210, sec. ed.), confusa οι et ο, denique δὴ omissum post -δες simile. Δὴ vel δῆτα frequens in fine sententiarum : v. Æschyl. Sept. 907, etc.; quod quidem hic apte supplet manifestum metrum anapæsti Aristophanei. Δαιτροῖς valet ὑπὸ δαιτρῶν, de quo Matth. Gr. § 392, β, p. 528, etc.

XLVIII. ΔΩΔΩΝΙΣ.

Athen. 12, 526, D : κοινῶς δὲ περὶ πάντων τῶν Ἰώνων τρυφῆς Ἀντ. ἐν Δωδώνῃ (codd. B. Δωδῶνι. Recte Mein. Hist. crit. Com. p. 330, Δωδωνίδι) τάδε λέγει,

Πόθεν οἰκήτωρ ἄν τις Ἰώνων
τρυφεραμπεχόνων ἁβρὸς, ἡδυπαθὴς,
ὄχλος ὥρμηται;

Vulgo secundum codd. PVL. οἰκήτωρ; ἤ τις, etc.; melius Schweigh. et Dindorf. ex C codice H. οἰκ. εἶ; τίς Ἰώνων, etc. Confusa, ut alias non semel, α, ει, η.

XLIX. ΕΠΙΔΑΥΡΙΟΣ.

Ἐπίδαυρος vitiose scriptum est apud Antiatticistam p. 98, 28, ut Mein. annotavit.

1.

Gramm. Bekkeri Anecd. p. 454, 32, Ἀστράγαλοι (editur -λος) : λέγουσι δὲ καὶ ἀστρίχους. Ἀντ. Ἐπιδαυρίῳ

Ἐπαίζομεν μὴν ἀρτίως τοῖς ἀστρίχοις.

Liber homœoteleuto molestiore Ἐπαίζομεν μὲν, etc. Æschylus Eum. 51, de Gorgonibus : ἄπτεροί γε μὴν ἰδεῖν αὗται. Pollux 9, 99 : τὸ μὲν οὖν ἀστραγάλοις παίζειν ἀστραγαλίζειν καὶ ἀστρίζειν ἔνιοι τῶν ποιητῶν εἰρήκασιν. ἔτι [καὶ] τοὺς ἀστραγάλους καὶ ἄστριας εἰσὶν οἳ ὠνόμαζον, Ἀντιφάνης δὲ καὶ ἀστρίχους. Ubi quod vulgabatur olim Ἀριστοφάνης e codicibus correctum est.

2.

Antiatt. p. 98, 28, Ἠχροᾶσο : ἀντὶ τοῦ ἠκροῶ. Ἀντ. Ἐπιδαύρῳ (sic). Cf. Koppiers. Observ. p. 16.

L. ΕΠΙΚΛΗΡΟΣ.

Stobæus Floril. 116, 23, cum lemmate Ἀντιφάνους ἐξ Ἐπικλήρου.

Ὦ γῆρας, ὡς ἅπασιν ἀνθρώποισιν εἶ
ποθεινὸν, ὡς εὔδαιμον! εἶθ', ὅταν παρῇς,
ἤχθηραν, ὡς μοχθηρὸν, εὖ λέγει τε σὲ
οὐδεὶς, κακῶς δὲ πᾶς τις, ὃς σαφῶς λέγει.

DIFFICILIS VENDITU.

1.

— Et jacentes videre
placentas lacteas semesas, aviumque carnes,
quibus ne reliquis quidem servo fas est vesci,
ut aiunt mulieres.

2.

Siculorumque artibus edulcatæ sane a coquis diathrymmatides.

DODONIS.

Unde incolens forte Ionum aliqua
luxuriose vestitorum, tenera, voluptuosa,
turba ingruit?

EPIDAURIUS.

1.

Ludebamus scilicet nuper talis.

ORBA HÆREDE.

O senectus, ut cunctis hominibus es
desiderabilis, tanquam felix! dein, quum ades,
oderunt te, ut molestam, nec laudat
quisquam, sed omnes vituperant, qui aperte loquuntur.

Versu 3 posui ἤχθηραν, *odisse solent*. Libri tautologice, et parum usitata forma, ἀχθηρόν. V. 3 vulgo σοφῶς, sed recte Mein. σαφῶς, « *vere et aperte*. »

LI. ΕΥΘΥΔΙΚΟΣ.

« Fortasse hæc fabula de eo Euthydico denominata est, quem commemorat Æschines C. Timarch. p. 65 R. : οὗτος ἐκάθητο ἐν Πειραιεῖ ἐπὶ τοῦ Εὐθυδίκου ἰατρείου· et ib. p. 75 : πορνὸς ἐν Π. παρ' Εὐθυδίκῳ διατρίψας. Sed fuerunt etiam alii Euthydici illis temporibus. » *Mein.*

1.

Athen. 4, p. 169, D : βατάνιον δ' εἴρηκεν Ἀντ. ἐν Εὐθυδίκῳ·

— Ἔπειτα πουλύπους τετμημένος
ἐν βατανίοισιν, ἑφθός.

At Pollux 10, 107 : καὶ πατάνη δὲ καὶ πατάνιόν τι ἐκπέταλον λοπάδιον, ὡς (minus bene codd. καὶ) Ἀντ. ἐν Ε. « Πολύπους (sic) τετμ. ἐν πατανίοισιν ἑφθός. »

2.

Photius p. 308, 20, Ξενιτευομένους ἀντὶ τοῦ μισθοφοροῦντας. Ἀριστοφάνης (« recte, qui idem annotant, Harpocr. p. 133, 29, gramm. Crameri Anecd. Oxon. 2, p. 497, 10, et Suidas v. in ead. voce Ἀντιφάνης. » *E M.*) Εὐθυδίκῳ

Ἐγὼ ξενιτευόμενος ἐπεστρατευόμην.

Liber claudicante versu ἐστρατευόμην. Simile simili offecit.

3.

Athen. 7, p. 323, B : καὶ οἱ Ἀττικοὶ δὲ ὡς ἐπιτοπολὺ τὴν σφύραιναν καλοῦσι κέστραν, σπανίως δὲ τῷ τῆς σφυραίνης ὀνόματι ἐχρήσαντο.... Ἀντ. ἐν Ε.

α. Πάνυ συχνὴ σφύραινα. β. Κέστραν ἀττικιστὶ δεῖ λέγειν.

Conf. ann. ad Aristoph. Nub. 333.

LII. ΕΥΠΛΟΙΑ.

1.

Stobæus Floril. 99, 32, cum lemmate τοῦ αὐτοῦ (præcedit locus ex Antiphanis *Medico*) ἐξ Εὐπλοίας

Λυπηρὸν ἀνθρώποισι καὶ τὸ ζῆν κακοῖς,
ὥσπερ πονηροὶ ζωγράφοι τὰ χρώματα
πρώτιστον ἀφανίζουσιν ἐκ τοῦ σχήματος.

Inepte libri κακῶς et in fine σώματος. Recte Grotius v. 2 πονηροὶ ζωγράφοι pro πονηρῷ ζωγράφῳ. Initio Toupius Emend. 1, p. 173 : Λύπη γὰρ ἀνθρ.

2.

Harpocr. p. 135, 8, Ξυστίς : γυναικεῖόν τι ἔνδυμά ἐστιν ἡ ξυστὶς πεποικιλμένον, ὡς δῆλον ποιοῦσιν ἄλλοι τε τῶν κωμικῶν, καὶ Ἀντ. Εὐπλοίᾳ

Ὥσπερ ξυστίδα.

Mera glossemata sunt, quæ his adscripta leguntur in libris, ὥσπερ τὸ ποικίλως ὑφασμένον (ita Bekkeri codd. præter A, qui habet ποικίλον ἠμφιεσμένον), vel ἔνδυμα τὸ (non τῷ, ut vulgo) ποικίλον ἠμφιεσμένον. Cf. Aristoph. Lys. 1115, Nub. 70.

LIII. ΕΦΕΣΙΑ.

1.

Stobæus Flor. 59, 6, cum lemmate Ἀντιφάνους Ἐφεσίας.

Δύστηνος, ὅστις ζῇ θαλάττιον βίον·
τῶν γὰρ πλεόντων ζητέον. Στάδι' ἑκατὸν
ἐλθεῖν ποσὶν δὴ κρεῖττον ἢ πλεῦσαι πλέθρον.
Πλεῖς τὴν θάλατταν σχοινίων πωλουμένων;

Versu 2 vitiose libri ζητεῖν. V. 3 recte Jacobs. Animadv. ad Ath. p. 186 ποσὶν δὴ pro που δὴ vel σπουδῇ. V. 4 codd. πλείστην. Emendavit Salmasius. « Σχοινίων πωλ., locutio proverbialis : nam et Apollodorus dixerat, citante Donato,

Ὦ φίλε, γαμεῖς σὺ σχοινίων πωλουμένων;

quem sensum sic expressit Juvenalis 6, 30 :

EUTHYDICUS.

1.

— Postea polypus dissectus
in patellis, coctus.

2.

Ego mercede conductus bellum intuli.

3

a. Admodum frequens mugil. b. Κέστραν attice dicendum est.

FAUSTA NAVIGATIO.

1.

Molesta pravis hominibus ipsa vita est,
sicut mali pictores promptissime
delent colores ex effigie.

2.

— Velut xystidem.

EPHESIA.

1.

Infelix, quisquis marinam vivit vitam.
A navigantibus exquirendum est. Sane centum stadia
pedibus ire melius est quam plethrum navigare.
Navigasne mare, quum funes veneant?

Fere potes dominam salvis tot restibus ullam? » *Grotius*. Quartum versum a reliquis separandum esse non dubitat Mein.; omnes ex diversis locis petitos putabat Elmsleius.

2.

Apostolius 8, 37, cum lemmate Ἀντιφάνους τοῦ Ἐφεσίου, quod ex titulo fabulæ corruptum est :

Ἐν γῇ πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτοῦντα πλεῖν.

« Versus plurimis commemoratus, Suidæ s. v., Diogeniano Prov. 4, 83, Proverb. Coisl. 184, Bodl. 454, Etym. M. p. 415, 29, Crameri Anecd. Ox. 1, p. 189, 4. Ap. hos duos et Stob. Flor. 59, 15, κρεῖττον pro μᾶλλον. » *E M.*

LIV. ΖΑΚΥΝΘΙΟΣ.

Athen. 12, p. 553, C : Ἀντ. δ' ἐν μὲν Ἀλκήστιδι ἐλαίῳ τινὰ ποιεῖ χριόμενον τοὺς πόδας, ... καὶ ἐν Ζακυνθίῳ

Εἶτ' οὐ δικαίως εἰμὶ φιλογύνης ἐγώ,
καὶ τὰς ἑταίρας ἡδέως πάσας ἔχω;
τουτὶ γὰρ αὐτὸ πρῶτον, ὃ σὺ ποιεῖς παθεῖν,
μαλακαῖς καλαῖς τε χερσὶ τριφθῆναι πόδας,
πῶς οὐχὶ σεμνῶν ἐστι;

V. 5 perperam libri σεμνόν.

LV. ΖΩΓΡΑΦΟΣ.

Antiatt. p. 82, 10, Ἄγαλμα καὶ γραφὴν, καὶ ἀνδριάντα, ἀδιαφόρως. Ἀντ. Ζωγράφῳ. « Gramm. Bekkeri p. 324 : ἀγάλματα δὲ καὶ τὰς γραφὰς καὶ τοὺς ἀνδριάντας λέγουσι. Cf. Hermanni Opusc. 5, p. 208. » *E M.*

LVI. ΗΝΙΟΧΟΣ.

« Etsi frequens usus nominis proprii Heniochus, nihil tamen obstat, quominus ab auriga nominatum fabulam credamus. Ælius Dionysius ap. Eustath. p. 576, 42 : Ἀθήνησιν ἦν καὶ τάγμα ἀξιόλογον οἱ ἡνίοχοι. κατελέγοντο γὰρ οἱ εὐπορώτατοι ἁρματροφήσοντες. Similiter Phot. p. 71, 20. » *E M.*

Stobæus Flor. 108, 28, cum lemm. Ἀντ. Ἡνιόχῳ.

Ἀνδρὸς διαφέρει τοῦτ' ἀνήρ· ὁ μὲν κακῶς
πράττων τὸ λυποῦν ἤγαγ' εἰς παράστασιν,
ὁ δ' ἐμφρόνως δεξάμενος ἤνεγκεν καλῶς.

Versu 2 Dobræus Adv. 2, p. 360, εἰς περίστασιν.

LVII. ΘΑΜΥΡΑΣ.

Athen. 7, p. 300, C : ὅτι δὲ καὶ αἱ Στρυμόνιαι ἐγχέλεις δι' ὀνόματος ἦσαν, φησὶν ἐν Θαμύρᾳ Ἀντ.

Καὶ σοῦ γ' ἐπώνυμός τις ἐν φήμαις βροτῶν,
Θράκην κατάρδων, ποταμὸς ὠνομασμένος,
Στρυμὼν, μεγίστας ἐγχέλεις κεκτημένος.

Versu 2 libri Θρήκης. Meinek.: « Malim Θρήκην, ut κατάρδων habeat quo referatur. Θρήκην autem dixit, non Θράκην, quoniam Tragicorum sermonem imitatur. » Vellem hoc probasset vir doctissimus, quod abhorret a Comico, nisi forte Ionicas formas admisit in lyricis, quemadmodum Aristophanes Ran. 638 :

δεινὸν ἐπιβρέμεται Θρῃκία χελιδών,

qui in iambicis dixit Θράκην, Θρᾷκα, Θρᾷτταν. Litterarum α et η permutatarum inter se non ita rara exempla. Ceterum recte Mein. suasit accusativum, et Strymonem intellexit regem Thraciæ, de quo Apollodorus 2, 5, 10, et Conon Narr. 4. « Strymonias anguillas cum Copaicis componit Archestratus Athen. 7, p. 298, F : οὐ μὴν ἀλλὰ κλέος γ' ἀρετῆς μέγα χάρτα φέρουσιν | Κωπαΐαι καὶ Στρυμόνιαι. Aristot. H. A. 8, 4, 5 : ἐν τῷ Στρυμόνι δὲ περὶ Πλειάδας ἁλίσκονται (αἱ ἐγχέλεις). » *E M.*

LVIII. [ΘΕΟΓΟΝΙΑ.]

Irenæus C. Hæret. 2, 14 (19), Valentinianorum doctrinam de origine rerum exponens, « Multo verisimilius, inquit, et gratius de universorum genesi dixit unus de veteribus Comicis Antiphanes in Theogonia, » etc. Quo loco Mein. Aristophanis nomen reponendum esse, et Irenæum ista Avium 693 seqq. (654-664), Χάος ἦν καὶ Νὺξ, ... πολὺ πρεσβύτατοι πάντων μακάρων theogoniam dixisse, probabiliter suspicatur : v. Hist. crit. Com. p. 318-321.

LIX. ΘΟΡΙΚΙΟΙ, ἢ ΔΙΟΡΥΤΤΩΝ.

De Thorico pago Atticæ vid. ad Soph. OEd. Col. 1488.

2.

In terra egere præstat opibus navigantis.

ZACYNTHIUS.

Nonne igitur merito mulierum ego sum amans,
et amicabus omnibus oblector?
hoc enim ipsum inprimis, quod tu me sentire facis,
mollibus pulchrisque manibus fricari,
quidni sit veneratorum?

AURIGA.

Vir a viro differt hoc modo : alius
infelix mœrorem agere solet ad insaniam;
alius autem sapienter exceptum bene ferre.

THAMYRAS.

Et tibi quidem, Strymon, cognominis quidam, celeber apud mortales,
Thraciam rigans, fluvius,
qui grandissimas continet anguillas.

Athen. 12, p. 553, D : Ἀντ. δὲ ἐν μὲν Ἀλκήστιδι ἐλαίῳ τινὰ ποιεῖ χριόμενον τοὺς πόδας ... καὶ ἐν Θορικίοις « Λοῦται etc. » Idemque 15, p. 689, E : ὅτι δὲ διὰ σπουδῆς ἦν τοῖς παλαιοτέροις ἡ τῶν μύρων χρῆσις, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ ἐπίστασθαι ποῖόν τι ἑκάστῳ τῶν μελῶν ἡμῶν ἐστιν ἐπιτήδειον. Ἀντ. γοῦν ἐν Θορικίοις ἢ Διορύττοντί φησι « Λοῦται δ' ἀληθῶς; ἀλλὰ τί; etc.» Sic priori loco omnes; altero cod. B λοῦτ αἰ δου ο ἀληθῶς, L λοῦτ' αἰδου. Scribamus, restitutis, ut spero, iis quibus fraudi fuerint similia vicina, ut solet fieri :

Λοῦται δ' ἀληθῶς (ἧδε, κἄλλῳ γ') ἄλλο τι,
ἐκ χρυσοκολλήτου γε κάλπιδος μύρῳ
Αἰγυπτίῳ μὲν τοὺς πόδας καὶ τὰ σκέλη,
φοινικίνῳ δὲ τὰς γνάθους καὶ τιτθία,
σισυμβρίνῳ τὸν ἑκάτερον βραχίονα,
ἀμαρακίνῳ δὲ τὰς ὀφρῦς καὶ τὴν κόμην,
ἑρπυλλίνῳ δὲ τὸ γόνυ καὶ τὸν αὐχένα.

Versu 2 priori loco meliores δὲ pro γε. V. 3 ibidem pro τὰ σκέλη VL τὰς χέρας, « qua forma non utuntur Comici. Pro τὰ σκέλη antiquæ comœdiæ poeta scripsisset, opinor, τὼ σκέλη, sed ut Ant., etiam Anaxilas Neott. 1, 21. V. 4 VL φοινικίῳ, sed ABP φοινικίνῳ. » *E M.* V. 5 inepte codd. σισ. δὲ τὸν ἕτερον βρ. Etiam hic similitudo κ et τ litterarum offecisse videtur -κα- syllabæ. V. 7 quum δὲ proxime antecedat, malim ἑρπ. τε. Non semel permixta δὲ et τέ : v. Eurip. Autolyco fr. 1, 10, etc.

LX. ΙΑΤΡΟΣ.

1.

Stobæus Floril. 99, 31, cum lemmate Ἀντιφάνους ἐξ Ἰατροῦ.

Ἅπαν τὸ λυποῦν ἐστιν ἀνθρώποις νόσος,
ὀνόματ' ἔχουσα πολλά

2.

Athen. 4, p. 175, A : μνημονεύει τῶν γίγγρων αὐλῶν Ἀντ. ἐν Ἰατρῷ. V. Schneideri Lex. v. Γίγγρας. « *Gingra, æ,* saltatio funebris, quam edebant ad tibiam cognominem. Pollux 4, 14; Scal. Poet. 1, 18. *Gingrina, æ,* tibiæ exiguæ genus, Festus; Solin. c. 5. Unde etiam *Gingritor, oris,* apud Festum. » E Gesneri Thes. L. L. 1, p. 810.

LXI. ΙΠΠΕΙΣ.

De Equitibus, secunda classe populi Attici, v. Aristoph. Equites.

1.

Athen. 11, p. 503, B, ubi agit de nominibus poculorum ψυγεύς, ψυκτήρ, ψυκτηρία : Ἀντ. Ἱππεῦσι

α. Πῶς οὖν διαίτην ἐστέ; β. Τὸ μὲν ἐφίππιον
στρῶμ' ἐστὶν ἡμῖν· ὁ δὲ καλὸς πῆλος, καλὸς
ψυκτήρ. Τί βούλει; πάντ' Ἀμαλθείας κέρας.

Versu 1 libri vitiose διαιτώμεσθα, vel διαιτώμεθα, quod ne metro quidem convenit. Permutata inter se η et ω, μ et ν, σθ et στ : v. ann. ad Eupolidis Astrat. 4, Aristoph. Pac. 156, Pherecrat. Λήροις 8, etc. V. 2 iidem insulse πῖλος, vel, si diis placet, πίλος. Immo πῆλον, *vinum*, dixit Ant. per synecdochen, sicut Sophocles (v. Soph. Fragm. p. 236 nostræ ed., et Theocritus, ut annotavit Scheiderus in Lex. gr. v. Πῆλος). In fine versus Dobræus Adv. 2, p. 336, κάδος (conf. Καρίνης fr.). V. 3 de *cornu Amaltheæ* v. Heyn. ann. ad Apollodorum, Observ. p. 189, 190.

2.

Idem 15, p. 700, C, ex eoque Eustath. ad Odyss. p. 1571, 18: Ἀριστοφάνης δ' Ἱππ. (ponendum esse Ἀντιφάνης, neque Porsonum neque Meinekium fugit)

— Τῶν δ' ἀκοντίων
συνδοῦντες ὀρθὰ τρία λυχνείῳ χρώμεθα.

« Verba ejusdem equitis, qui pronuntiavit ista Τὸ μὲν — κέρας, fr. 1. » *E M.*

3.

Meletius in Crameri Anecd. Oxon. 3, p. 83 :

THORICII, sive FOSSOR.

Lavat vere (hæc, et alio) ad aliud usa,
ex aureo quidem vase pedes et femora
illinens Ægyptio unguento,
phœnicioque maxillas et mammas,
sisymbrino utrumque brachium,
amaracino autem supercilia et comam,
denique serpylli oleo genu atque cervicem.

MEDICUS.

1.

Quidquid contristat, hominibus est morbus,
multa habens nomina.

EQUITES.

a. Quomodo igitur vivitis? b. Ephippium quidem
stragula nobis est; sed bona est fæx, bona
calix. Quid quæris? cuncta sunt Amaltheæ cornu.

2.

— Jaculis tribus,
quæ colligavimus, erectis pro scapo utimur.

3.

Præsepium Jovem.

καὶ γίνεται δὲ καὶ τὸ κάπη, ἡ φάτνη, παρὰ τὸ κάπτειν, ὅ ἐστιν ἐσθίειν. φησὶ γὰρ Ἀριστοφάνης (probabiliter Mein. Ἀντιφάνης) Ἱππεῦσι « καπαῖον Δία, » ἤτοι εὔφατνον. Nihil tale Aristoph. Ceterum libri depravati καὶ γ. δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ κάπη φάτνη, ... καπαῖον ἤτοι φάλτον Δία. « De κάπη, h. e. φάτνη, v. Hesych. vv. Καπαλαὶ et Κάπας. Cf. Etym. Gud. p. 297, 55. » *Mein.*, qui in ultimis conjicit φατναῖον.

LXII. ΚΑΙΝΕΥΣ.

Athen. 10, p. 433, C : οὐκ ἂν ἁμάρτοι δέ τις (?) καὶ τὸ ποτήριον αὐτοῦ (Nestoris) λέγων φιάλην (libri h. l. τὸ ὅπλον inferunt, glossema quod recte expungi jussit Koppiers. Observ. philol. p. 40) Ἄρεως κατὰ τὸν Ἀντιφάνους Καινέα, ἐν ᾧ λέγεται οὕτως,

Εἶτ' ἦν δῆλος φιάλην Ἄρεως
κατὰ Τιμόθεον, ξυστόν τε βέλος.

Versu 1 codd. mendose Εἰ τῇ. Immo, postquam in virum mutata fuerit a Neptuno, Cænidem, jam Cæneum nominatam, armis excelluisse dicit, ad modum Timothei, famosi ducis Atheniensium, de quo ad Aristoph. Plutum 180. De *Cæneo* v. Ovid. Met. 12, 189-209, 459-535, etc. « Maur. Schmidtius (De dithyrambis p. 109) : Εἶθ' ἡ θῆλυς, nimirum Cænis. Aristoteles Poet. c. 21 : λέγω δέ, οἷον Ὁμοίως ἔχει φιάλη πρὸς Διόνυσον, καὶ ἀσπὶς πρὸς Ἄρην· ἐρεῖ τοίνυν καὶ τὴν ἀσπίδα φιάλην Ἄρεως, καὶ τὴν φιάλην ἀσπίδα Διονύσου. Quibus similia habet Rhetor. 3, 4, ubi codd. Ἄρεος pro Ἄρεως, quam formam etiam Antiphani reddidi ; cf. Anaxandridis fab. incert. 21. » *E M.*

LXIII. ΚΑΡΕΣ.

Athen. 4, p. 134, B : μήποτε δὲ καὶ Ἀντ. ἐν Καρσὶ κατὰ τὸ Ἀττικὸν ἔθος τῆς ὀρχήσεως κωμῳδεῖ τινα τῶν σοφῶν, ὡς παρὰ δεῖπνον ὀρχούμενον, λέγων οὕτως,

— Οὐχ ὁρᾷς ὀρχούμενον
καὶ χερσὶ τὸν βάκηλον ; οὐδ' αἰσχύνεται
ὁ τὸν Ἡράκλειτον πᾶσιν ἐξηγούμενος,
ὁ τὴν Θεοδέκτου μόνος ἀνευρηκὼς τέχνην,
ὁ τὰ κεφάλαια συγγράφων Εὐριπίδῃ.

« Apparet, hæc in celebrem virum aliquem dicta esse. De quo interrogatus a me Trendelenburgius, versatus ille si quis alius, in historia philosophiæ, Heraclidem Ponticum notari existimavit, designatis Diogenis Laertii locis, ex quibus intelligitur Heraclidem interpretando Heraclito multum operæ impendisse (Diog. L. 9, 14, qui 5, 88, in libris Heraclidis commemorat Ἡρακλείτου ἐξηγήσεις δ'), libros de arte rhetorica condidisse et de Tragicorum tribus principibus commentatum esse (5, 87); denique elegantiæ et corporis ornandi studiosissimum fuisse (5, 86 : οὗτος ἐσθῆτί τε μαλακῇ ἐχρῆτο, καὶ ὑπέρογκος ἦν τὸ σῶμα [Hemsterh. σχῆμα], ὥστε αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν μὴ Ποντικόν, ἀλλὰ πομπικὸν καλεῖσθαι. πρᾷός τε ἦν, καὶ τὸ βάδισμα σεμνός. (Minus probabiliter libri πρ. τε ἦν τὸ βάδ. καὶ σεμνός. Erat τὸ βάδ. σεμνός, *ingressu fastosus* : vid. Aristoph. Nub. 48, etc. *Both.*) Quæ omnia, si rei summam spectas, ita conveniunt in philosophum ab Antiphane irrisum, ut de veritate conjecturæ dubitare vix liceat. Versus 5 sententiam explicans Casaub.: *qui Euripidi fabulam componere aggressuro summa capita describit, et primam tragœdiæ faciem delineat.* Existimo autem, hæc de Euripide minore dici, de quo cf. Bœckh. Trag. Gr. p. 226. Idem videtur commemorari ab Ephippo Epheb. 2, et Anaxandride Ner. 2. » *E M.* Versu 2 libri ταῖς χερσὶ, quum Ath. generatim dicat ὀρχούμενον. Igitur hic quoque confusa sunt κ et τ, ortumque videatur σ in ταῖς ex χ littera simili (v. ann. ad Thuc. 8, 91), quæ sequitur ; in verbo ὀρχ. autem simul intellexit Athen. τὴν χειρονομίαν, h. e. mollem ac delicatam, ne dicam cinædicam, quo spectare putes τὸ βάκηλον (σκιαμαχεῖν Plato Leg. 8, p. 401 ed. Bipont. appellat τὸ χειρονομεῖν), manuum gesticulationem. V. Schneider. ad Xenoph. Sympos. 2, 19, et de voce βάκηλος Lobeck. ad Phryn. p. 272, quos citat Mein. V. 4 « *Theodectes*, orator, Cilix genere, discipulus Platonis, Isocratis et Aristotelis. Cicero Orat. 172 : *Theodectes, inprimis (ut Aristoteles sæpe significat) politus scriptor atque artifex.* » Gesner. Thesaur. L. L. 2, p. 783.

LXIV. ΚΑΡΙΝΗ.

« Καρῖναι dictæ fuerunt præficæ, e Caria adscitæ, quæ sub tibiarum aliorumque instrumentorum sonitu lugubres modos cantarent : v. Menandri Fragm. ed. pr., p. 91, et exemplis hujus nominis,

---

CÆNEUS.

Postea conspicuus fuit patera Martis
ad modum Timothei, et polito telo.

CARES.

— Non vides saltantem,
etiam manibus, bacelum impudentem,
qui Heraclitum omnibus explicat,
qui solus Theodectis invenit artem,
qui summa capita conscribit Euripidi ?

quæ ibi attuli, adde quæ habet Polyænus Strateg. 8, p. 297. » *E M.*

Athen. 11, p. 503, B (cf. Διπλασίων fr. 1)... ἐν δὲ τῇ Καρίνῃ (præcedit ecloga ex Equitibus, fr. 1) σαφῶς δηλοῦται, ὅτι τούτῳ (τῷ ψυκτῆρι) ἐχρῶντο οἰνοχοοῦντες κυάθῳ. εἰπὼν γὰρ

— Τρίποδα, καὶ κάδον,
ψυκτῆρά τ' οἴνου παραθέμενος μεθύσκεται,

ἐν τοῖς ἑξῆς ποιεῖ αὐτὸν λέγοντα

— Οὐκοῦν πότος
ἔσται σφοδρότερος, εἴ φράσαι τις « Οὐκ ἔτι,
τὸν δὲ κάδον ἔξω καὶ τὸ ποτήριον λαβὼν
ἀπόφερε, τἄλλα τε πάντα. »

Libri Τρ. καὶ κάδον παραθ. (malim leniore metro παρθέμενος, ut παρτιθεῖ Odyss. 1, 192,) ψ. τ' οἴνου μεθ. Deinde Πότος ἔσται σφοδρ. οὐκοῦν, εἰ φρ. τις, οὐκ ἔτι ἔξεστι κυαθίζειν γάρ, τὸν δὲ κάδον — τἄλλα πάντα. Hæc non ita difficile fuit in ordinem redigere et versificare, deleto manifesto glossemate ἔξεστι κυαθίζειν γάρ. In fine Hermannus τἄλλα πάντ' ἔα.

LXV. ΚΗΠΟΥΡΟΣ.

Quod ex hac fabula superest, positum in Arcadis fragm. 2.

LXVI. ΚΙΘΑΡΩΔΟΣ.

1.

Athen. 8, p. 342, D: Μάτων δὲ ὁ σοφιστής, ὀψοφάγος ἦν. δηλοῖ δὲ τοῦτ' Ἀντ. ἐν Κιθαρῳδῷ, οὗ ἡ ἀρχὴ

Οὐ ψεῦδος οὐδέν φησιν.
* * *
Ὀφθαλμὸν ὤρυττ' ἄν τις, ὥσπερ ἰχθύος
Μάτων, προσελθών.

« Quod exordium fabulæ, ex qua testimonium de Matone afferre voluit, sibi commemorandum putavit Athenæus, ejus rei haud alia fuisse videtur causa quam, quod duæ Citharœdi editiones ferebantur, quarum alterutra carebat isto testimonio. Similiter idem 13, p. 559, F, Καρκίνος δ' ὁ τραγικὸς ἐν Σεμέλῃ, ἧς ἡ ἀρχὴ « Ὦ νύκτες! » *E M.* Libri Ὀφθ. ὤρυττέν τις ... προσελθών, quasi revera iratus quis alii accedens oculum effodisset, quod est nimium, nec verisimile.

2.

Etym. M. p. 683, 24: καὶ Δίφιλος δὲ μνημονεύει τοῦ πόρκου,

Θᾶττον πλέκειν κέλευε πόρκων πυκνοτέρους.

καὶ Ἀντ. Κιθαρῳδῷ

Εἰσδυόμενος εἰς πόρκον, ὅθεν ἔξω πάλιν
οὐ ῥαδίως ἔξειμι τὴν αὐτὴν ὁδόν.

Meinekius v. 1 malit δ' εἰς.

3.

Athen. 3, p. 74, A, omisso nomine scriptoris, affert verba στελέω ῥαφανίδας σικύους τέτταρας. Sic cod. A; στελέων PVL. « Correxit et Antiphani vindicavit Porsonus Miscell. p. 234, duce Hesychio, Στειλεάν: τὴν μακρὰν ῥάφανον. Ἀντ. ἐν Κιθ. » *E M.* At quis credat vocabulum στειλεὰ (στειλειὴ Odyss. 21, 422) et hoc, et manubrium securis, significasse? Affectus videtur locus Hesychii, qui locus sic habuerit: Ῥαφανῖδα: τὴν μακρὰν ῥάφανον. Istud στειλεὰν in autographo suspicor fuisse πέλειαν, π autem forte in στ mutatum esse, ut alias, vocemque ipsam ex Antiphane ad Hesychium adscriptam. Potest igitur, ut poeta, victum citharœdi describens, dixerit

Πέλειαν ἄν, ῥαφανῖδα, σικύους τέτταρας.

LXVII. ΚΙΘΑΡΙΣΤΗΣ.

« *Citharistam*, quo titulo etiam Menander scripsit fabulam, habemus hodie apud unum Clearchum Athen. 15, p. 681, C, quo qui Citharœdi nomen restitui jusserunt, non reputaverint, diversa citharœdorum et citharistarum munia fuisse: v. Valcken. apud Koppiers. Observ p. 142, et Proleg. Hermog. apud Walzium Rhetor. 4, p. 7. Pomponii *Citharistam* laudat Nonius v. Irascere. » *E M.*

Clearchus l. l.: ὅρα τοὺς τὸν κόσμον σανδάλων ἀνευρόντας Λακεδαιμονίους, οἳ τὸν παλαιότατον τῆς

PRÆFICA.

— Tripode, cadoque,
et calice vini appositis inebriatur.
— Igitur potus
[nam licet cyathis indulgere]
erit acrior, si quisquam dicet: « Non amplius,
sed cadum et poculum prehensum,
ceteraque aufer omnia »

CITHAROEDUS.

1.

Nequaquam hoc mendacium dixit.
* * * *
Oculum accedens aliquis, ut piscis
Maton, effodisset.

2.

Quum inciderim in rete, unde rursus
haud facile exibo eadem via.

πολιτικῆς κόσμον συμπατήσαντες ἐξετραχηλίσθησαν. διόπερ καὶ καλῶς περὶ αὐτῶν εἴρηκεν ὁ κωμῳδιοποιὸς Ἀντ. ἐν Κιθαριστῇ

Οὐκ ἐφύσων οἱ Λάκωνες ὡς ἀπόρθητοί ποτε,
νῦν δ' ὁμηρεύουσ' ἔχοντες πορφυροῦς κεκρυφάλους;

Ap. Athen. scripsi τὸν κόσμον σανδάλων, *ornatum sandaliorum;* codd. enim insulse τὸ κοσμοσάνδαλον, quasi dicatur flos, de quo Pausan. 2, 35, 4 : κοσμοσάνδαλον, ὑάκινθον ἐμοὶ δοκεῖν ὄντα. Immo κόσμος σανδάλων salse opponitur τῷ παλαιοτάτῳ κόσμῳ τῆς πολιτικῆς Lacedæmoniorum. Σάνδαλον, sandalium, proprie mulierum, et τρυφωσῶν quidem, ut ait Ælianus V. H. 1, 18, gestamen fuit; cf. Terentii Eun. 1, 7, 4. Eodem pertinent πορφ. κεκρύφαλοι, *reticula purpurea* (Ar. Thesm. 137). Antiphanis versu 1 « ὡς ἀπόρθητοί ποτε· jactabant Lacedæmonii, a nullis unquam hostibus suos fines vastatos esse : v. Wesseling. ad Diod. 2, 53. » *E M.* Qui v. 2 recte ὁμηρεύουσ' pro ὁμηρείους, quod obtrudunt libri. « Alexandro, inquit, in Asia contra Darium belligerante, quum Lacedæmonii Græcos exhortati essent, ut bellum (contra Macedones) repararent, Antipater (præfectus Macedoniæ) eorum conatus repressit, obsidesque imperavit (v. Æschinis Orat. c. Ctesiph. § 133, Harpocr. p. 137, 5) : id factum olymp. 112, 2 (ante Chr. nat. 330; cf. Diod. Sic. 16, 62); eodem igitur tempore, i. e. brevi ante Antiphanis mortem (si veræ sunt nostræ rationes Hist. crit. p. 305) Citharistam actum esse consentaneum est. » *E M.*

LXVIII. ΚΛΕΟΦΑΝΗΣ.

Athen. 3, p. 98, F : τί δὲ ἡ ἐπιστολὴ αὕτη (Alexarchi dicit epistolam abstrusæ dictionis tenebris obscuratam) δηλοῖ, νομίζω ἐγὼ μηδὲ τὸν Πύθιον διαγνῶναι. κατὰ γὰρ τὸν Ἀντιφάνους Κλεοφάνη

— Τόδε τί; ἆρ' ἄνουν ἔφυ,
ἢ τί ποτε; τὸν σπουδαῖον ἀκολουθεῖν ἐρεῖς
ἐν τῷ Λυκείῳ μετὰ σοφιστῶν νὴ Δία
λεπτῶν, ἀσίτων, συκίνων, λέγονθ' ὅτι
« τὸ πρᾶγμα τοῦτ' οὐκ ἔστιν, εἴπερ γίγνεται·
οὐδ' ἐστὶ γάρ πω γενόμενόν γ', ὃ γίγνεται,
οὐδ', εἰ πρότερον ἦν, ἔστιν, ὅ γε νῦν γίγνεται·
ἐστὶν γὰρ οὐκ ὂν οὐδέν· ὃ δὲ μὴ γέγονέ πω,
οὐκ ἔσθ', ἕωσπερ γέγονε, τὸ δέ γ' οὐ γέγονέ πω·
ἐκ τοῦ γὰρ εἶν' ἂν γέγονεν· εἰ δ' οὐκ ἦν ἔθ' ἕν,
πῶς ἐγένετ' ἐξ οὐκ ὄντος; οὐχ οἷόν τε γάρ·
εἰ δ' αὐτόθεν πη γέγονεν, οὐκ ἔσται πάλιν·
κεῖποι δὲ πῶς τις, εἴ ποθεν γενήσεται
τοὐκ ὄν γ'; ἀπ' οὐ γὰρ ὄντος οὐ δυνήσεται. »
Ταυτὶ δ' ὅ τι ἐστὶν, οὐδ' ἂν Ἀπόλλων μάθοι.

Codd. insolita depravatione versibus 1 et 2 Τόδε τυραννεῖν ἐστιν ἢ τί (L. τί δή) ποτε τὸ σπουδαῖον; Ἔστιν pro ἔφυ, ut pro ἔφη Athen. 11, p. 493, D. Τὸν σπουδ., *virum prudentem*, cujus rationem habeas : cf. Soph. OEd. Col. 537 etc. V. 2 in fine libri ἔρις, correxit Scaliger. « V. 4 pro συκίνων Athen. 13, p. 565, F, σκυτίνων. Præstat illud. Theocr. 10, 45 : σύκινοι ἄνδρες. Ac notum est proverbium συκίνη ἐπικουρία. In sequentibus Ant. ridet dialecticas sapientum [immo sophistarum. *Both.*] argutias. Parmenides ed. Fülleborn. versu 73 :

Πῶς δ' ἂν ἔπειτα πέλοι τὸ ἐόν, πῶς δ' ἄν κε γένοιτο;
εἴ γε γένοιτ', οὐκ ἔστ', οὐδ' εἴ ποτε μέλλοι ἔσεσθαι.

Cf. Aristot. De Xenoph. etc. p. 974 ed. Bekk. » *E M.* V. 6 libri γιγνόμενον ὃ γίγνεται, 7 οὔτ' εἰ, 9 οὐκ ἔστιν ὥσπερ γέγονεν, quod Dobr. correxit; nos ipsi : τὸ δέ γ' οὐ γ. πω pro — γέγονεν, ὃ δὲ μὴ γ. πω. Sæpe confusa μὴ et οὐ : v. Schæfer. Miscell. crit. p. 108. V. 10 libri ἐκ τ. γ. εἶναι γ. εἰ δ' οὐκ ἦν ὅθεν. Ἓν pro τὶ, ut passim : v. Eur. Alcest. argum. 2, ann. 4. Etiam Iphig. Aul. 853, scribendum arbitror

οὐχ ἅψεται σῆς θυγατρὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ,

CITHARISTA.

Nonne superbiebant Lacones, velut nunquam expugnati,
nunc autem obsides dant ornati purpureis reticulis?

CLEOPHANES.

— Quid hoc? nonne insania est,
vel quid tandem? num opus esse dices, ut vir prudens sectetur
in Lyceo sophistas per Jovem
tenues, jejunos, ficulneos, dicens :
« Res hæc non est, siquidem fit :
neque enim jam factum est, quod fit :
neque, si ante fuit, est, quod quidem nunc fit :
nam nihil est, quod non exstat; quod autem adhuc non exstitit :
non est, donec exstitit; hoc vero nondum exstitit :
ex eo enim, quod fuit, fieri potuisset; si vero non fuit quidquam,
quomodo fieret ex non exstante? non potest.
Quodsi forte per se exstitit, rursus non erit demum :
et quomodo quis dicat, an unquam futurum sit,
quod non est? ex eo enim, quod non est, fieri non poterit. »
Hæc quid sibi velint, ne Apollo quidem intelligat.

οὐδ' εἷς (pro οὐδέ τις), ἄκραν χεῖρ' ὥστε προσβαλεῖν πέπλοις,

non οὐδ' εἰς ἄκρ. χεῖρ' etc. V. 12 libri ποι, 13 κ. δέ πώ (B πώς) τις (εἴη A, εἴς B) πόθεν (ποθεν B) γενήσεται τοὐκ ὂν, εἰς οὐκ ὂν (hæc tria bis scripta in A) γὰρ οὐ δυν. Duriusculum videatur εἰς in ἀπ' mutatum, sed neque α et ει, neque π et σ confusorum exempla desunt. Dedimus quæ possent utcumque intelligi, neque a legibus linguæ discreparent.

LXIX. ΚΝΑΦΕΥΣ.

Stobæus Floril. 61, 2, cum lemmate Ἀντιφάνους ἐκ Κναφέως.

Ὅστις τέχνην πρῶτος κατέδειξε τῶν θεῶν,
οὗτος μέγιστον εὗρεν ἀνθρώποις κακόν·
ὅταν γὰρ ἀπορῆταί τις, ἂν μή γ' ἀργὸς ᾖ,
ἐλθὼν ἀπεκινδύνευσεν ἡμέραν μίαν,
ὥστ' ἢ γεγονέναι λαμπρὸν, ἢ τεθνηκέναι·
ἡμεῖς δ', ἔχοντες ἀρραβῶνα τὴν τέχνην
τοῦ ζῆν, ἀεὶ πεινῶμεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν,
ἐξόν τε μικρὸν διαπερηθῆναι χρόνον,
τὸν βίον ἅπαντα τοῦτο δρᾶν αἱρούμεθα.

Ipsius fullonis verba. Versu 1 ita codex A. Vulgo κατέδειξε πρῶτος, vocabulo πρῶτος occultato in thesi. V. 3 libri inepte ἂν μὲν ἀργὸς ἦν. Bene Meinek. ᾖ pro ἦν, qui cum versu 4 comparavit illud Horatii (Serm. 1, 1, 7),

— Concurritur : horæ
momento aut cita mors venit, aut victoria læta.

LXX. ΚΝΟΙΘΙΔΕΥΣ Ἢ ΓΑΣΤΡΩΝ.

« Photius Lex. p. 173, 15, Κνοιθιδεύς : ὄρος τῆς Ἀττικῆς. Fortasse igitur montis Cnœthidei genium introduxerat Ant., quemadmodum Lycabettum Theopompus comicus apud schol. Pindari Pyth. 2, 75. » *E M.*

1.

Athen. 10, p. 448, E : περὶ δὲ τῶν γρίφων Ἀντ. μὲν ἐν Κνοιθιδεῖ ἢ Γάστρωνί φησιν

Ἐγὼ πρότερον μὲν τοὺς κελεύοντας λέγειν
γρίφους παρὰ πότον ᾠόμην ληρεῖν, σαφῶς
λέγοντας οὐδέν· ὁπότε προστάττοιτό τις
εἰπεῖν ἐφεξῆς, ὅ τι φέρων τις μὴ φέρει,
ἐγέλων, νομίζων λῆρον· οὐκ ἂν γενόμενον
οὐδέποτέ γ' ᾤμην πρᾶγμα παντελῶς λέγειν,
ἐνέδρας δ' ἕνεκα· Νυνὶ δὲ τοῦτ' ἔγνωχ' ὅτι
ἀληθὲς ἦν· φέρομεν γὰρ ἄνθρωποι δέκα
ἔρανόν τιν', οὐ φέρει δὲ τούτων πη φορὰν
οὐδείς· σαφές γ' οὖν, ὅ τι φέρων τις μὴ φέρει·
τοῦτ' ἔστιν, ἦν θ' ὁ γρῖφος ἐνταῦθα ῥέπων.
Καὶ τοῦτο μὲν δὴ κἄστι συγγνώμην ἔχον·
ἀλλ' οἷα λογοποιοῦσιν ἐν τῷ πράγματι
οἱ τἀργύριον μὲν κατατιθέντες, ᾧ σφόδρα
Φίλιππος ἆρ' ἦν εὐτυχής τις νὴ Δία!

Versu 3 sic Dindorfius; libri προστάττεται, unus προστάξεται. V. 4 εἰπὼν libri antiquiores. V. 6 ᾤμην Grotius; libri οἶμαι. Versu 8 et 9 ἀμέτρως libri γὰρ ἔρανόν τινα ἄνθρ. δέκα. Correxit Scaliger ap. Casaub. Ibidem minus perspicue τούτων τὴν φοράν. Confusa videntur πη et τῇ. V. 10 vulgo σαφῶς οὖν. V. 11 ἐνταῦθα valet ἐνταυθοῖ, ut in Euripidis Ione 881. V. 13 ἐν τῷ πράγματι, h. e. ἐν τούτῳ τῷ πρ., sc. τῷ λύειν γρίφους. Hac in re homines, qui pignore argenti certent, quum griphum non repererint conjectura, deinde, pecuniam solvere nolentes, garrire dicit frustra, multumque inde lucri abstulisse Philippum quendam, fortasse sycophantam cognominem, ab Aristophane irrisum Av. 1572. V. 14 vulgo οἱ τ. μὴ κατ., ὡς σφ. Inter hunc versum et sequentem lacunæ signa posuit Dindorfius. V. 15 aliquot libri τισὶ νὴ Δ.

FULLO.

Quicumque deorum primus monstravit *hanc* [artem,
ille maximum reperit hominibus malum.
Nam *alias* si quis inopia laborat, nisi piger est,
abit pugnatum uno die,
ut vel clarus fiat (*victor*), vel moriatur;
nos autem, quamvis artem habentes pignus
vitæ, semper esurimus in spebus;
et quum breve transigere tempus liceat,
tamen per totam vitam hoc agendum eligimus.

CNOETHIDEUS sive VENTRIOSUS.

1.

Ego antea quidem, qui dicere jubebant
griphos in vino, arbitrabar nugari, plane
nihil dicentes; quando quis ponebat,
ut continuo explicaretur, quid esset illud quod [quis ferens non ferret,
ridebam eum, velut nugatorem; neque omnino
unquam factam rem dicere existimabam,
sed insidiari; nunc autem intellexi,
id verum esse. Ferimus enim decem homines
symbolam quandam, nec tamen horum quisquam [fert onus quodcumque:
igitur apertum est, quid aliquis ferens non ferat:
hæc est res, eoque tendebat griphus.
Veniamque sane is meret;
sed qualia in tali negotio garriunt,
qui argenti pignore contendunt! qua ratione
fortunatissimus per Jovem fuit Philippus quidam.

2.

Idem 7, p. 287, E : ἐν δὲ ταῖς Εὐπόλιδος Αἰξὶν ἔστιν εὑρεῖν (τὸ βεμβρὰς) καὶ διὰ τοῦ μ γραφόμενον. Αντ. δ' ἐν Κνοιθιδεῖ

Ἄτοπά γε κηρύττουσιν ἐν τοῖς ἰχθύσιν
κηρύγμαθ', οὗ καὶ νῦν τις ἐκεκράγει μέγα,
μέλιτος γλυκυτέρας μεμβράδας φάσκων ἔχειν.
Εἰ τοῦτο τοιοῦτ' ἐστὶν, οὐδὲν κωλύει
τοὺς μελιτοπώλας αὖ λέγειν βοᾶν θ', ὅτι
πωλοῦσι τὸ μέλι σαπρότερον τῶν μεμβράδων.

Versu 1 et 2 libri Ἄτοπόν τε — κήρυγμα οὗ, quæ emendavit Meinek. Ἐν τοῖς ἰχθύσιν cf. Aristoph. Ran. 1008. V. 3 et 6 vulgo βεμβράδας, βεμβράδων, contra illud quod asserit Athen. V. 6 σαπρότερον. Horum ego non memineram, quum εἰρήνην σαπρὰν ap. Aristophanem, Pac. 532, in suspicionem adduxi. Est igitur σαπρ. figurate et per jocum comicum *mollius, tenerius*.

LXXI. ΚΟΡΙΝΘΙΑ.

Athen. 3, p. 95, F : ἀκροκωλίων δὲ μέμνηται Ἀριστοφάνης Αἰολοσίκωνι... Ἀντ. Κορινθίᾳ

— α. Ἔπειτα κἀκροκώλιον
ὕειον Ἀφροδίτῃ. β. Γελοῖον! α. Ἀγνοεῖς·
ἐν τῇ Κύπρῳ δ' οὕτω φιληδεῖ ταῖς ὑσὶν,
ὦ δέσποθ', ὥστε σκατοφαγεῖν ἀπείρξατο
τὸ ζῷον (ὄντως), τοὺς δὲ βοῦς ἠνάγκασεν.

Versu 4 ita vir doctus apud Schweigh.; vulgo δέσπ. et ἀπεῖρξε τὸ ζῷον. V. 5 nos addidimus et sententiæ et metro conveniens ὄντως, quod forte videtur excidisse inter similia. Cf. Aristoph. Plut. 323, 832, Xenoph. Sympos. 9, 5. « De Cypriis bobus stercore vescentibus v. Hesychii interpp. v. Κύπριος βοῦς, Festi ad p. 385 ed. Lindem. Proverb. Bodl. 222, βοῦς Κύπριος εἶ : ἀντὶ τοῦ σκατοφάγος· Εὔδοξος γὰρ περὶ τούτων ἱστορεῖ, ὅτι κοπροφάγοι εἰσίν. » *Mein.* Sed tacet de hoc Aristoteles H. A. 8, 8. Popularis igitur fama fuerit.

LXXII. ΚΟΡΟΠΛΑΘΟΣ.

Pollux 10, 103 : καὶ ἴγδιν δὲ αὐτὴν (τὴν θυείαν) κεκλήκασι Σόλων τε ἐν τοῖς Ἰάμβοις,... καὶ ἔτι σαφέστερον Ἀντ. Κοροπλάθῳ

α. Γύναι, πρὸς αὐλὸν ἦλθες· ὀρχήσει πάλιν
τὴν ἴγδιν. (β. Ἴγδιν;) α. Τὴν θυείαν ἀγνοεῖς;

Versu 2 Ἴγδιν; ita mulier, vocem paulo insolentiorem mirata; quæ vox quomodo neglecta sit a librariis, apparet. Post τὴν ἴγδιν pergit Pollux : ἔστι μὲν οὖν ἴγδις καὶ ὀρχήσεως σχῆμα· ὁ δὲ παίζων πρὸς τοὔνομα κωμικὸς ἐπήγαγε « Τὴν θυείαν ἀγνοεῖς; » τουτέστιν ἡ ἴγδις. « Etym. M. p. 464, annotante Hemsterh. : ἔστι δὲ καὶ εἶδος ὀρχήσεως ἴγδισμα, ἐν ᾗ ἐλύγιζον τὴν ὀσφὺν ἐμφερῶς τῷ δοίδυκι. Sic etiam Etym. Gud. p. 271, 15. Suidas corrupte, Ἴδισμα : λόγισμα pro Ἴγδισμα : λύγισμα. (Λυγισμῶν Aristoph. Ran. 728. *Both.*) Fuit igitur hoc commotioris saltationis genus, quale describit Arist. Vesp. 1485. » *E Mein.*, qui versu 2 scripsit ἴγδιν (sine art). β. Τίν' ἴγδιν; et postrema quoque Antiphanis esse statuit : — ἀγνοεῖς; -τοῦτ' ἔστιν ἴγδις.

LXXIII. ΚΟΥΡΙΣ.

1.

Athen. 3, p, 120, A : Εὐθύνου δὲ τοῦ ταριχοπώλου μέμνηται Ἀντ. ἐν Κουρίδι οὕτως,

Ἐλθών τε πρὸς τὸν τεμαχοπώλην, Παρμένων,
παρ' οὗ φέρειν εἴωθας, ἂν οὕτω τύχῃ
Εὔθυνος (εὔνους) ἀπολοπίζειν, αὐτόθι
χρηστόν τι περιμένων (με) κέλευσον μὴν τεμεῖν.

Libri versu 1 περίμενε, quum sequatur περιμένων. Parmenonem servum novimus ex Aristophane et Terentio. V. 2 et 3 libri εἴωθα· κἂν οὕτω τ., Εὔθυνος ἀπολογίζων. Post Εὐθ. lacunam sumunt, quam verosimiliter explevi. Fritzsch. ἀπολοπίζων, pro

---

2.

Absurda quidem per præconem in foro piscatorio
pronuntiantur, ubi nunc quoque fuit qui clamitaret,
se habere membrades melle dulciores.
Hoc si ita est, nihil impedit, quin
rursus mellis venditores dicant clamentque,
se mel membradibus tenerius vendere.

CORINTHIA.

— a. Deinde trunculum
suillum Veneri. b. Ridiculum! a. Nescis rem :
in Cypro ita delectatur suibus,
domine, ut stercore vesci serio prohibeat
animal, boves autem cogat.

PUPARUM FICTOR.

a. Mulier, ad tibiam venisti : saltabis iterum
igdin. (b. Igdin?) a. Ignorasne mortarium?

TONSTRIX.

1.

Et quum venisti ad salsamentarium, Parmeno,
a quo afferre soles, si forte tam commodus
est Euthynus, ut desecare velit, ibi
me exspectans sane bonum aliquod frustum secari jube.

quo ponendum fuit ἀπολοπίζειν, intellecto ὥστε. V. 4 libri χρ. τι περίμεινον κέλ. μὴ τ. Cod. P μήτ' ἐμεῖν. Schweigh. et alii περιμένων κέλευσόν μοι τ.

2.

Idem 7, p. 303, F : τῆς θυννίδος τὸ οὐραῖον ἐπαινεῖ καὶ Ἀντ. ἐν Κουρίδι οὕτως·

— α. Ὁ μὲν οὕτως ἀγρῷ
τρεφόμενος οὐδὲν ἐσθίει θαλάττιον
πλὴν τῶν παρὰ γῆν, γόγγρον τιν', ἢ νάρκην τιν', ἢ
θύννης τὰ πρὸς τῇ.... β. Ποῖα; α. Τὰ κάτωθεν λέγω.
β. Τούτους φάγοις ἄν; γ. Τοὺς γὰρ ἄλλους νενόμικα
ἀνθρωποφάγους ἰχθῦς. β. Τί δ' εἶτα δὴ 'σθίεις;
γ. Τουτὶ κακόνωτα πλωτά... β. Κωπᾷδας λέγεις.
γ. Ἀγρίως γε· παρὰ λίμνην γεωργῶν τυγχάνω·
τὰ δ' ἐγχέλεια γράψομαι λιποταξίου·
κομιδῆ γὰρ οὐκ ἦν οὐδαμοῦ.

Hæc alii aliter distinguunt : assentior Dobræo Advers. 2, p. 316, agi apud eundem salsamentarium, colloquentibus Atheniensi (α), Bœoto rustico, quem adduxit (γ), et ipso Euthyno. Versu 1 et 2 libri Ὁ μὲν ἀγρῷ τρεφόμενος θαλάττιον (hic μὲν repetunt BV) οὗτος οὐδὲν ἐσθίει. V. 4 vulgo τὰ πρὸς τῇ ποίᾳ. Codex A τὰ πρὸς τῆς ποια. Correxerunt Villebrun. et Schweigh. Ad τῇ intellige οὐρᾷ. V. 5 et 6 τοὺς .... ἰχθῦς fere habes etiam Butalione fr. 1. » *E M.* Præterea libri τὸ δ' ἵνα δ', vel τὸ δ' ἵνα ἐσθίῃς, nec juvat, quod suffecerunt, τὸ δεῖνα δ' ἐσθίεις; V. 7 libri κακόνωτα πλοῖα. Quod posui κακ. πλωτά, (animalia) *natantia malis tergoribus*, ridicule Ant. dixit anguillas, de quibus Plinius H. N. 9, 23 : « Anguillis *crassius tergus, eoque verberari soliti prætextati.* » Isidorus, annotante Harduino : *Anguilla est, qua coercentur in scholis pueri, quæ vulgo scutica dicitur.* Levior pœna hæc flagello, quo fere servi castigabantur : v. Horat. Serm. 1, 2, 41; 3, 119. Κωπᾷδας, intell. ἐγχέλεις, ut Κωπάδων Ar. Pace 931; cf. Acharn. 827, 903. V. 8 « Ἀγρίως, *cupide.* Aleatorem λίαν περὶ τὸ κυβεύειν ἐσπουδακότα Menandrum ἄγριον κυβευτὴν dixisse auctor est Harpocratio. Quod codd. post λίμνην habent, γὰρ delevit Jacobs. V. 9 ἐγχέλεια (Aristoph. Acharn. 974. *Both.*) pro ἐγχέλια Schweigh. Cf. Eust. ad Hom. p. 1240, 22. Γράψομαι λιποτ. ipse Cur. crit. p. 27, et Pors. pro γράφομαι λειποταξίου. Attici constanter λιποτάξιον. Gramm. Ms. apud Bekkerum ad Apollon. Synt. p. 414 : λέγει δὲ ὁ Ὧρος, ὅτι πάντα τὰ παρὰ τὸ λείπω διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται, οἷον λειποστράτευτος, λειποταξία, λειποστράτιον· ὁ δὲ Ὠριγένης διὰ τοῦ ι. Recte Origenes. Cf. Chœroboscus Cramer. Anecd. Oxon. 2, p. 239, ubi λιποταξίου affertur ex Aristophane, pro quo fortasse Antiphanis nomen reponendum est. » *E M.* De hoc cf. Platonis Adon. 3, ann. V. 10 κομιδῆ, i. e. λίαν, πάνυ, etc. v. ann. ad Thesmoph. 3. Ceterum eclogæ subjicit Athen. : τούτων τῶν ἰαμβείων ἔνια ἔστιν εὑρεῖν καὶ ἐν Ἀκεστρίᾳ καὶ ἐν Ἀγροίκῳ ἢ Βουταλίωνι.

LXXIV. ΚΥΒΕΥΤΑΙ.

Pollux 10, 137 : κίσται· παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις ῥίσκοι, ὡς Ἀντ. ἐκ Κυβευταῖς

Ῥίσκος ἦν, ὃν εἶπεν.

V. Aristoph. Eq. 1099, Terentii Eun. 4, 6, 16.

LXXV. ΚΥΚΛΩΨ.

1. 2.

Athen. 7, p. 295, F, et 9, p. 402, E : Ἀντ. δ' ἐν Κύκλωπι, ὑπερακοντίζων τὸν τένθην Ἀρχέστρατον, φησὶν

Ἔστω δ' ὑμῖν κεστρεὺς* τμητὸς
νάρκη πνικτή, πέρκη σχιστή,
τευθὶς σακτή, συνόδων ὀπτός,

2.

— a. Hic quidem sic in agro
educatus nullum edit marinum
præter ea, quæ sunt prope terram, congrum aliquem, vel torpedinem,
vel thynni quæ sunt circa... b. Quænam? a. Inferiora dico.
b. Hosne tu comedas? c. Ceteros enim existimare soleo
anthropophagos pisces. b. Quid autem præterea edis?
c. Ista malis tergoribus natantia.... b. Copaicas dicis.
c. Immani quidem cupiditate. Prope lacum forte agricolor;
sed anguillas postulabo desertionis :
prorsus enim nusquam erant.

CYCLOPS.

1. 2.

Esto vobis mugil sectus (*sive* tener),
torpedo assa, perca dissecta,
loligo farta, synodon coctus,

γλαύκου προτομὴ, γόγγρου κεφαλὴ,
βατράχου γαστὴρ, θύννου λαγόνες,
βατίδος νῶτον, κέστρας ὀσφὺς,
* ψήττας κίσχος, μαινὶς, καρὶς,
τρίγλη, φυκίς·
τῶν τοιούτων μηδὲν ἀπέστω.

Altero loco : τὰ δὲ παρὰ τοῖς κωμῳδιοποιοῖς λεγόμενα δεῖπνα ἡδίστην ἀκοὴν παρέχει τοῖς ὠσὶ μᾶλλον ἢ τῇ φάρυγγι· ὥσπερ τὰ παρ' Ἀντιφάνει μὲν ἐν Ἀκεστρίᾳ ... ἐν δὲ Κύκλωπί φησι

Τῶν χερσαίων δ' ὑμῖν ἥξει
παρ' ἐμοῦ ταυτί·
βοῦς ἀγελαῖος, τράγος ἠλιβάτας,
αἲξ οὐρανία, κριὸς στομίας,
κάπρος ἐκτομίας, ὗς οὐ τομίας,
δέλφαξ, δασύπους, ἔριφοι....
τυρὸς χλωρὸς, τυρὸς ξηρὸς,
τυρὸς κοπτὸς, τυρὸς ξυστὸς,
τυρὸς τμητὸς, τυρὸς πηκτός.

Cyclopis verba, haud dubie conjungenda, quibus prænavigantes allexisse putandus est. Versu 1 recte Mein. ὑμῖν, ut codex C, pro ἡμῖν. Deinde libri κεστρεὺς ὑμήττιος, quod aperte corruptum Schweigh. non ita male mutabat in νῆστις, probante Erfurdtio Observ. p. 463. Maluit tamen Mein. Porsoni τμητὸς, quo non minus verosimile videtur homericum ἀμαλὸς quum α et υ, pariterque λ et τ litteras interdum confusas esse in libris constet. V. 7 « et κίσχος vitiosum est, et ψήττας. Scribendum videtur ψῆττα, ξίφιος, vel ξιφίας. Hesych. Ξιφίας : ἰχθὺς ποιός. Ξίφιος : ὁμοίως. Archestratus Athen. 7, p. 314, E :

ἀλλὰ λαβὲ ξιφίου τέμαχος, Βυζάντιον ἐλθών.

Versu 12 cod. L. ὑλιβάτης, PV ὑλιβάτας, C ὑληβάτας. Suspicabar olim ὑψιβάτας, sed verum est haud dubie ἠλιβάτας, quod reposui ex Eustathio ad Hom. p. 1753, 22 : παρὰ δὲ Ἀντιφάνει ἐπαινῶν αἶγα ὁ Κύκλωψ λέγει οὐρανίαν αἶγα ἐν τῷ βοῦς ἀγελαῖος, ταῦρος (sic, ut etiam cod. C Athenæi) ἠλιβάτας, αἲξ οὐρανία, κτλ. Cf. Anaxilæ Circ. 1, 2. Ἠλίβατον dicitur quodvis ingens atque enormi magnitudine, v. c. ἠλίβατον χαλκὸν ap. Damoxenum Syntroph. 23; sed τράγον et δέλφακα nescio an rectius intelligas aprum et suem in summitate montium versantes. Schol. Venet. Iliad. 15, 273, laudante Lobeckio Paralip. gramm. 1, p. 80 : αἴγαγρος τῶν ἠλιβατούντων ἐστί. Versus 13, 14, 16-18 affert Eustath. p. 1524, 13 : ὁμοιοκαταληξία δὲ παιγνιώδης καὶ τὸ τυρὸς χλωρὸς, τυρὸς ξηρὸς,... ἔτι δὲ καὶ τὸ αἲξ οὐρ., κριὸς τομίας (sic), κάπρος ἐκτ., ὗς οὐ τομ. De capra cœlesti quam comico lepore reliquis immiscuit, v. ad Cratini Chirones 21 (Quam tamen simul proprie, quamvis per figuram, dictam putes *alte ascendentem*. Libri τομίας, male pro στομίας, duri oris, ferus, pugnax : v. Aristot. H. A, 6, 172. *Both.*) V. 15 lacunam indicavit Dindorf. Eam expleas voce τροφίαι, quam facile neglexerint post similem ἔριφοι : apte enim ἔριφοι τροφίαι opponuntur βοῒ ἀγελαίῳ. *Both.*) Verba τυρὸς κοπτὸς et τ. τμητὸς respicit Eust. p. 872, 11, et p. 1001, 51. » *E M.*

3.

Pollux 9, 88 : παρ' Ἀντιφάνει ἐν τῷ Κύκλωπι

— Κέρμα γάρ τι τυγχάνω.

Idem 7, 170 : κέρματα δὲ πολλῶν πληθυντικῶς εἰρηκότων, κέρμα ἑνικῶς Ἄμφις εἴρηκεν ἐν Ἀμπελουργῷ, καὶ Ἀντ. Κύκλωπι. Dictum κέρμα τι τυγχάνω pro usitatiore κέρματός τινος τ., ut Iliad. 4, 105 : αἰγὸς ἀγρίου, ὅν ... τυχήσας, etc., ubi schol. ἐπιτυχών. Eupolis Prospalt. 3 : τυχὼν πάντα. Polyzelus Μουσῶν γοναῖς 1 :

ἱερὸν γὰρ ὃν τετύχηκας ἐπακρίου Διός.

Meinekius tamen λαβὼν excidisse putat.

LXXVI. ΚΩΡΥΚΟΣ.

« Certum est, hujus dramatis titulum non *perum* significare, sed κώρυκον, qui κυρίως appellatur (v. fr. 3, non neglectis tamen quæ dicentur fr. Μνημάτων fine); illud autem incertum est, utrum ὁ κυρίως κώρυκος intelligendus sit follis athletarum, de quo accurate expositum in Matthæi Med. Græc. p. 124, seq., an viri nomen proprium. » *E M.* Hist. crit. Com. p. 338. Viri quidem nomen Κώρυκος haud innotuit, sed montis Ioniæ, urbis Pamphyliæ

glauci os, congri caput,
ranæ ventriculus, thynni latera,
bati tergum, cestræ coxa,
rhombus, xiphias, mæna, squilla,
trigla, phycis;
talium nihil desit.
Terrestriumque vobis venient
a me hæcce :
bos gregalis, hircus montivagus,
capra cœlestis, aries pugnax,
aper castratus, sus non castratus,
porculus, lepus, hœdi (altiles),
caseus recens, caseus aridus,
caseus contusus, caseus rasus,
caseus dissectus, caseus concretus.

3.

In nummi aliquid incidi.

vel Lyciæ, et promontorii cum Cretæ, tum Ciliciæ cum urbe cognomini.

1.

Athen. 9, p. 409, C : ἐχρῶντο δὲ εἰς τὰς χεῖρας [ἀποπλύνοντες αὐτὰς,] καὶ σμήματι ἀπορρύψεως χάριν, ὡς παρίστησιν Ἀντ. ἐν Κωρύκῳ,

α. Ἐν ὅσῳ δ' ἀκροῶμαί σου, κέλευσον (οὖν) τινα
φέρειν ἀπονίψασθαι. β. Δότω τις δεῦρ' ὕδωρ,
καὶ σμῆμα.

Apud Ath. miror tam diu relictum esse glossema, quod uncinavimus. Versu 1 libri κέλευσόν τινα. Minus verosimiliter Koppiers Observ. p. 41, κέλευσόν μοι. Possis etiam κέλ. ἄν τινα. Eust. ad Hom. p. 1401, 6, affert v. 2 Δότω τις et sqq.

2.

Idem ib. p. 366, C : ἀνηδύντων δὲ ἁλῶν πληρεῖς οἱ κωμικοί, παρ' οἷς οἱ κατὰ τὸν Ἀντιφάνην. λέγει δ' ἐν Κωρύκῳ τις

Ἄλλως κυνῶν (γε) τῶν θαλαττίων ἀεὶ
ἓν ὄψον ἔχομεν· διὰ τέλους δὲ τοῦθ', ἅλας.
.... ἐπὶ δὲ τούτοις πίνομεν
οἰνάριον, ἡδὺ νὴ Δί' οὐ Χίου τρόπον,
οἷον δὲ Ποσειδῶν τοῖς περινέως ἂν φέρει
ἀπαξάπασιν ὀξυβάφῳ ποτηρίῳ.

Apud Athen. libri inepte οἱ Κυνικοί. Scripsi etiam, οἱ addito, παρ' οἷς οἱ κατὰ τ. Ἀντ., *inter quos* (Comicos) *Antiphanis æquales*, recentiores. Versu 1 et 2 vulgo ἄλλος κύων τῶν θαλ. δ' ἀεὶ ὄψων ἐν ἔχ. De canibus marinis cf. Pausan. Corinth. 34, 2. V. 4 et 5 libri mendose, si usquam, εἶδος, quod correxit Schweigh., et νὴ Δί' οἰκίας τρόπον Πόσειδος (Vl. πόσειδον) οἷον (recentiores οἷος) τοῖς παροῦσι συμφέρει. Quæ correxi. Τοῖς περινέως, *nautis*, v. ann. ad Thuc. 1, 10. Χίου τρόπον, i. e. κατὰ τρ. Χίου (οἴνου), ut Arist. Ran. 420, τὸν ἡμέτερον τρόπον. V. 6 ὀξυβάφῳ, cf. Av. 351.

3.

Idem 4, p. 161, A : περὶ ὧν (Pythagoreos dicit) φησιν Ἀντ. μὲν ἐν Μνήμασι τάδε,... κἂν τῷ κυρίως (h. e. ὀνόματι κυρίῳ) Κωρύκῳ δ' ἐπιγραφομένῳ φησὶ

Πρῶτον μὲν ὥσπερ πυθαγορίζων ἐσθίει
ἔμψυχον οὐδέν, τῆς δὲ πλείστης τοὐβολοῦ
μάζης μελαγχρῆ μερίδα λαμβάνων λέπει.

Versu 2 τοὐβολοῦ, *obolo*, i. e. vili pretio. « Eustath. ad Odyss. p. 1382, 18 : ὁ Κωμικὸς (Eq. 873) τοὺς πολλούς, εἴτουν (h. e. idem quod ἤγουν. *Both.*) τοὺς χύδην διακειμένους ἄνδρας, οὐχ ἁπλῶς εἶπε πολλούς, ἀλλὰ πολλοὺς τοὐβολοῦ, ἐκ μεταφορᾶς δηλαδὴ τῶν εὐτελῶν καὶ εὐώνων εἰδῶν (ciborum. *Mein.* Malim εἰδάτων. *Both.*). V. 3 « etiam Poliochus ap. Athen. 2, p. 60, B,

μικρὰν μελαγχρῆ μᾶζαν ἠχυρωμένην.

Λέπει Eustath., qui hunc versum citat ad Odyss. p. 1863, 56, exponit ἐκλεπίζει. » *E M.*

LXXVII. ΛΑΜΠΑΣ.

Athen. 11, p. 486, F : Μετάνιπτρον, ἡ μετὰ τὸ δεῖπνον, ἐπὴν ἀπονίψωνται, διδομένη κύλιξ. Ἀντ. Λαμπάδι « Δαίμονος ἀγαθοῦ μετάνιπτρον, ἐντραγεῖν, σπονδή, κρότος. » Et p. 487, B : Ἀντ. Λαμπάδι « τράπεζα* φυστημινεὶς ἀλλὰ μὴν δαίμονος ἀγ. μετ. » Scribamus

Τράπεζα, φυστή, μαινὶς ἅλμῃ, δαίμονος
ἀγαθοῦ μετάνιπτρον, ἐντραγεῖν, σπονδή,
κρότος.

Descriptio brevis convivii non sumptuosi. Dindorfius edebat Τράπεζ' ἐφ' ἡμῖν ἔστιν, ἀλλὰ δ. Cf. ann. ad Lamponem.

LXXVIII. ΛΑΜΠΩΝ.

1.

Athen. 7, p. 307, D : ὅτι δὲ εἶδος κεστρέων οἱ νήστεις, Ἄρχιππος Ἡρακλεῖ γαμοῦντί φησιν... Ἀντ. Λάμπωνι

CORYCUS.

1.

a. Interea igitur, dum te ausculto, jube
afferri aquam ad lavandum. b. Huc dato aliquis [aquam,
et unguentum.

2.

Alias canum (quidem) marinorum semper
unum habemus opsonium, et quovis tempore hoc, [sal.
...... ad hæc autem bibimus
villum, non per Jovem jucundi saporis, ut Chii,
sed quale Neptunus nautis porrigit
cunctis, acetabulo poculo.

3.

Primum quidem, velut pythagorissans, edit
animal nullum, fereque obolo venalis
mazæ atram partem sumens decorticat.

LAMPAS.

Mensa, maza, mænis in muria, boni
genii metaniptrum, epulæ festinatæ, libatio, plausus.

Κεστρεῖς ἔχων, ἀλλ' οὐ στρατιώτας, τυγχάνεις
νήστεις.

Quæ Meinekii emendatio. Vitiose libri ἄλλους στρ.

2.

Idem 10, p. 423, D : πρότερον δέ μοι λέξεται περὶ τοῦ ζωρότερον (ζωρέστερον). Ἀντ. Μελανίωνι ... ἐν δὲ Λάμπωνι

Ὁ δεῖν' Ἰᾶπυξ, κέρασον εὖ ζωρέστερον!

Libri Ὁ δ. Ἰάπυξ (hoc Dind. correxit) κ. εὐζωρέστερον, sed Athen. haud dubie legit ζωρέστερον, nec multum sensu differunt ζωρὸς et εὔζωρος. « Ὁ δεῖνα, *heus tu*; v. ad Eupolidis Prospalt. 2. *Iapyx* nomen servo inditum, quod vel ex Iapygia oriundum significat, vel celeritatem hominis in ministrando. Photius p. 100, 14, Ἰᾶπυξ : ἄνεμος ἐλαφρός. — *Lamponem* fabulam non diversam a *Lampade* existimat Fabricius Bibl. Gr. 2, p. 417, et Lamponis quidem nomen ubique inferri vult Schweigh. Animadv. vol. 5, p. 363, quum tamen Lampas etiam in Alexidis fabulis commemoretur, sive eam ad λαμπαδοδρομίας solennitatem spectasse, sive a Lampade meretrice (?) nomen duxisse statuimus. Minimeque cogitandum cum illo est de Lampone e Periclis historia cognito (de quo ann. ad Arist. Av. 496). Facilius credam, Antiphanem Lamponis nomine symbolice usum esse, ut crescentem in dies sacricolarum atque hariolorum arrogantiam sub eo illuderet. » *E M.*

LXXIX. ΛΕΠΤΙΝΙΣΚΟΣ.

Nomine deminutivo irrideri putes nescio quem Λεπτίνην, non politicum, qualem Demosthenes impugnavit, sed gulonem.

Athen. 14, p. 641, F, et hinc Eust. ad Hom. p. 1401, 52 : ἐδίδοτο δὲ καὶ ᾠὸν ἐν τῇ δευτέρᾳ τραπέζῃ, ὥσπερ καὶ λαγῷα καὶ κίχλαι κοινῇ μετὰ τῶν μελιπήκτων ἐφέρετο, ὡς Ἀντ. ἐν Λεπτινίσκῳ φησὶν οὕτως·

α. Οἶνον Θάσιον πίνοις ἄν; β. Εἴ τις ἐγχέαι.
α. Πρὸς ἀμυγδάλας δὲ πῶς ἔχεις; β. Εἰρηνικῶς·
μᾶλλον σφόδρα δ' αἷς (μὲν) μέλιτι προσπαίζει βίᾳ.
α. Μελίπηκτα δ' εἴ σοι προσφέροι; β. Τρώγοιμι, καὶ
ᾠὸν δὲ καταπίνοιμ' ἄν. α. Ἄλλου δεῖ τινος;

Versu 1 parum placet in thesi collocatum Θάσιον, suspicorque hallucinatos esse suo more librarios, quum poeta dixisset

α. Πίνοις ἂν οἶνον Θάσιον; β. Εἴ τις ἐγχ.

V. 2 Eust. ἀμυγδαλᾶς. V. 3 vulgo μαλακὰς σφόδρα, δι' ἃς μέλιτι προσπαίζειν βία, quæ nemo explicuit. Jam Epit. et Eust. μᾶλλον pro μαλακὰς, omisso σφόδρα, et pro βία Epit. δεῖαν, mendosiusque etiam Eust. δέδοται. In illo agnovi primum δίαν, dein βίαν et βίᾳ (*ægre, vix*, ut apud Plat. Dædalo 1), qui β et δ litteras interdum confundi scirem (v. ann. ad Thuc. 3, 39) : abstinere enim se hic collocutor dicit amygdalis, præsertim illis, quibus appositis caupo vel convivator alludat melli, h. e. placentis mellitis, quasi his æquiparari possint, quæ longe præstent meris amygdalis. Igitur alter quærit de placentis illis. In verbo προσπαίζει intelligendum τὶς, sicut passim. V. 4 τρώγοιμι καὶ meliores libri, ceteri τρώγοιμ' ἂν καὶ, Epit. et Eust. sine καί. Versus 5 deest in C codice et apud Eustathium. Pro δὴ recte δεῖ Dobræus Advers. 2, p. 348.

LXXX. ΛΕΥΚΑΔΙΟΣ.

Athen. 2, p. 68, A : ἀρτύματα ταῦτα καταλέγει Ἀντ.

1.

Ἀσταφίδος, ἁλῶν, σιραίου, σιλφίου, τυροῦ, θύμου,
σησάμου, νίτρου, κυμίνου, ῥοῦ, μέλιτος, ὀριγάνου,
βατανίων ὄξους, ἐλαῶν, εἰς ἀβυρτάκην χλόης,
καππάριδος, ᾠῶν, ταρίχου, καρδάμων, θρίων, ὀποῦ·

LAMPO.

1.

Mugiles jejunos forte habes, sed non milites

2.

Heus tu, Iapyx, bene misce meracius!

LEPTINISCUS.

a. Thasiumne vinum biberis? b. Si quis infundat.
a. De amygdalis autem quid statuis? b. Pacem;
multoque magis, si quis illis ægre alludit melli
a. Mellitas vero placentas si tibi apponat? b. Comedam,
et ovum glutiam. a. An aliquo præterea opus est?

LEUCADIUS.

1.

Acini uvæ passæ, salis, sapæ, silphii, casei, thymi,
sesami, nitri, cumini, rhois, mellis, origani,
patellarum aceti, olivarum, frondis ad abyrtacen,
capparis, ovorum, salsamenti, nasturtii, thrii, opii.

Pollux 6, 66 : εἴη δ' ἂν ἐκ τῶν ἡδυσμάτων καὶ λίτρον. Ἀντ. ἐν Λευκαδίῳ (male libri Λευκάδι) « Σησάμου, λίτρου, κυμ. — χλόης », omissis reliquis. Apud Ath. desunt verba ῥοῦ, μέλιτος. — De forma λίτρον, quam præbet Pollux, Mein. laudat Lobeck. ad Phryn. p. 305, et Brunck. ad Ar. Ran. 667 (712). Mœris : λίτρον ἀττικῶς· νίτρον ἑλληνικῶς. V. 3 Pollux singulari βατανίου.... ἐλαίου. V. 4 vulgo ταρίχους, quod abhorret a genitivis. VL ταρίχων. Ceterum deest δεῖ, vel quiddam ejusmodi, quod in antecedentibus positum fuerit.

2.

Suidas, Ἀνάριστος : μᾶλλον δὲ ἀναρίστητος... Ἀντ. Λευκαδίῳ

Ἐνταῦθ' ἀναρίστητος εὐθὺς κιθαριεῖ.

LXXXI. ΛΕΩΝΙΔΗΣ.

Athen. 10, p. 422, E : εἴρηκε δὲ οὕτως Ἄλεξις ἐν Κουρίδι, « ἐπεὶ πάλαι δεδείπναμεν »... καὶ Ἀντ. ἐν Λεωνίδῃ

— Ἀλλά, πρὶν δεδειπνάναι
ἡμᾶς, παρέσται.

LXXXII. ΛΗΜΝΙΑΙ.

1.

Athen. 6, p. 230, D, de argenteorum vasorum usu agens : καὶ Ἀντ. δὲ ἐν Λημνίαις φησὶ

— Παρετέθη τρίπους.
πλακοῦντα χρηστόν, ὦ πολυτίμητοι θεοί,
ἔχων, ἐν ἀργυρῷ τε τρυβλίῳ μέλι.

2.

Idem 6, p. 258, D : Ἀντ. δ' ἐν Λημνίαις τέχνην τινὰ εἶναι ὑποτίθεται τὴν κολακείαν, ἐν οἷς λέγει

Εἶτ' ἔστιν ἢ γένοιτ' ἂν ἡδίων τέχνη,
ἢ πρόσοδος ἄλλη τοῦ κολακεύειν εὐφυῶς;
ὁ ζωγράφος πονεῖ τε, καὶ πικραίνεται·
ὁ γεωργὸς ἐν ὅσοις ἐστὶ κινδύνοις πάλιν!
πρόσεστι πᾶσιν ἐπιμέλεια καὶ πόνος·
ἡμῖν δὲ μετὰ γέλωτος ὁ βίος καὶ τρυφῆς·
οὗ γὰρ τὸ μέγιστον ἔργον ἐστὶ παιδιά,
ἁδρὸν γελάσαι, σκῶψαί τιν', ἐκπιεῖν πολύν,
οὐχ ἡδύ γ'; ἐμοὶ μὲν μετὰ τὸ πλουτεῖν δεύτερον.

Versu 3 libri minus commode πονεῖ τι. Haud infacete Grotius, legens π. τε :

Pictor laborat et sibi ipse irascitur.

Irasci enim ipse sibi dicatur et propter minutias tædiosas artis, quam elegit, et magis etiam si quando infeliciorem se opere toto sensit. V. 9 γ' omissum in codd. pluribus.

LXXXIII. ΛΥΔΟΣ.

Athen. 10, p. 445, C : ὁ δὲ πάροινος παρὰ τίνι κεῖται ;... Ἀντ. ἐν Λυδῷ εἴρηκε

Κολχὶς ἄνθρωπος πάροινος.

« De serva Colchica hæc videtur dixisse. » *Mein.*

LXXXIV. ΛΥΚΩΝ.

Athen. 7, p. 299, E : Ἀντιφάνης δ' ἐν Λύκωνι κωμῳδῶν τοὺς Αἰγυπτίους φησὶ

Καὶ τἄλλα δεινούς φασι τοὺς Αἰγυπτίους
εἶναι, τὸ νομίσαι τ' ἰσόθεον τὴν ἔγχελυν·
« πολὺ τῶν θεῶν γ' ἂν ἐστι τιμιωτέρα·
τῶν μὲν γὰρ εὐξαμένοισιν ἔσθ' ἡμῖν τυχεῖν,
τούτων δραχμὰς δὲ τοὐλάχιστον δώδεκα
ἢ πλέον ἀναλώσασιν ὀσφρέσθαι μόνον. »
Οὕτως ἂν ἅγιον παντελῶς τὸ θηρίον.

2.

Ibi non sumpto jentaculo statim citharizabit.

LEONIDES.

— Sed, priusquam epulati simus,
aderit.

LEMNIÆ.

1.

— Appositus est tripus,
in quo bona, o venerabiles dii, placenta,
et in argentea patella mel.

2.

Deinde an est aut fuerit unquam suavior ars
vel alius reditus quam adulatio ingeniosa?
pictor et laborat, et stomachatur;
rursus agricola quantis in periculis versatur!
addita cuique est cura et miseria;
nobis autem in risu ac mollitie transigitur vita.
Ubi enim maximum opus est ludus,
et effuse cachinnare, irridere aliquem, multum vini bibere,
nonne suave est? mihi quidem secundo loco post divitias.

LYDUS.

Colchis mulier bibacula.

LYCO.

Et alias miros ajunt esse Ægyptios,
et deo similem putando anguillam :
« longe enim majore in pretio est quam dii,
siquidem hos precibus nobis comparemus,
illas vero minimum duodecim drachmis,
vel pluribus, nonnisi olfacere. »
Tam sacrum prorsus est hoc animal.

Cf. Eustath. ad Iliad. p. 1240, 27. Vers. 3 — 6 ridicule ficta oratio Ægyptiorum, superstitionem suam excusantium. « Ludit in ambigua significatione vocis, quæ et *cariorem* et *honoratiorem* notat. » *E Cas.* Mein. contulit Aristoph. Acharn. 713 seq. V. 3 libri frustra repetita particula γὰρ, ut Acharn. 615. et infra Myst. 2. Versu 5 autem cum minus emphatice, tum priore syllaba τοῦ δραχμὰς insolenter producta, τούτων δὲ δρ. Ar. Thesmoph. 1125:

ΤΟ. Ἐμοὶ χάρισαι σὺ τοῦτο. ΕΥ. Δώσεις οὖν δραχμήν;

V. 6 ὀσφρέσθαι pro ὀσφρᾶσθαι Elmsl. ad Acharn. 179. V. 7 vulgo οὕτως ἔσθ' ἅγιον παντ. τὸ θ. Apertum glossema ἔσθ', et omissum, ut videtur, ἂν elegans propter ἅγ- simile, quod sequitur.

« Huic fabulæ fortasse inditum nomen est a Lycone Scarphensi, quem aliquando comœdiæ, quam agebat, versum, quo munus peteret ab Alexandro Magno, inseruisse tradit Plut. in scripto De Alex. fort. p. 334, F; cf. Chares ap. Athen. 12, p. 538, F. In eundem Phalæci exstat epigramma Anal. Brunck. 1, p. 421. » *E M.*

LXXXV. ΜΑΛΘΑΚΗ.

Nomen meretricis. Theophilus ap. Athen. 13, p. 587, F,

— Τούτων τινὰ,
ὧν ἐμπλέκουσι τοῖς λίνοις οἱ μαστροποὶ,
ἢ Νannάριον ἢ Μαλθακήν.

Lucianus Rhetor. præc. vol. 3, p. 13: ὑπομειδιάσας τὸ γλαφυρὸν ἐκεῖνο καὶ ἁπαλὸν, Αὐτοθαΐδα, τὴν κωμικὴν, ἢ Μαλθακὴν, ἢ Γλυκέραν τινὰ, μιμησάμενος τῷ προσηνεῖ τοῦ φθέγματος.

Clemens Alex. Pæd. 3, 2, p. 218 Sylb., 254 Pott.: τοῦτ' αὐτὸ γάρ τοι καὶ Ἀντ. ὁ κωμικὸς ἐν τῇ Μαλθακῇ, τὸ ἑταιρικὸν τῶν γυναικῶν, ἀποσκώπτει, τὰ κοινὰ πάσαις ῥήματα εἰς τὴν κατατριβὴν ἐξηυρημένα λέγων,

— Ἔρχετ' ἢ
μετέρχετ' αὕτη; προσέχετ'! οὐ μετέρχεται·
ἥκει, πάρεστι· ῥύπτεται προσώπατον,
σμῆται, κετνίζετ', ἐκβέβηκε. Τρίβεται
λούσει, (σκοπεῖτε!) στέλλεται, μυρίζεται,
κοσμεῖτ' ἀθέσφατ'· ἂν δὲ χρῇ, κἀπάγχεται.

Libri mira corruptione, scopisque dissolutis, versu 1 et 2, Ἔρχεται, μετέρχεθ' αὕτη, προσέρχετ', οὐ μετ., v. 3 ῥύπτεται, προσέρχεται, v. 4 σμήχεται, v. 5 λούεται, σκοπεῖται, στέλλ., v. 6 κ., ἀλείφετ'· ἂν δ' ἔχοι (Sylb. ἔχῃ) τι ἀπάγχεται. Colloquuntur plures, clam e secreto observantes mulierem luxuriosam, primum domi suæ cultui mundoque muliebri studentem, deinde in balneum euntem; quæ ubi lavandi, ungendi, multisque modis corpus exornandi finem non invenit, tandem talis vanitatis pertæsus aliquis exclamat, hanc, si opus sit, vel se suspensuram esse. Versu 3 ne quis miretur repositam vocem προσώπατον, reputet, quæso, permixta hic illic inveniri in codicibus π et ρ, κ vel χ et α, tum α vel αι et οι, ου, quæque his sunt similia. V. 4 σμῆται debetur Meinekio. V. 5 ἀθέσφατ' posui pro ἀλείφετ': gradus corruptionis, ut conjicias, αδεσφατ, αλεσφατ, ἀλειφατ. Deinde Meinek. ἂν τύχῃ δ', Hermannus ἂν δὲ μή γ'.

LXXXVI. ΜΕΙΛΑΝΙΩΝ.

Athen. 10, p. 423, D: πρότερον δέ μοι λέξεται περὶ τοῦ ζωρότερον. Ἀντ. Μειλανίωνι

Τοῦτον ἐγὼ κρίνω μετανιπτρίδα τῆς Ὑγιείας
πίνειν, ζωροτέρου χρώμενον οἰνοχόῳ.

Libri perperam ζωροτέρῳ, quasi ipse οἰνοχόος dicatur ζωρότερος, non ζωρότερον, h. e. ζωρότερόν τι, ζωρότερος οἶνος. « Titulus fabulæ fortasse rectius scribetur Μελανίων, ut apud Aristophanem Lysistrata et Pausaniam 3, 12, 7. » *E M.* Utrumque nomen bene habet: v. Apollod. 3, 9, 2.

LXXXVII. ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ.

Pollux 10, 73: ἀλλὰ καὶ ἀσκοπυτίνη· καὶ γὰρ τοῦτ' ἄν τις εὕροι ἐν Ἀντιφάνους Μελεάγρῳ·

— Ἀσκοπυτίνην τινὰ,
δίψους ἀρωγόν.

« Voce ἀσκοπ., qua lagena corio obducta significatur (cf. ann. ad Aristoph. Av. 751. *Both.*), præter Antiphanem usus est Menander apud Pollucem l. c., et scriptor libri Judith. 10, 5. » *E Mein.*, hæc disserente Hist. crit. Com. p. 315: « *Antiphonti* Meleagrum fabulam adscribit Aristoteles Rhetor.

MALTHACE.

— Venitne, an
alio it hæc? attendite! non alio it:
venit; adest: mundat faciem,
illinit se, pectit comas, egressa est. Fricatur
lavans, (spectate!) induitur, ungitur,
ornatur multimodis, et, si opus est, se suspendit.

MELANIO.

Hunc ego censeo potum secundum Sanitatis
bibere, meracius miscente vinum pocillatore.

MELEAGER.

— Tinam aliquam, sitientium
auxiliatricem.

2, 2 : ὑπόκειται ἡ ὀργὴ τῆς ὀλιγωρίας πρὸς τοὺς μὴ προσήκοντας, προσήκει δὲ τοῖς ἥττοσι μὴ ὀλιγωρεῖν. τοῖς δὲ φίλοις, ἐάν τε μὴ εὖ λέγωσιν ἢ ποιῶσιν, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐὰν τἀναντία, καὶ ἐὰν μὴ αἰσθάνωνται, ὥσπερ ὁ Ἀντιφῶντος Πλήξιππος τῷ Μελεάγρῳ· ὀλιγωρίας γὰρ τὸ μὴ αἰσθάνεσθαι σημεῖον. Et ib. 24 : ἐκ τοῦ Μελεάγρου τοῦ Ἀντιφῶντος

Οὐχ ἵνα κάνωσι θῆρ', ὅπως δὲ μάρτυρες
ἀρετῆς γένωνται Μελεάγρῳ πρὸς Ἑλλάδα.

Qui locus ex prologo fabulæ petitus videtur, tragœdiæ quidem, » ut pluribus ibidem ostendit vir doctissimus.

LXXXVIII. ΜΕΛΙΤΤΑ.

« Nomen meretricium. Athen. 4, p. 157, A : γέλωτος οὖν ἐπιρραγέντος παρῆν ἡ θεατροτορύνη Μέλισσα. Sed hæc Athenæi fuerit æqualis : itaque illam potius Melissam intellexerim, quam postea Maniam dictam esse memoriæ prodidit Machon Ath. 13, p. 578, C. » *E M.*

Stobæus Floril. 59, 17, cum lemmate Ἀντιφάνους Μελίττης.

Ἐπὶ χρήμασιν δ', ὧν ἔμπορος, φρονεῖ μέγα,
ὧν ἐστι πάντων * ἐνίοτ' ἄνεμος κύριος.

Imo ὧν ἐστι πάντων εἷς ὅ γ' ἄνεμος κύριος. V. 1 libri χρήμασ' ἰνδῶν, quod correxit Dobr. apud Porsonum Aristoph. p. 108. Idem proposuit φρονεῖς.

LXXXIX. ΜΕΤΟΙΚΟΣ.

Athen. 4, p. 170, D : τῶν δὲ μαγείρων διάφοροί τινες ἦσαν οἱ καλούμενοι τραπεζοποιοί. εἰς ὃ δὲ οὗτοι παρελαμβάνοντο, σαφῶς παρίστησιν Ἀντ. ἐν Μετοίκῳ,

— Προσέλαβον ἐλθὼν τουτονὶ
τραπεζοποιόν, ὃς πλυνεῖ σκεύη, λύχνους θ'
ἑτοιμάσει, σπονδὰς ποιήσει, τἄλλ' ὅσα
τούτῳ προσήκει.

Versu 2 λύχνους θ' codd. A λύχνους τ'. Præter necessitatem Jacobs. Additt. p. 111, particulam delet.

XC. ΜΗΔΕΙΑ.

Pollux 7, 57 : ἔστι δὲ καὶ χιτὼν ἀμόργινος (male libri ἀμοργικός. De κ et ν confusis v. ann. ad Pherecrat. Κρατ. 12, etc.). Ἀντ. φησὶν ἐν Μηδείᾳ

— Ἣν χιτὼν ἀμόργινος!
ἕτερος δὲ περιηγητός ἐστιν·

οὑτοσὶ δ' ἄρα, ὁ περιηγητὸς, εἶδος χιτῶνος. « Verba χιτὼν ἀμόργινος fortasse ex hoc loco commemorat Steph. Byzant. v. Ἄμοργος. Pro ἦν (sic libri) scribendum videtur ἥν, *en tibi tunicam amorginam*. Menander p. 56 : ἀλλ' ἥν χιτών σοι, etc. » *E M.* Qui etiam οὑτοσὶ cum Antiphanis versu conjunxit, addens (οὗτος) δ' ἄρα, etc.

XCI. ΜΗΤΡΑΓΥΡΤΗΣ.

« Quam Μηναγύρτην appellat Antiatt. p. 88, 18, eam Μητραγύρτην vocat Athen. 12, p. 553, C, nullo ad sensum discrimine : v. Ruhnken. ad Timæi Lex. p. 11 et Lobeck. Aglaoph. p. 645. Μηναγύρτην docuit etiam Menander. Horum dramatum argumentum haud difficulter perspicias, siquidem illud sacricolarum genus mendicandi impudentia fraudulentiaque infame erat : cf. in Μισοπονήρῳ et, quos laudat Reisk. ad Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. 2, 19. » *E M.*

1.

Athen. 2, p. 553, C : Ἀντ. δὲ ἐν μὲν Ἀλκήστιδι ἐλαίῳ τινὰ ποιεῖ χριόμενον τοὺς πόδας· ἐν δὲ Μητραγύρτῃ φησὶ

— Τήν τε παῖδ', ἀλείμματα
παρὰ τῆς θεοῦ λαβοῦσαν, εὖ τὸν τοὺς πόδας
ἐκέλευ' ἀλείφειν πρῶτον, εἶτα τὰ γόνατα·
ὡς θᾶττον ἡ παῖς δ' ἥψατ' αὐτοῦ τῶν ποδῶν
ἔτριψέ τ', ἀνεπήδησεν.

Libri versu 2 putide ac mendose, nec sine solœcismo, λαβ., εἶτα τοὺς π. Τὸν posui pro τοῦτον. De α et ον inter se permutatis cf. ann. ad Iliad. 23, 238, in Add. Hom. vol. 6, p. 396. V. 4 iidem fere ἡ π. διήψατο αὐτοῦ, quæ curavit Koppiers. Observ. p. 38.

MELISSA.

Opibus autem superbit, quum sit mercator,
quorum omnium unus quidêm dominus est ventus.

INQUILINUS.

— Profectus adsumpsi huncce
a mensa, qui purgabit vasa, lumina
instruet, libationes curabit, et reliqua,
quæ ad hunc pertinent.

MEDEA.

— En amorgina tunica!
altera vero purpura est circumtexta.

METRAGYRTA.

— Et puellam jussit, acceptis
a dea unguentis, primum huic
bene pedes ungere, dein genua;
simulatque autem puella pedes ejus
tetigit et fricavit, exsiluit.

2.

Antiatt. p. 88, 18, Δεδιωκημένα : Ἀντ. Μηναγύρτῃ. « Altera forma διωκημένος usus est Ant. in Poesi versu 18. De duplice augmento apud recentiores haud vulgaria dedit Koppiers. Observ. p. 9 seq. Cf. Eustath. ad Odyss. p. 1382, 30. » *Mein.*

XCII. ΜΗΤΡΟΦΩΝ.

Antiatt. p. 88, 4, Διδοῦσιν : οὐ διδόασιν. Ἀριστοφάνης Μητροφῶντι. « Suspicor etiam hic Aristophanis et Antiphanis nomina commutata esse. Bergkius ad Aristoph. fragm. p. 899 malit Ἀριστοφῶν, sed Aristophontis auctoritatem grammatici non facile adhibuerunt. » *E M.*

XCIII. ΜΙΔΩΝ.

« De *Midone* et Philisco, quas Pollux 10, 152 et 176 commemorat, in Alexidis fabularum recensu conjecturam protulimus. » *Mein.*

Pollux 10, 152 : Ἀργυροθήκην δὲ Ἀντ. ἐν Μίδωνι εἴρηκεν (pro ἀργυριοθήκη alias usitato).

XCIV. ΜΙΝΩΣ.

Athen. 2, p. 58, D : μαλάχαι.... ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις εὗρον τοῦ Ἀντιφάνους Μίνωος διὰ τοῦ ο γεγραμμένον,

Τρώγοντες μολόχης ῥίζαν.

Eustath. ad Hom. p. 1406, 57 citat τρώγοντας.

XCV. ΜΙΣΟΠΟΝΗΡΟΣ.

Athen. 6, p. 226, D : ἐμφανίζει δ' αὐτῶν (τῶν ἰχθυοπωλῶν) καὶ τὸ σκαιὸν, ἔτι δὲ μισάνθρωπον, Ἀντ. ἐν Μισοπονήρῳ, πρὸς τοὺς ἐν τῷ βίῳ χαχίστους τὴν σύγκρισιν αὐτῶν ποιούμενος διὰ τούτων·

Εἶτ' οὐ σοφοὶ δῆτ' εἰσὶν οἱ Σκύθαι σφόδρα,
οἳ γενομένοισιν εὐθέως τοῖς παιδίοις
διδόασιν ἵππων καὶ βοῶν πίνειν γάλα;
οὐ μὰ Δία τιτθὰς εἰσάγουσι βασκάνους,
καὶ παιδαγωγοὺς αὖθις ὧν μείζων (ζόη)·
αὗται γὰρ ὑπερβάλλουσι, μετὰ δὲ νὴ Δία
τοὺς μητραγυρτοῦντάς γε· πολὺ γὰρ αὖ γένος
μιαρώτατον τοῦτ' ἐστὶν, εἰ μὴ νὴ Δία
τοὺς ἰχθυοπώλας τίς τε βούλεται λέγειν,
(καὶ) μετά γε (τούτους) τοὺς τραπεζίτας· ἔθνος
τούτου γὰρ οὐδέν ἐστιν ἐξωλέστερον.

Versu 3 libri διαδιδόασιν, quod correxit Grotius. V. 4 οὐ pro οὐχὶ Hermann. Doctr. metr. p. 135. V. 5 vulgo αὖθις, ὧν μείζω γε μαίας νὴ Δία (νὴ τὸν Δ. cod. B) αὗται, etc. Grotius nimio conatu :

— ὧν μεῖζον (χαχὸν
οὐχ ἔστιν οὐδὲν μετά) γε μαίας νὴ Δία.

Istis enim μὰ Δία τιτθὰς aliquis, paulo insolentiorem vocem explicans, allevit opinor, μαίας νὴ Δία, quibus deletis scripsi ὧν μείζων ζόη, h. e. παιδ. ἐκείνων παιδίων, ὧν μείζων ζόη, *quibus major* sive adultior *ætas*, quum ζόη forte oblitteratum videretur ob simile -ζω, quod antecedit, præsertim communi forma ζωὴ a librariis immissa pro Ionica, quam nemo mirabitur, præsertim apud hunc poetam. Cf. Soph. Σκυρίαις Stob. Flor. 126, 28, etc. Versu 7 recte Schweigh. μητρ. γε, pro his similibusque codicum erroribus μητραρπατῶντας γυργοῦντάς γε, μηταρπαζῶντας γυργοῦντάς γε, in quibus ἀπατῶντας glossema esse docuit ex Suida v. Ἀγύρτης. V. 9 vulgo τίς γε. V. 10 apparet, supplenda fuisse verba καὶ et τούτους. Minus probabilia supplevit Dobræus.

XCVI. ΜΝΗΜΑΤΑ.

Athen. 4, p. 161, A : εἰ αὐτάρκειαν ἀσπάζῃ, φιλόσοφε, τί οὐ τοὺς Πυθαγορικοὺς ἐκείνους ζηλοῖς, περὶ ὧν φησιν Ἀντ. μὲν ἐν Μνήμασι τάδε,

Τῶν Πυθαγορικῶν δὴ 'τυχον ἄθλιοί τινες
ἐν τῇ χαράδρᾳ τρώγοντες ἅλιμα, καὶ κακὰ
τοιαῦτα συλλέγοντες ἐν τῷ κωρύκῳ.

Versu 1 libri δὲ τυχόν. Porson. aliique δ' ἔτυχον. Jam non est producenda prima τοῦ ἄθλιοι. Ceterum præter necessitatem Elmslejus apud Dind. Additt. ad Ath. vol. 1, p. xx, Πυθαγοριστῶν, quum sint loci, in quibus Πυθαγορικοὶ etiam alii quam discipuli ipsius Pythagoræ dicuntur, velut Artemid.

MALORUM OSOR.

Tum nonne sapientissimi sane sunt Scythæ,
qui statim natis infantibus
bibendum dant lac equorum et boum?
non per Jovem nutrices inducunt invidas,
posteaque educatrices adultiorum : nam
illæ modum excedunt; minus tamen per Jovem
quam Cybeles sacricolæ : id enim rursum genus
longe fœdissimum est, nisi quis forte per Jovem
de piscium venditoribus dicere vult,
et post hos quidem de trapezitis : siquidem
hac natione nihil est perniciosius.

MONUMENTA.

Pythagoricorum sane quidam miseri erant
in voragine, halima comedentes, et mala
ejusmodi colligentes in corycum.

Onir. 2, 69, ut Mein. annotavit. V. 2 ἅλιμα pro ἄλιμμα vel ἄλιμα scripsit Bochartus Hieroz. 1, 3, p. 876, ubi Antiphanem contulit cum græca versione Hiobi 30, 4. Plinius H. N. 22, 22, de *halimo* : « alii fruticem esse dicunt... foliis oleæ... coqui autem hæc ciborum gratia... ; alii olus maritimum, salsum, et inde nomen (ἅλιμον) » etc. V. 3 ἐν τῷ χωρύκῳ addidit Koppiers. Observ. p. 41, sequitur enim apud Athen. : κἀν τῷ κυρίως Κωρύκῳ δ' ἐπιγραφομένῳ φησίν, etc.

XCVII. ΜΟΙΧΟΙ.

Athen. 6, p. 225, D : ὅτι δὲ καὶ νεκροὺς πωλοῦσι τοὺς ἰχθῦς καὶ σεσηπότας, ἐπισημαίνεται ὁ Ἀντ. ἐν Μοιχοῖς διὰ τούτων·

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν θηρίον τῶν ἰχθύων
ἀτυχέστερον· τῷ μὴ γὰρ ἀποχρῆν ἀποθανεῖν
αὐτοῖς ἁλοῦσιν, εἶτα κατεδηδεσμένοις,
εὐθὺς ταφῆναι παραδοθέντες ὤθλιοι
τοῖς ἰχθυοπώλαις τοῖς κακῶς ἀπολουμένοις,
σήπονθ', ἕωλοι κείμενοι δύ' ἡμέρας
ἢ τρεῖς· μόλις δ', ἐάν ποτ' ὠνητὴν τυφλὸν
λάβωσιν, ἔδωκαν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν
τούτῳ· κομίσας δ' ἐξέβαλεν (οἴκου γ') οἴκαδε,
τὴν πεῖραν ἐν τῇ ῥινὶ τῆς ὀδμῆς λαβών.

Versu 2 libri metro pessumdato τῷ γὰρ μή. Correxit Erfurdt. Observ. p. 455. V. 4 ὤθλιοι, ut ὥνδρες pro οἱ ἄνδρες. Libri ἄθλιοι, sed articulo opus est. V. 7 δ' ἐὰν pro δ' ἄν, vel δέ γ' ἂν (VL), primus Porson. Advers. p. 50. V. 9. οἴκου γ' haustum fuerit a simili οἴκαδε. Casaub. addendum putabat εὐθύς, Meinek. αὖθις. V. 10 Mein. ὀσμῆς, sed non spreverim ego apud Antiphanem Ionicam Homeri formam, de qua v. Bornemann. ad Xen. Cyrop. 1, 6, 40. Cf. Æschyli Prom. 115.

XCVIII. ΜΥΛΩΝ.

« Satis aptus comœdiæ titulus est Μύλων, *Pistrinum*. Compares Pomponii *Ergastulum*, a Nonio laudatum. » *E M.*

Pollux 7, 211 : Ἀντ. δὲ ἐν τῷ Μύλωνι εἴρηκε « βιβλιδίου κόλλημα. »

XCIX. ΜΥΣΤΙΣ.

1.

Athen. 10., p. 446, B, de imperativo πῖθι disserens : Ἀντ. ἐν Μύστιδι·

α. Σὺ δ' ἀλλὰ πῖθι. β. Τοῦτο μέν σοι πείσομαι·
καὶ γὰρ ἐπαγωγὸν, ὦ θεοὶ, τὸ σχῆμά πως
τῆς κύλικός ἐστιν ἄξιόν τε τοῦ κλέους
τοῦ τῆς ἑορτῆς· οὗ μὲν ἐσμέν; ἄρτι γὰρ
ἐξ ὀξυβαφίων κεραμέων ἐπίνομεν·
τούτῳ δὲ, τέκνον, (ἂν) πολλὰ κἀγάθ' οἱ θεοὶ
τῷ δημιουργῷ δοῖεν, ὃς ἐποίησέ σε,
τῆς συμμετρίας καὶ τῆς ἀφελείας οὕνεκα!

Idem 11, p. 494, C : ὅτι δ' ἐστὶ τὸ ὀξύβαφον εἶδος κύλικος μικρᾶς κεραμέας, σαφῶς παρίστησιν Ἀντ. ἐν Μύστιδι διὰ τούτων· γραῦς ἐστι φίλοινος, ἐπαινοῦσα κύλικα μεγάλην καὶ ἐξευτελίζουσα τὸ ὀξύβαφον, ὡς βραχύ. εἰπόντος οὖν τινος πρὸς αὐτὴν « Σὺ δ' ἀλλὰ πῖθι, » λέγει « Τοῦτο etc. » Versu 4 cod. A sine accent. ου μεν η μεν, idemque lib. 11 οὐ μὲν οὐ μὲν, alii οὔμεν οὔμεν, al. οὐ μέμνηται, etc. Dindorf. et Mein. οὗ μὲν ἦμεν. Immo οὗ μὲν ἐσμέν; *ubinam sumus?* ut Cicero in Catil. 1, 9, 4 : *O dii immortales, ubinam gentium sumus?* Anus læta sic laudat præsens tempus ob majora quam olim pocula. Littera εσ et η etiam alias confusæ. Sic Zenobius 4, 67, ἢ μυχὸν, sed Suidas ex eodem loco ἐς μοιχόν (sic). Cf. Callias Atal. 1. Lobeckius Aglaoph. p. 628 conjecit οὗ 'τελοῦμεν. Præterea codd. ἀρτίως, quod ne versus quidem admittit. Versum 5 propter ὀξυβάφια affert Pollux 10, 67. V. 6 ἂν elegans oblitteratum esse videtur ob -ον simile, quod antecedit; certe non

---

MŒCHI.

Nullum est animal infelicius
quam pisces : nam eo, quod non debent mori
post capturam, dein comedi,
statim ad sepeliendum traditi piscium
venditoribus scelestis miseri
putrefiunt, hesterni jacentes, duo vel tres
dies; vixque, si quando emptorem cæcum
repererunt, ei permittunt ut mortuos tollat;
at ille domum ablatos (e domo) ejicit,
ubi odorem naso expertus est.

MYSTIS.

1.

a. Age tu igitur, bibe! b. In hoc quidem tibi obsequar :
alliciens enim quodammodo, per deos, forma
est calicis, dignaque fama
festi. Ubinam sumus? nuper enim
e fictilibus acetabulis potabamus :
illi autem, cara tu mea (calix), multa bona dii
tribuant artifici, qui te fecit,
ob symmetriam ac simplicitatem!

placet, ne apud hunc quidem, quamvis recentiorem, producta prima syllaba τοῦ τέκνον.

2.

Porphyrius De abstin. carn. 2, 17 : ὅθεν καὶ τῶν ποιητῶν τισι διὰ τὸ γνώριμον ἀποφαίνεσθαι ἐδόκει τὰ τοιαῦτα, ὡς Ἀντ. ἐν Μύστιδι λέγει (perperam libri Ἀντιφάνει ἐν Μ. λέγεται, -ται quidem adhærente ex articulo ταῖς) · « Ταῖς εὐτελείαις οἱ θεοὶ χαίρουσι γάρ. τεκμήριον δ' · ὅταν γὰρ ἑκατόμβας τινὲς θύωσιν, ἐπὶ τούτοις ἅπασιν ὕστατος πάντων καὶ λιβανωτὸς ἐπετέθη, ὥστ' ἄλλα μὲν τὰ πολλὰ παραναλούμενα δαπάνην ματαίαν οὖσαν αὐτῶν οὕνεκα, τὸ δὲ μικρὸν αὐτὸ τοῦτ' ἀρεστὸν τοῖς θεοῖς. » Hæc et alias corrupta sunt et glossematis obscurata. Scribamus

Ταῖς εὐτελείαις οἱ θεοὶ χαίρουσί γ' ἄν·
τεκμήριον δ' · ὅταν γὰρ ἑκατόμβας τινὲς
θύωσ', ἐφ' ἅπασι καὶ λιβανωτὸς ἐπετέθη,
ὡς τἄλλα μὲν τὰ πολλὰ παραναλούμενα
δαπάνην ματαίαν οὖσαν αὐτοῦ γ' οὕνεκα,
τὸ δὲ μικρὸν αὐτὸ τοῦτ' ἀρεστὸν τοῖς θεοῖς.

Versu 1 intolerabile est γάρ eo loco sententiæ; cf. ann. ad Lyconem. V. 4 Mein. ὡς τἄλλα.

3.

Athen. 10, p. 441, C : οἷαι δ' εἰσὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι μεθύουσαι αἱ γυναῖκες, παραδίδωσιν Ἀντ. μὲν ἐν τῇ Ἀκοντιζομένῃ,... καὶ ἐν Μύστιδι (γυναῖκες δ' εἰσὶν αἱ διαλεγόμεναι)

— α. Βούλει καὶ σύ, φιλτάτη, πιεῖν;
β. (Πιεῖν;) καλῶς ἔχοιμι. α. Τοιγαροῦν φέρε·
μέχρι καὶ τριῶν γάρ φασι τιμᾶν τοὺς θεούς.

Schweigh. δέ post Βούλει excidisse putat; sed verisimilior est Meinekii ratio, quem secutus ego sub altera persona repetivi Πιεῖν; quod facile exciderit. Versu 2 Hermannus καλῶς ἔχει μοι. V. 3 vulgo : μέχρι γὰρ τριῶν φασι τ. τ. θ., sed PVL μέχρι καὶ τριῶν, etc. Dindorf. et alii μ. γὰρ τριῶν δεῖν φασι τ. τ. θ., obliti illi ostendere, qui factum sit, ut δεῖν omitteretur. Hoc in genere plus justo sibi indulgent viri docti.

C. ΝΕΑΝΙΣΚΟΙ.

1.

Athen. 6, p. 224, C : οἱ γὰρ ἐν Ῥώμῃ ἰχθυοπῶλαι οὐκ ὀλίγον ἀποδέουσι τῶν κατὰ τὴν Ἀττικήν ποτε κωμῳδηθέντων, περὶ ὧν Ἀντ. μὲν ἐν Νεανίσκοις φησὶν

Ἐγὼ τέως μὲν ᾤόμην τὰς Γοργόνας
εἶναί τι λογοποίημα· πρὸς ἀγορὰν δ' ὅταν
ἔλθω, πεπίστευκ' · ἐμβλέπων γὰρ αὐτόθι
τοῖς ἰχθυοπώλαις, λίθινος εὐθὺς γίγνομαι,
ὥστ' ἐξ ἀνάγκης ἔστ' ἀποστραφέντι μοι
λαλεῖν πρὸς * αὐτούς · ἂν ἴδω γάρ, ἡλίκον
ἰχθὺν ὅσου τιμῶσι, πήγνυμαι σαφῶς.

« Versu 3 vulgo πεπ. εὐθύς · ἐμβλ. γὰρ αὐτοῖς ἰχθ. Correxit Porson. ad Toupii Emend. 4, p. 501. V. 4 Dind. γίγνομαι pro γίνομαι, et v. 6 ἄν pro ἐάν. » *E M.* Ibidem manifestum mendum corrigas λαλεῖν πρὸς ἄλλους. De confusis interdum ἄλλος et αὐτὸς vide nos ann. ad Eurip. Hippol. 1135, etc. Ἡλίκον ἰχθύν, *qualem ætate piscem*, quam parvum.

2.

Stobæus Floril. 97, 8, cum lemmate Ἀντιφάνους ἐκ Νεανίσκων.

Ὁ πλοῦτός ἐστι παρακάλυμμα τῶν κακῶν,
ὦ μῆτερ, ἡ πενία δὲ περιφανές τε καὶ
ταπεινόν.

Versu 1 παρ. ferri potest, sed aptius est περικάλυμμα, notumque haud raro permisceri παρά et περί : v. Schæfer. Melet. crit. 1, 1, 25, Thuc. 4. 102, etc. V. 2 δέ immissum a Grotio.

2.

Simplicibus quidem gaudere dii solent.
Ejus rei hoc indicium est : si qui hecatombas
sacrificant, post cuncta etiam libanotum *aræ* im-
quasi cetera quidem ante oblata [ponunt,
sint sumptus inanis propter istum,
id autem exiguum placeat diis.

3.

— a. Etiamne, carissima, vis bibere?
b. Bibere? bene haberem. — a. Cape igitur :
nam usque ad tria quoque *pocula* hauriri ajunt in
[honorem deorum.

ADOLESCENTES.

1.

Ego adhuc quidem putabam Gorgonas
esse figmentum quoddam; sed in forum
profectus fidem habui : nam adspectis ibi
piscium venditoribus, continuo lapis fio
ita, ut cogar averti
et cum aliis fabulari : quum enim video, qualem
pisciculum quanti æstiment, prorsus dirigeo.

2.

Opulentia improborum est involucrum,
mater, paupertas vero perspicua,
debilisque.

CI. ΝΕΟΤΤΙΣ.

« Meretricis nomen, quo etiam Anaxilas et Eubulus fabulas inscripserunt. Apud Athen. (fr. 2.) Antiphanes Neottide Demosthenem ridet propter lusum verborum δοῦναι et ἀποδοῦναι, ex quo conjicere licet, scriptam esse fabulam circa olymp. 109, 2 (ante Chr. nat. 342). Cf. Clintoni Fast. Hellen. p. 153 Kr. » *E. M.*

1.

Athen. 3, p. 108, E : τὰ ἐκ Νεοττίδος Ἀντιφάνους τάδε.

Παίσων μετ' ἀδελφῆς εἰς Ἀθήνας ἐνθάδε
ἀφικόμην, ἀχθεὶς ὑπό τινος ἐμπόρου,
Σύρος τὸ γένος ὤν· περιτυχὼν δ' ἡμῖν ὁδὶ
κηρυττομένοις ὀβολοστάτης * ὢν ἐπρίατο,
ἄνθρωπος ἀνυπέρβλητος εἰς πονηρίαν,
τοιοῦτος, οἷος μηδὲν εἰς τὴν οἰκίαν
μηδ' ὧν ὁ Πυθαγόρας ἐκεῖνος ἤσθιεν,
ὁ τρισμακαρίτης, εἰσφέρειν ἔξω θύμου.

Versu 1 perperam libri Παῖς ὤν, quum sequatur Σύρος - ὤν. Scripsi Παίσων, *saltaturus* : v. Schneideri Lex. v. Παίζειν. More Syrorum et Asianorum, saltatum cum sorore in theatris Athenas venit is, qui hæc loquitur, sed ibi venditus est avaro cuidam imitatori Pythagoreorum. V. 4 libri etiam hic ὤν. Scribo οὗ v. Vocem ὀβολοστάτης ex Comicis affert Photius p. 314, 16, sec. Harpocr. p. 134, 14. V. 7 malim μηδ' ὧν γε Πυθ., propter ὁ τρισμακαρίτης versu 8, ubi τρισμακάριστος vel τρισμακάριτος legitur in codicibus apud Casaubonum.

2.

Idem 7, p. 223, E : Δημοσθένης, Φιλίππου Ἀθηναίοις Ἀλόννησον διδόντος, συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν, εἰ δίδωσιν, ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσιν, ὅπερ Ἀντ. ἐν Νεοττίδι παιδιὰν θέμενος ἐρεσχελεῖ τόνδε τὸν τρόπον·

α. Ὁ δεσπότης δὲ πάντα τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς
ἀπέλαβεν, ὥσπερ ἔλαβεν. β. Ἠγάπησέ γ' ἂν
τὸ ῥῆμα τοῦτο παραλαβὼν * Δημοσθένης.

Versu 2 sic Dobr. ad Aristoph. Nub. 1382, pro Ἠγάπησεν ἄν, quum apud Plut. Vit. Demosth. cap. 9, qui et ipse hæc affert, legatur ἠγάπησε γάρ. Falsum autem ἠγάπησεν ἄν, *probasset*, quasi non ea verba ipse Demosthenes antea jam usurpavisset; qui error peperit alterum versu 3 Δημοσθένης, pro quo lego Δημοσθένους. De η et ου confusis v. indicem Thucydidis.

3.

Idem 13, p. 586, A, de Sinope : μνημονεύει δ' αὐτῆς Ἀντ. ἐν Ἀρκάδι καὶ ἐν Κηπουρῷ, ἐν Ἀκεστρίᾳ, ἐν Νεοττίδι.

CII. ΟΒΡΙΜΟΣ.

« Hoc viri nomen fuisse, e Stobæo Floril. 122, 15, intelligitur. » *E. M.*

Pollux 10, 21 : εἴρηται τοίνυν ἐν Αἰσχύλου Σισύφῳ « Ἰδοῦ σταθμοῦχος ἐγκατήλλων φῶς ἀθρεῖ (v. Æschyli Fragm. quæ edidimus, p. 97) » Ἀντ. δὲ ἐν Ὀβρίμῳ φησίν

α. Ἂν κελεύῃ μ' ὁ σταθμοῦχος.... β. Ἡ σταθμοῦχος δ' ἔστι τις;
ἆρά γ' ἀποπνίξεις με καινὴν πρός με διάλεκτον λαλῶν;
α. Εἴ τι τάττοι μ' ὁ στέγαρχος....

Versu 1 libri Ἂν κ. με στ. ἢ στ. δ' ἔ. τίς; et hoc et 3 versu opus est articulo. Mein. recte ἦ. Sed τίς minus aptum. V. 2 libri vitiose ἀποπνίξεις δέ με καινήν, etc. Meinek. conjicit ἆρ' ἀποκτενεῖς με, vel ἀποκνίσεις γὰρ δή με, in quibus probandum est ἆρ', non item ἀποκτενεῖς, vel ἀποκνίσεις, quum vulgatum ἀποπνίξεις firmetur scriptura codicis Jungerm. ἀποπνήξεις. Ejus verbi ne producenda esset altera syllaba, scripsi ἆρά γ'. Bekkerus tentabat Ἀλλ' ἀποπνίξεις γάρ με κ., Hermann. νὴ Δί' ἀποπν. V. 3 vulgo εἰ τέτακτό μοι στεγάρχων. Cod. Jungerm. ἤτε ταχτοιμιστεγάρχον (sic). Meinek. εἴ τι τάττοι μοι στέγαρχος, sed v. ad v. 1 Μοὶ elisum est, ut apud Aristoph. Av. 86 et Vesp. 601. Bentl. : « Binæ sunt personæ, quarum prior novo vocabulo utitur σταθμούχῳ pro οἰκοδεσπότῃ, quod altera se negat in-

---

NEOTTIS.

1.

Saltaturus una cum sorore huc Athenas
veni, adductus a quodam mercatore,
Syrus genere; nos autem offendens per præconem
vendendos proinde emit hic fœnerator,
homo non exsuperandus vi'a miserabili,
qui nihil domum ferat
ne illorum quidem, quæ edebat Pythagoras ille
ter beatus, præter thymum.

2.

a. Dominus autem omnia patris bona
recepit ita, ut *cepit*. b. Probaverit
hoc verbi, acceptum a Demosthene.

OBRIMUS.

a. Si quid me agere jubeat σταθμοῦχος.... b. An σταθμοῦχος aliquis est?
enecabisne me igitur novo sermone loquens?
a. Si quid imperet mihi στέγαρχος...

telligere. Prior vero ineptire pergit, et, quasi σαφέστερόν τι dicturus, aliud verbum adhibet æque ignotum : nam ἂν κελεύῃ με στέγαρχος et εἰ 'πιτάττοι μοι στ. (sic enim Bentl.) idem significant. »

CIII. ΟΙΝΟΜΑΟΣ, ἢ ΠΕΛΟΨ.

Athen. 4, p. 130, E : Ἀντ. ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Οἰνομάῳ ἢ Πέλοπι διαπαίζων ἔφη

Τί δ' ἂν Ἕλληνες μικροτράπεζοι
φυλλιοτρῶγες δράσειαν, ὅπου
τέτταρα λήψει κρέα μίκρ' ὀβολοῦ;
παρὰ δ' ἡμετέροις προγόνοισιν* ὅλους
βοῦς ὤπτων, σῦς, ἐλάφους, ἄρνας;
τὸ τελευταῖον δ' ὁ μάγειρος ὅλον
τέρας ὀπτήσας μεγάλῳ βασιλεῖ
θερμὴν παρέθηκε κάμηλον.

Versu 1 μακροτράπεζοι Eustath. ad Il. p. 245, 24. V. 2 libri meliores φυλλοτρῶγες (deteriores cum Eust. φιλοτρ.), durius producta, quamvis in anapæsto, syllaba. Probabiliter Mein. φυλλιοτρῶγες. V. 3 libri λήψῃ κρ. μικρά. V. 4 vereor ne ponendum sit ὄνους, quum sequatur ὅλον τέρας, quod frigeret post ὅλους. Herodotus 1, 133 : οἱ εὐδαίμονες αὐτῶν (Persarum) βοῦν καὶ ὄνον καὶ ἵππον καὶ κάμηλον προτιθέαται ὅλους ὀπτοὺς ἐν καμίνοις. De litteris λ et ν forte commutatis ad Arist. Plut. 179. V. 5 ita Mein. secundum Jacobs. Additt. p. 88, qui scripsit ὤπτων ὗς. Libri ὀπτῶσιν.

CIV. ΟΜΟΙΟΙ.

« Ὁμοίους laudat Athen. libris 11 et 14, sed 4, p. 158, C, Ὁμοίας, ut de titulo dubites. Alexis et Antidotus scripserunt Ὁμοίαν, Ephippus Ὁμοίους. » *E M.*

1.

Athen. 14, p. 642, a, de mensis secundis agens: Ἀντ. ἐν Λεπτινίσκῳ.... ἐν δὲ Ὁμοίοις·

Εἶτ' ἐπεισῆγεν χορείαν εἰς τράπεζαν δευτέραν,
καὶ παρέθηκε γέμουσαν πέμμασι παντοδαποῖς·
ὡς δ' ἐδείπνησαν (συνάψαι βούλομαι γὰρ τὰν μέσῳ),
καὶ Διὸς σωτῆρος ἦλθε Θηρίκλειον ὄργανον,
τῆς τρυφερᾶς ἀπὸ Λέσβου σεμνοπότου σταγόνος
πλῆρες, ἀφρίζον· ἕκαστος δεξιτερᾷ δ' ἔλαβεν.

Idem 11, p. 471, C : μνημονεύει τοῦ ἐκπώματος (poculi Thericlei, quod appellatum est a Thericle, figulo Corinthio, cujus etiam Lucianus meminit Lexiph. c. 7) καὶ Ἀντ. ἐν Ὁμοίοις οὕτως « Ὡς δ' ἐδ. ... ἔλαβεν. Quæ conjunxit Meinek.; ecloga prior in versibus 1 et 2 subsistit. Versu 1 vulgo χορ. ἢ τράπεζαν. Cod. P ἐπεισῆγ' εὐχορίαν. V. 3 τὰν μέσῳ pro τὰ μ. Koppiers. Observ. p. 50. V. 5 libri σεμνοπόνου. Correxit Casaub. « Versus 4 et 5 Dindorf. Antiphanem e Philoxeni Δείπνῳ sumpsisse putat; sed similibus quidem, neque tamen iisdem, numeris usus est in illo carmine Philoxenus, ut hoc tantum concedere liceat, hunc nostrum ad ejus poetæ imitationem se composuisse. » *E M.*

2.

Idem 4, p. 158, C, de φακῇ dicens : Ἀντ. δ' Ὁμοίαις (sic)

— Εὖ δ' ἐγίγνεθ', ἡ φακῆν
ἕψειν μ' ἐδίδασκε τῶν ἐπιχωρίων τις εἷς.

Versu 1 ἧ, *ubi* : v. Matth. Gr. § 486, 2. Qui hæc dicit, gratulatur sibi de eo, quod aliquo pervenerit, ubi *unus quidam* (τις εἷς), h. e. quidam erat, qui solus lentem coquere sciebat (ut Soph. OEd. R. 231 : εἴτε τίς, εἷς ὤν, λέληθεν, εἴτε πλειόνων μέτα), quod ridiculum in re facili. Cod. A εὖ δὲ γένεθ' η φ. BD εὖ δὲ γύναι τὴν φ. P ἢ, VL, ἢ φακῆν. Porson. et Dind. ὅτι φακῆν. Meinek. malit εἰ φ., et altero versu ἕψειν με διδάσκει.

OENOMAUS sive PELOPS.

Quid agerent Græci, de exigua mensa
foliola comedentes, ubi
quattuor obolo capies carnes parvas ?
apud majores autem nostros assabant
totos (asinos ?) boves, sues, cervos, agnos,
et postremo coquus totum
monstrum assatum, calidam
camelum, magno regi apposuit.

SIMILES.

1.

Dein superinduxit choream ad bellaria,
apposuitque mensam placentis multiplicibus onustam;
et postquam epulati erant (contrahere enim volo intermedia),
etiam Jovis servatoris venit Thericleum vasculum
venerabilis potionis e gutta delicata Lesbia
plenum, spumans; et quisque id dextra capiebat.

2.

— Et bene fuit, ubi lentem
coquere me docuit popularium aliquis unus.

CV. ΟΜΟΠΑΤΡΙΟΙ.

Athen. 15, p. 655, B : καὶ Ἀντ. ἐν τοῖς Ὁμοπατρίοις φησὶν

Ἐν Ἡλίου μέν φασι γίγνεσθαι πόλει
φοίνικας, ἐν Ἀθήναις δὲ γλαῦκας, ἡ Κύπρος
ἔχει πελείας διαφόρους, ἡ δ' ἐν Σάμῳ
Ἥρα τὸ χρυσοῦν, φασὶν, ὀρνίθων γένος,
τοὺς καλλιμόρφους καὶ περιβλέπτους ταῶς.

« Hinc sumpsit Eust. ad Iliad. p. 1035, 44. V. 5 ταῶς scripsi pro ταώς. Pavones dicit, qui in templo Junonis Samiæ alebantur : v. Monodotum ap. Athen. p. 655, A. » *E M.* Varro apud Gell. 7, 16 : *Pavus e Samo præstantior est.* Cf. eund. R. R. 3, 6, 2, etc.

CVI. ΟΜΦΑΛΗ.

1.

Athen. 3, p. 112, C : τῶν δ' Ἀττικῶν ἄρτων ὡς διαφόρων μνημονεύει καὶ Ἀντ. ἐν Ὀμφάλῃ οὕτως,

— Πῶς γὰρ ἄν τις εὐγενὴς γεγὼς
δύναιτ' ἂν ἐξελθεῖν ποτε δὴ 'κ τῆς σῆς στέγης,
ὁρῶν μὲν ἄρτους τούσδε λευκοσωμάτους,
ἰπνὸν καταμπέχοντας, ἐν διεξόδοις,
ὁρῶν δὲ μορφὴν * κριβάνοις ἠλλαγμένους,
μίμημα χειρὸς Ἀττικῆς, οὓς δημόταις
Θεαρίων ἔδειξεν;

Dedimus, quæ et intelligi et probabiliter confirmari possent. Versu 1 γεγὼς codd. VL, antiquiores γεγονώς. V. 2 edd. ποτ' ἐκ τῆσδε στέγης, quum statim sequatur ἄρτους τούσδε. Codd. ABP ἐξ. ποτε δ' ἐκ τῆς στέγης, duo alii ποτε τῆσδ' ἐκ. Omphales domum dicit Hercules vorax, in colloquio cum ea, negans se exire posse, quum in transitibus per ædes videat circa furnum tot candidos varieque ad modum Atticorum et Thearionis formatos panes; cf. fr. 3, et Aristoph. Ran. 511 seqq. V. 3 male Porsonus aliique delent τούσδε, quo hos versiculos ita conglutinare possint :

ὁρῶν μὲν ἄρτους λευκοσωμάτους, ἰπνὸν
καταμπέχοντας ἐν πυκναῖς (sic libri) διεξόδοις

non sentientes illi, glossema, esse πυκναῖς. Vetustiores κατεμπέχ. V. 5 inepte κριβάνοις in libris : scribo κριμνίτας. De β et μ confusis v. ann. ad Eurip. El. 175, nec desunt exempla ι et α, ν et τ, α et οι confusorum. V. 6 malim μιμήματα. Deinde primus Porsonus recte δημόταις pro δὴ γοναῖς (cod. A δη γοναις), h. e. Ἀθηναίοις : nam Atheniensis fuit pistor celeber *Thearion*, de quo Platonis interpp. Gorg. p. 518.

2.

Idem ib. p. 123, B : ὅτι γὰρ οἴδασι θερμὸν ὕδωρ, Εὔπολις μὲν ἐν Δήμοις (fragm. 22) παρίστησιν,.... Ἀντ. δ' ἐν Ὀμφ.

— Ἐν χύτρᾳ δέ μοι
ὅπως ὕδωρ ἕψοντα μηδέν' ὄψομαι·
οὐ γὰρ κακὸν ἔχω, μηδ' ἔχοιμ'· ἐὰν δ' ἄρα
στρέφῃ με περὶ τὴν γαστέρ' ἢ τὸν ὀμφαλὸν,
παρὰ Φερτάτου δακτύλιός ἐστί μοι δραχμῆς.

Herculis verba cibis obruti, et tamen vetantis aquam sibi coqui ad purgandum ventrem. V. 5 comparant Aristophanis Plut. 879, 880, ubi v. ann. nostram, itemque ad Eupolidis Δήμους l. l. « De nomine proprio Φέρτατος injuria dubitabat Schweigh. : ejusdem enim generis sunt Ἀγαθὸς, Κάλλιστος, Ἐπιτήδειος, alia. » *E M.*

3.

Idem ib. p. 125, A : κεῖται μὲν ὁ φιλοτάριχος παρ' Ἀντιφάνει ἐν Ὀμφ. οὕτως,

Οὐ φιλοτάριχος οὐδαμῶς εἰμ', ὦ κόρη.

Herculis etiam hæc verba, qui potius quam salsamenta delicatiora totos boves, eosque crudos, devorasse dicebatur, propterea dictus βουφάγος, etc. Vid. Apollod. 2, 6 § 7, Spanhem. ad Callim. H. in Dianam 161, Antiphanis Parasiti fr. 5.

EODEM PATRE NATI.

In Solis quidem urbe gignuntur, ut ajunt,
palmæ, Athenis autem noctuæ; Cyprus
columbas varias habet, et Sami
Juno aureum, ut ajunt, avium genus,
formosos atque late conspicuos pavones.

OMPHALE.

1.

— Quomodo enim vir aliquis bene natus
unquam sane exire possit ex tua domo,
videns in transitibus hosce panes
candidos circa furnum,
vidensque varios forma triticeos,
imitamina manus Atticæ, quos popularibus
Thearion monstravit?

2.

— In olla vero ne aliquem
videam coquere mihi aquam :
neque enim habeo, neque habere velim, malum;
quumque torminibus afficitur mihi venter aut umbilicus,
est mihi a Phertato annulus, drachma emptus.

3.

Nullo modo sum salsamentorum amator, o puella.

Ad candem hanc fabulam Meinekio referendum videtur fr. incert. 20.

CVII. ΟΜΩΝΥΜΟΙ.

Athen. 2, p. 43, B : οὐ γὰρ Ἀντιφάνει τῷ κωμικῷ πεπίστευκα, λέγοντι, κατὰ πολλὰ τὴν Ἀττικὴν διαφέρουσαν τῶν ἄλλων καὶ ὕδωρ κάλλιστον ἔχειν· φησὶ γὰρ

— α. Οἷα δ' ἡ χώρα φέρει,
διαφέρουσα τῆς ἁπάσης, Ἱππόνικ', οἰκουμένης,
τὸ μέλι, τοὺς ἄρτους, τὰ σῦκα.... β. Σῦκα μὲν, νὴ τὸν Δία,
πάνυ φέρει. α. Βοσκήματ', ἔρια, μύρτα, θύμα, τυροὺς, ὕδωρ,
ὥστε καὶ γνοίην ἂν εὐθὺς διαφέρον πῶμ' Ἀττικόν!

V. 2 vulgo et hoc l. et 3, p. 74, D, ubi primi duo versus leguntur, διαφέροντα πάσης, Ἱππόνικε, τῆς οἰκ. Bene Mein. quod Athen. videri potest legisse διαφέρουσα, Porson. δ. τῆς ἁπάσης, Ἱππόνικ', οἰκ. V. 4 Dobr. θύμα pro inconcinno θύματα, sed male idem expunxit διαφέρον vulgatum post ὕδωρ, epitheton illud vocabuli πῶμ', quod reposui pro corrupto πίνων (πωμ, πων, πινων). Τυροὺς accipiendum fuit e codicibus VL : nam πυροὺς, quod habent BCD atque edd., parum differt ab ἄρτοις, et caseorum magnam Athenis fuisse venditionem, nemo ignorat : vide Aristoph. Ran. 521, nostri Parasit. 2, 5, etc.

CVIII. ΟΡΦΕΥΣ.

Pollux 10, 172 : τοῦτο (βύσμα) βύστραν ἕτεροι κεκλήκασιν, ὡς Ἀναξανδρίδης Κιθαριστρίᾳ, καὶ Ἀντ. Ὀρφεῖ

— Βύστραν τ' ἂν ἐκ φύλλων τινῶν.

Putide libri B. τιν' ἐκ φ. τινῶν (quod om. cod. Falck.). Litteræ α, ι, ει, sexcenties confusæ in libris.

CIX. ΠΑΙΔΕΡΑΣΤΗΣ.

Athen. 7, p. 303, F : Ἀντ. ἐν Παιδεραστῇ

Τῆς δὲ βελτίστης μεσαῖον θυννάδος Βυζαντίας
τέμαχος ἐν τεύτλου λακιστοῖς κρύπτεται στεγάσμασιν.

Solus C codex θυννίδος, sed α superscripto.

CX. ΠΑΡΑΣΙΤΟΣ.

« Fabula posterior Alexidis Parasito, ut vel ex eo intelligas, quod in hac Athen. 3, p. 123, E, Araros, Aristophanis filius, ridetur. » *E M.*

1.

Athen. 4, p. 169, E : ἐν δὲ Παρασίτῳ Ἀντ. καὶ τάδε λέγει,

— Ἄλλος ἐπὶ τούτῳ* μέγας
ἥξει τις, ἰσοτράπεζος, εὐγενής. β. Τίνα
λέγεις; α. Καρύστου θρέμμα γηγενὲς, ζέον.
β. Εἶτ' οὐκ ἂν εἴποις; ὕπαγε. α. Κάκκαβον λέγω·
σὺ δ' ἴσως ἂν εἴποις λοπάδ'. β. Ἐμοὶ δὲ τοὔνομα
οἴει διαφέρειν, εἴτε κάκκαβόν τινες
χαίρουσιν ὀνομάζοντες, εἴτε σίττυβον;
πλὴν, ὅτι λέγεις ἀγγεῖον, οἶδα.

Conf. Eustath. ad Iliad. p. 872, 14. Versu 1 legebam μέλας, aptum epitheton ollæ, igne subdito nigrescentis (de γ et λ nonnunquam commutatis v. ann. ad Phrynichi Μονότρ. 1) : nam vulgatum μέγας friget sequente ἰσοτράπεζος, quod quidem e Philoxeni Cœna Athen. 4, p. 147, B, sumptum esse suspicatur Mein. Idem : « Καρύστου θρέμμα dicit ollam Carystiam sive Euboicam : cf. Matron Athen. 4, p. 135, D. Similiter μᾶζαν Cereris filiam dixit Eubulus Orth. 1, 10, et ventum a Scironiis petris flantem Scironis filium Sosicrates Athen. 11, p. 474, A. Γηγενής (scil. libri γη-

HOMONYMI.

— a. Qualia vero fert regio,
excellens, Hipponice, præ universo orbe terrarum,
mel, panes, ficus.. . b. Ficus quidem per Jovem
præcipue fert. a. Greges, lanas, myrta, thyma, caseos, aquam,
ut statim sentiam præstantem potum Atticum!

ORPHEUS.

Obturamentumque ex foliis quibusdam.

PÆDERASTA.

Optimique thynni Byzantii medium
salsamentum in betarum foliis occultatur.

PARASITUS.

1.

— Alius post hunc niger
quidam veniet, mensæ magnitudine nobilis.
b. Quem dicis? a. Carysti fœtum terreum, fervente[m].
b. Non igitur dices? perge. a. Caccabum dico ego :
tu fortasse lancem dixeris. b. Meane
referre putas, sive qui caccabum aliqui
vocare malint, sive sittybum?
id tantum scio, te vas dicere.

γενῆς, ζέων. *Both.*), quippe ex luto cocta. Ridet hoc affectatum genus dicendi Lucianus Lexiph. p. 332. V. 4 Pollux 10, 106 : καὶ κάκκαβον δὲ τὴν κακκάβην κατὰ τὴν τῶν πολλῶν χρῆσιν (ab Atticistis damnatam : v. Lobeck. ad Phryn. p. 427) Ἀντ. (cod. A. Ἀντιφῶν) κέκληκεν, εἰπὼν Παρασίτῳ Κάκκαβον λέγω, etc. Similiter Eust. l. c. Vocem σίττυβον, hoc sensu aliunde non cognitam, idem fere, quod λοπὰς, significare necesse est; σιττύβη autem, quod latere dicas in πτύβην codicis A apud Pollucem, denotat vestem coriaceam, quum h. l. vasculum dicatur. Cod. V σύπτηβον. » *E M.* V. 5 nonnulli Pollucis om. ἴσως. V. 7 recentiores codd. Ath. χαίροντες ὀνομάζουσιν.

2.

Idem 3, p. 96, B, de ποσὶν ἑφθοῖς (proprie καπυροῖς, *arefactis*, in aere siccatis) : Ἀντ. Παρασίτῳ

— α. Χοιρίων
σκέλη καπύρ'. β. Ἀστεῖόν γε νὴ τὴν Ἑστίαν
ἄριστον! α. Ἑφθὸς τυρὸς ἐπεδόνει πολύς.

V. 1 libri χοιρέων, correctum a Schweigh.

3.

Idem ib. p. 118, D : Ἀντ. ὁ ποιητὴς ἐν Δευκαλίωνι (fr. 1) ταρίχων τῶνδε μέμνηται,... καὶ ἐν Παρ.

— Τάριχος ἀντακαῖον ἐν μέσῳ
πῖον, ὁλόλευκον, θερμόν.

« Verosimile est hæc ad eandem, ad quam superius fragmentum, fabulæ partem pertinuisse. » *E M.*

4.

Idem 8, p. 358, D : ταῦτα καὶ παρ' ἡμῶν ἔχετε, ἄνδρες φίλοι, ὀψωνησάντων κατὰ δύναμιν τὴν ἑαυτῶν ὑγιεινῶς· κατὰ γὰρ τὸν Ἀντιφάνους Παράσιτον,

Ἐγὼ περὶ τὴν ὀψωνίαν μὲν οὐ πάνυ
ἐσπούδακ', οὐδ' αὖ συνέτεμον λίαν πάνυ,
ὡς ἄν τις ἄλλος ἐξενεχθεὶς ἐν πότῳ·
τῷ διαλάβοι δὲ κραιπάλην ἑλληνικῶς.

Versu 1 πάνυ τι libri; delevit τι Casaub. V. 3 libris ὡς ἄντις ἄλλως ἐξενεχθεῖσιν ὅπου. Casaub. ἄλλοις ἐξ πότου. Hermann. ἐξενεχθεὶς ἐκ πότου. V. 4 temere Abresch. Diluc. Thucyd. p. 368 διαβάλοι. Libri τοῦ διαλάβοι κρ. ἑλλ.

5.

Idem 9, p. 370, E. Ἀντ. δ' ἐν Παρ. ὡς εὐτελοῦς βρώματος τῆς κράμβης μέμνηται ἐν τούτοις·

— Οἷα δ' ἐστὶν οἶσθα σύ,
γύναι; σκόροδα, τυρὸς, πλακοῦντες, πράγματα
ἐλευθέρι', οὐ τάριχος, οὐδ' ἡδύσμασιν
ἄρνεια καταπεπλησμέν', οὐδὲ θρυμματὶς
τεταραγμένη καὶ λοπάδες ἀνθρωποφθόροι.
Καὶ μὴν ῥαφάνους γ' ἕψουσι λυπρὰς, ὦ θεοὶ,
ἔτνος θ' ἅμ' αὐταῖς πίσινον.

Versu 1 σὺ ex uno cod. addidit Dindorf.; antiqui codd. γύναι τοῖς. Quare Meinek. malit Οἷα δ' ἔστ', οἶσθ', ὦ γύναι· τούτοις σκόρ. V. 2 πέμματα (pro πράγματα) BD et MSS. Casauboni, « ex interpretatione. Cf. Diphili Ἄπληστ. 4. *Res libero viro dignas* dicit eas, quas non appetat homo delicatulus, ut Schweigh. annotavit. (Describuntur autem epulæ frugales eorum, quibus non adulentur parasiti gulosi. *Both.*) V. 3 sic Tyrwhittus; codd. ἐλευθερίου. Idemque correxit v. 4 καταπεπλησμένου δὲ codicum. V. 5 de verbo ταράττεσθαι v. ann. ad Amipsiæ Σφενδ. 2. » *E M.* Vulgo καὶ λοπ., ἀνθρώπων φθοραὶ, et fœdiore mendo v. 6 λιπαρὰς pro λυπρὰς, quod firmatur Athenæi verbis ὡς εὐτελοῦς βρώματος τῆς κράμβης. V. 7 bene αὐταῖς pro αὐτοῖς Meinek. Casauboni est θ' ἅμ' pro θαῦμ'.

CXI.* ΠΑΡΕΚΔΙΔΟΜΕΝΗ.

Titulus suspectus, vixque usitatum nec magnæ rei verbum παρεκδιδόναι. Scribam Παραδιδομένη, *In servitutem data*, sive *vendita ex lege;* dignum Antiphanis ingenio argumentum. Passim confusa α, ει et similia (ἐκεῖ pro ἀεὶ scriptum apud Philemonem Athen. p. 664, D) : hinc error. *Seleucus* intelligendus ὁ Νικάτωρ, primum dux Alexandri M., postremo rex Syriæ : v. Polybius.

2

— Porculorum
femora siccata. b. Elegans, per Vestam,
jentaculum! a. Caseus coctus valde circumagebatur.

3.

— Salsamentum acipenseris in medio
pingue, totum album, calidum

4.

Ego de opsonio nec valde sollicitus esse
soleo, nec rursus id vehementer concido,
ut potu elatus aliquis;
hoc autem modo crapulam dissiparet græce.

5.

— Qualia vero sint, scin' tu,
mulier? allia, caseus, placentæ, res
liberales; non salsamentum, neque condimentis
fartæ agninæ, nec thrymmatis
mixta, patinæque homicidæ.
Immo brassicas quidem coquunt miseras, o dii,
et pultem cum iis pisinam.

1.

Athen. 4, p. 156, C: κατὰ τὸν ἡδὺν Ἀντιφάνη, ὃς ἐν τῇ Παρεκδιδομένῃ (sic) ἔφη,

Ὄμνυμι δ' ὑμῖν, ὦνδρες, αὐτὸν τὸν θεόν,
ἐξ οὗ τὸ μεθύειν πᾶσιν ὑμῖν γίγνεται,
ἦ μὴν ἑλέσθαι τοῦτον ἂν ζῆν τὸν βίον
ἢ τὴν Σελεύκου τοῦ βασιλέως ὑπεροχήν.

Versu 1 libri ἄνδρες, mendo haud infrequente, v. 2 γίνεται. Ἡμῖν malit Meinek. V. 3 ἦ μὴν pro ἡμῖν librorum Casaub. V. 4 ἢ τὴν etc., intell. μᾶλλον. His ibidem Ath. subjecit sequentia, quæ alio pertinent:

2.

Φακῆν ῥοφεῖν ἐσθ' ἡδὺ μὴ δεδοικότ' ἢ
μαλακῶς καθεύδειν ἄθλιον δεδοικότα.

Libri Ῥοφεῖν φακῆν, voce præcipua male collocata; tum μὴ δεδοικότα, μαλακῶς etc. Δεδοικότ' ἤ, h. e. δεδοικότα μᾶλλον ἢ μαλ. etc.

CXII. ΠΑΡΟΙΜΙΑΙ. (ΠΑΡΟΙΜΙΑΖΟΜΕΝΟΣ.)

« Cum ænigmatico genere comœdiarum (de quo v. Aristoph. Vesp. 20, seqq., Antiphanis Κνοιθ.) quodammodo conjunctum est earum argumentum, in quibus homines proverbiorum impense amantes repræsentati sunt, velut in Παροιμίαις sive Παροιμιαζομένῳ, ab Athenæo et Photio laudata; qua in fabula haud dubie poeta hominem exhibuit Sanchonis Pansæ instar proverbiis joculariter ludentem. Ceterum sub ænigmatum et proverbiorum involucris Comici simul sibi invisos exagitabant ad modum Eubuli Sphingocarione fr. 1, in quo Callistratus acerrimis facetiarum aculeis pungitur. » *E M.*

1.

Athen. 2, p. 60, E: Κηφισόδωρος, ὁ Ἰσοκράτους μαθητής, ἐν τοῖς κατ' Ἀριστοτέλους... ἐπιτιμᾷ τῷ φιλοσόφῳ, ὡς οὐ ποιήσαντι λόγου ἄξιον τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι, Ἀντιφάνους ὅλον ποιήσαντος δρᾶμα τὸ ἐπιγραφόμενον Παροιμίαι, ἐξ οὗ καὶ παρατίθεται τάδε,

Ἐγὼ γὰρ εἰ τῶν ὑμετέρων φάγοιμί τι,
μύκητας ὠμοὺς ἂν φαγεῖν δοκοῖμί μοι,
καὶ στρυφνὰ μῆλα, κεἴ τι πνίγει βρωμάτων.

Versu 1 libri Ἐ. γ. ἄν τι τῶν, Meinek. Ἐ. γ. ἂν εἰ τῶν... sed verosimilius in annot. Ἐ. γ. εἰ τῶν... In fine libri φάγοιμι, Casaub. φάγοιμί τι. V. 2 libri φαγεῖν δοκῶ. Casaub. φαγεῖν ἐμοὶ δοκῶ, quod non quadrat ad φάγοιμι. V. 3 Mein. βρωμάτων pro βρῶμά τι.

2.

Photius Lex. p. 538, 25, Στίμμιν καὶ στίμιν: ὅ τινες στίβην (στίβι). Ἀντ. Παροιμιαζομένῳ

Στῖμιν, κάτοπτρα, κρωβύλους, κεκρυφάλους.

« De στίμμι dubitari potest: grammatici quidem nonnisi duas formas agnoscunt; τὸ στῖμι vel στίμμι, et ἡ στῖμις vel στίμμις: v. Crameri Anecd. Oxon. 2, p. 259, 413, Bekker. Anecd. p. 1208, Eust. ad Odyss. 18, 355. » *E M.* Cf. Schneid. Lex. v. Στίμμις.

CXIII. ΠΛΟΥΣΙΟΙ.

Athen. 8, p. 342, E: Ἀντ. δ' ἐν Πλουσίοις κατάλογον ποιεῖται ὀψοφάγων ἐν τούτοις,

— Εὔθυνος δ' ἔχων
σανδάλια καὶ σφραγῖδα, καὶ μεμυρισμένος,
τῶν πραγμάτων οὐκ οἶδ' ὅ τι ἐλογίζετο,
Φοινικίδης δέ, Ταυρέας θ' ὁ φίλτατος,
ἄνδρες πανοψοφάγοι (γε) τοιοῦτοί τινες,
οἷοι καταβροχθίζειν ἐν ἀγορᾷ τὰ τεμάχη,
ὁρῶντες ἐξέθνησκον ἐπὶ τῷ πράγματι,
ἔφερόν τε δεινῶς τὴν ἀνοψίαν πάνυ·
κύκλους δὲ συναγείροντες ἔλεγον οὖν τάδε,
ὡς οὐ βιωτόν ἐστιν, οὐδ' ἀνασχετόν,

IN SERVITUTEM DATA.

1.

Juroque vobis, viri, ipsum deum,
cujus beneficio vos omnes inebriamini,
profecto hanc vitam electurum esse
potius quam Seleuci regis dignitatem.

2.

{ Lentem sorbere nihil metuentem suavius est
quam molliter cubare miserum metuentem }

PROVERBIA.

1.

Ego enim si quid vestrorum edam,
fungos crudos edere mihi videar,
et acida mala et quidquid ciborum suffocat.

2.

Stimin, speculas, crobylos, redimicula.

OPULENTI.

— Euthynus autem cum
sandaliis annuloque, et unguentatus,
de his rebus nescio quid cogitabat,
et Phœnicides, Taureasque carissimus,
viri opsoniorum omnium cupidi quidam adeo,
ut in foro salsamenta deglutiant,
rem videntes emoriebantur,
gravissimeque ferebant opsonii penuriam,
in circulis congregatis dicentes,
nec vivi posse, nec ferendum esse,

τῆς μὲν θαλάττης ἀντιποιεῖσθαί τινας
ὑμῶν, ἀναλίσκειν τε πολλὰ χρήματα,
ὄψου δὲ μηδὲν μήποτ' εἰσπλεῖν μηδὲ γρῦ.
Τί οὖν ὄφελος τῶν νησιάρχων ἐστί; δεῖ
νόμῳ κατακλεῖσαι τοῦτο, παραπομπὴν ποιεῖν
τῶν ἰχθύων· νυνὶ δὲ Μάτων συνήρπακεν
τοὺς ἁλιέας, καὶ Διογείτων νὴ Δία
ἅπαντας ἀναπέπεικεν εἰς αὐτὸν φέρειν,
κοὐ δημοτικόν γε τοῦτο δρᾷ, τοιαῦτα φλῶν·
γάμοι δ' ἐκεῖνοι καὶ πότοι νεανικοὶ
ἦσαν.

Versu 2 libri σανδάλιον. Correxit Koppiers. Observ. p. 55. V. 3 Dindorf. transposuit ἔλογ. quod libri initio versus habent. V. 5 iidem mendose ἅ. πάλαι ὀψοφάγοι τοιοί τινες. Jacobs. et Mein. πάλαι ποτ' ὀψοφαγίστατοί τινες. Versu 8 affert Eustath. p. 867, 38. V. 9 vulgo hiante versu ἔλεγον τάδε. Minus apte Dobr. ad Plutum 980 ἔλεγον ἂν τ. V. 13 μήποτ' additum a Meinek. ad Menandr. p. 181. V. 14, antiquiores codd. ἐστι δὴ pro δεῖ. V. 16 νῦν δὲ Μάτρων codd.; correxit Schweigh. Νησιάρχους, v. 14 *insulis* (Græcis) *imperantes* dicit Athenienses, qui pridem tributum iis imposuerunt : v. Pausan. 8, 52, 2. De *Matone* sophista et lurcone cf. nostri Cithar. 11, et Anaxilæ Monotr. 2. V. 17 Διογείτων prima longa, ut Διογένης, Διώρης Iliad. 2, 622. Meinek. conjicit καὶ δὴ Διογ. V. 18 ἅπαντας pro πάντας Muretus V. L.. 19, 3. V. 19 τοσαῦτα Jacobs. V. 20 : *illa vero nuptialia convivia et adolescentium compotationes fuerunt*, h. e. *desierunt celebrari, ex quo illi divites omnia adse trahere cœperunt*, ut Muretus interpretatur.

CXIV. ΠΟΙΗΣΙΣ.

« Eodem titulo drama quum ab Aristophane scriptum esse meminisset Casaub., ejus nomen apud Athenæum restitui voluit, non reputans ille hic commemoratos Chremetem et Phidonem, quos antiqua comœdia ignorat. » *E M.* Idem ad versus 17-22 : « Comœdia quum veterem licentiam inclinata populi libertate tueri amplius non posset, aliam circumspicere debuit cavillandi formam, quæ nihil haberet, quod in potentium tunc hominum reprehensionem incurreret. Angustioribus igitur finibus circumscripta singulorum irrisione, Comici hanc fere rationem tenuerunt, ut, eadem vitia insectati, generales morum descriptiones exhiberent et fictis plerumque nominibus luderent » etc.

Athen. 6, p. 222, A : ὑπομνήσομεν τὰ παρ' Ἀντιφάνει λεγόμενα ἐν Ποιήσει τόνδε τὸν τρόπον·

— Μακάριόν ἐστιν ἡ τραγῳδία
ποίημα κατὰ πάντ', εἴ γε πρῶτον οἱ λόγοι
ὑπὸ τῶν θεατῶν εἰσιν ἐγνωρισμένοι,
πρὶν καί τιν' εἰπεῖν, ὥσθ' ὑπομνῆσαι μόνον
δεῖ τὸν ποιητήν. Οἰδίπουν γὰρ ἄν γε φῶ,
(οἱ) τἄλλα πάντ' ἴσασιν· ὁ πατὴρ Λάϊος,
μήτηρ Ἰοκάστη, θυγατέρες, παῖδες τίνες,
τί πείσεθ' οὗτος, τί πεποίηκεν; ἂν πάλιν
εἴπῃ τις Ἀλκμαίωνα, καὶ τὰ παιδία
πάντ' εὐθὺς εἴρηχ', ὅτι μανεὶς ἀπέκτονεν
τὴν μητέρ', ἀγανακτῶν δ' Ἄδραστος εὐθέως
ἥξει, πάλιν τ' ἄπεισι......
ἔπειθ', ὅταν μηδέν (γε) δύνωντ' εἰπεῖν ἔτι,
κομιδῇ δ' ἀπειρήκωσιν ἐν τοῖς δράμασιν,
αἴρουσιν, ὥσπερ δάκτυλον, τὴν μηχανήν,
καὶ τοῖς θεωμένοισιν ἀποχρώντως ἔχει.
Ἡμῖν δὲ ταῦτ' οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἅπαντα δεῖ
εὑρεῖν, ὀνόματα καινά, τὰ διῳκημένα

mare quosdam occupare
vestrûm, multumque argenti impendere,
nec tamen unquam opsonii micam adnavigari.
Quid igitur juvant insulis imperantes?
promulganda lex est, ut importentur
pisces : nunc vero Maton abripere solet
piscatores, et Diogiton per Jovem iis
persuasit, ut omnes sibi afferant,
non populari quidem consilio, ut garrit;
nuptiæ autem illæ et juveniles compotationes
fuerunt.

POESIS.

— Felix omnino carmen est
tragœdia, siquidem primum argumenta
spectatoribus nota sunt,
priusquam aliquis enarret, ut commemoratione
modo poeta indigeat. Nam Œdipum si nomino,
illi cetera omnia sciunt : quid egerit pater Lajus,
mater Iocaste, filiæ, filii qui fuerint,
quid passurus sit ille, quid fecerit? rursus si quis
dicit Alcmæonem, vel pueri omnes continuo
clamant, insanum eum interfecisse
matrem; indignatus vero Adrastus
subito aderit, et rursus abibit......
dein, si nihil præterea dicendum habent,
et vehementer laborant
extollunt in fabulis, ut digitum, machinam,
idque spectatoribus sufficit.
Nobis autem sic agere non licet, sed omnia
invenienda sunt, nomina nova, prius

πρότερον, τὰ νῦν παρόντα, τὴν καταστροφήν,
τὴν εἰσβολήν· ἂν ἕν τι τούτων παραλίπῃ
Χρέμης τις, ἢ Φείδων τις, ἐκσυρίττεται·
Πηλεῖ δὲ ταῦτ' ἔξεστι καὶ Τεύκρῳ ποιεῖν.

De Ulysse in maris fluctibus jactato dicta. Hinc sumpsit Eust. ad Hom. p. 1178, 4, qui habet Ὡς νῦν ... νῆστις. « Versu 2 libri πονηροῦ, sed recte Conr. Gesnerus Aquat. p. 582 πονήρου, *ærumnosi* : neque enim *pravus* mugil, sed *miser* (ut jejunare creditus. *Both.*) ex vulgi opinione habetur : v. Zenobius et ceteri parœmiographi. » *E Schweigh.*

XXXIII. ΝΕΟΤΤΙΣ.

Est meretricis nomen. Athen. 11, p. 467, C : μνημονεύει δὲ τοῦ γραμματικοῦ ἐκπώματος, ὡς οὕτω καλουμένου, E. ἐν Νεοττίδι οὕτως,

Μισῶ κάκιστα γραμματικὸν ἔκπωμά τι·
ἀτὰρ ὡς * ὅμοιον οὑμὸς υἱὸς ᾤχετο
ἔχων φιάλιον, τῷδε πολλὰ γίγνεται
ὅμοια.

MYSI.

Tu quidem Thebarum, ut ais, campo relicto,
virorum optimorum ad edendum toto die
cervices, idque prope sterquilinium.

NANNIUM.

1.

Quicumque obscuras nuptias clam conficit,
quidni sit omnium infelicissimus?
quum possit, ad solem spectans
nudas ex ordine collocatas,
aut in tenuibus textis stantes, quot
Eridanus sacris fluctibus alit puellas,
nummulo emere voluptatem, [borum
neque clandestinam venerem, turpissimum mor-
omnium, persequi, superbiæ, non amoris, causa.

2.

Græciam ego infelicem gemo,
quæ Cydiam navarchum emisit.

NAUSICAA.

Qui nunc quarto die mergitur,
jejunam miseri mugilis terens vitam.

NEOTTIS.

Odi pessime litteratum quoddam poculum;
sed quoniam ineptum id φιάλιον meus
filius peregre rediens apportabat, huic multa fiunt
similia.

Libri versu 1 κάκιστον γρ. ἔκπωμ' ἀεί, vel εἶα. Recte Dobr. Advers. 2, p. 330, κάκιστα, ut Ar. Ran. 1378 (1504). Nos ἔκπωμά τι, quum alienum sit ἀεὶ, nec raro ε et τ litteras permiscuerint. Versuum sequentium inepta sententia, quum ὅμοιον vel sequente ὅμοια arguatur, et dicendum fuisse videatur, filium peregre redeuntem attulisse poculum ejusmodi, cujus ad exemplar deinde multa fabricata fuerint. Facile autem ex ἤρχετο natum ᾤχετο. Scribo enim

ἀτὰρ ὡς τὸ μῶρον οὑμὸς υἱὸς ἤρχετο.

V. 3 libri τῷ δέ. « De poculis litteratis copiose disseruit Athen. Aristoph. fragm. 521 :

γίγνωσκε τό γ' ἄλεισόν τε καὶ τὰ γράμματα.

Eubuli locum attigit Eust. p. 1960, 13. » *E M.*

XXXIV. ΞΟΥΘΟΣ.

Schol. Eur. Medeæ 600 (585) : σύμβολα οἱ ἐπιξενούμενοί τισιν ἀστράγαλον κατατέμνοντες, θάτερον μὲν αὐτοὶ κατεῖχον μέρος, θάτερον δὲ κατελίμπανον τοῖς ὑποδεξαμένοις, ἵνα, εἰ δέοι πάλιν αὐτοὺς ἢ τοὺς ἐκείνων ἐπιξενοῦσθαι πρὸς ἀλλήλους, ἐπαγόμενοι τὸ ἥμισυ ἀστραγάλιον ἀνανεοῖντο τὴν ξενίαν. E. Ξούθῳ « Τί ποτ' ἐστὶν ἅπαντα διαπεπρισμένα * ἡμίσεως, ἀκριβῶς περ εἰς τὰ σύμβολα. » οὕτως Ἑλλάδιος. Poeta sic, nisi fallor :

Τί ποτ' ἔσθ'; ἁπαξάπαντα διαπεπρισμένα
ἡμίσε' ἀκριβῶς, ὡσπερεὶ τὰ σύμβολα.

Bene Mein. ἡμίσε' ἀκρ., ὡσπερεί. « Agitur de rebus quibusdam accuratissime in duas partes divisis. Illud autem dubium est, σύμβολα E. utrum hospitalem an numariam tesseram dixerit : eadem enim utriusque erat ratio, docente Polluce 9, 71 (v. Hermippi Δημοτ. fr. 1). » *E M.*

XXXV. ΟΔΥΣΣΕΥΣ ἢ ΠΑΝΟΠΤΑΙ.

Athen. 11, p. 478, C, ubi usum vocis κότυλος illustrat : E. δ' ἐν Ὀδυσσεῖ ἢ Πανόπταις,

— Ὁ δ' ἱερεὺς Εὐήγορος,
ἐν μέσοις αὐτοῖσιν ἑστὼς, τὴν καλὴν σκευὴν ἔχων
οἶνον ἐξέσπενδε κοτύλῳ.

« Versu 1 fortasse scribendum est Εὐήγορος pro εὐήγορος. Bacchi sacerdotem dicere videtur. Pollux 6, 99 : ἔστι δέ τι καὶ ὁ κότυλος Διονυσιακὸν ἔκπωμα, ὥσπερ καὶ ὁ κοτυλίσκος. Pro αὐτοῖσι nescio an ἀστοῖσι scribendum sit, quorum verborum perpetua est in libris confusio (v. ann. ad Thuc. 2, 40; 7, 48. *Both.*). » *E Mein.*, qui versu 1 εὐηγορῶν posuit in edit. altera.

XXXVI. ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Athen. 6, p. 239, A : Δίφιλος δ' ἐν Παρασίτῳ, μελλόντων γίνεσθαι γάμων, παράσιτον ποιεῖ λέγοντα τάδε.... E. δ' ἐν Οἰδίποδι,

Ὁ πρῶτος εὑρὼν τἀλλότρια δειπνεῖν ἀνὴρ
δημοτικὸς ἦν τις, ὡς ἔοικε, τοὺς τρόπους·
ὅστις δ' ἐπὶ δεῖπνον ἢ φίλον τιν', ἢ ξένον,
καλέσας ἔπειτα συμβολὰς ἐπράξατο,
φυγὰς γένοιτο μηδὲν οἴκοθεν λαβών.

« Versu 1 E. respicere videtur Euripidis locum, quem ridet Theopompus Ulysse fr. 3. Cf. Diphilus Synor. versu 7. Ex eodem poeta etiam postremum fragmenti versum derivatum esse suspicor. » *E M.*

XXXVII. ΟΙΝΟΜΑΟΣ ἢ ΠΕΛΟΨ.

Athen. 15, p. 678, F : μνημονεύει δ' αὐτοῦ (τοῦ κυλιστοῦ στεφάνου) καὶ Ἀντιφάνης ἐν Ἑαυτοῦ ἐρῶντι. E. δ' ἐν Οἰνομάῳ ἢ Πέλοπι,

— Περιφοραῖς κυκλούμενος,
ὥσπερ κυλιστὸς στέφανος.

« Eust. p. 1538, 42, habet κυκλούμενος, ὥσπερ τις κ. στ. » *E Dind.*

XXXVIII. ΟΛΒΙΑ.

Athen. 14, p. 640, B : καὶ ὡς ὁ E. δ' ἐν Ὀλβίᾳ ἔφη,

Ἐν τῷ γὰρ αὐτῷ πάνθ' ὁμοῦ πωλήσεται
ἐν ταῖς Ἀθήναις, σῦκα, κλητῆρες, βότρυς,

XUTHUS.

Quid hoc est? ad unum omnia dissecta sunt
accurate media, velut symbola.

ULIXES sive ARGI.

— Sacerdos autem Evagorus,
in mediis illis stans pulchro vestitu suo,
vinum libabat cotylo.

OEDIPUS.

Qui primus invenit artem aliena cœnandi, vir
popularis videlicet aliquis fuit moribus:
quicumque autem ab amico, vel hospite, ad cœnam
vocato deinde symbolam exegit,
patria profugiat nihil auferens domo.

OENOMAUS sive PELOPS.

— Circuitibus actus,
ut corona voluta.

BEATA.

Eodem enim in loco simul omnia venduntur
Athenis, ficus, apparitores, uvæ,

γογγυλίδες, ἄπιοι, μῆλα, μάρτυρες, ῥόδα,
μέσπιλα, χορεῖα, σχαδόνες, ἐρέβινθοι, δίκαι,
πύα, πυριάτη, μύρτα, κληρωτήρια,
ὑάκινθος, ἄρνες, κλεψύδραι, νόμοι, γραφαί.

« Ingeniosus poeta, Athenas laudare simulans, ut omnium rerum ad victum necessariarum copia abundantes, simul ea commemorat, ex quibus veteratorium eorum ingenium apparet. Eo spectant insertæ voces singulæ singulis versibus κλητῆρες, μάρτυρες, δίκαι, κληρωτήρια, κλεψύδραι, νόμοι, γραφαί, quæ omnia sunt forensia vocabula. » *Casaub.* Similiter diversissima componere Aristophanem Plut. 190-192 annotavit Mein. Versu 2 σῦκα, κλητῆρας Piersonus ad Mœr. p. 368. Libri οὐκ ἀκλητῆρες. V. 4 dedi χορεῖα. Codd. χόρια, χοίρια, χώρια : v. Schneideri Lex. v. Χορεῖον. V. 5 « πῦον et πυριάτην conjungunt etiam Aristoph. Vesp. 679. et Pollux 6, 54. » *E M.* Scilicet libri : πυός, πυριάτη, Porson. πῦος, π. At idem utraque vox significat : igitur dedi πύα, quæ est Homeri ποίη Iliad. 14, 347. Literæ α et ος confusæ, ut sæpius.

XXXIX. ΟΡΘΑΝΗΣ.

Orthanes, deus Atheniensium, Priapi apud Venerem minister (v. Strabo 13, p. 588, etc.), cui sacra facta a mulieribus et adolescentibus libidinosis hic describuntur.

Athen. 3, p. 108, A : ταγηνιστῶν δ' ἰχθύων μνημονεύει ... Ε. Ὀρθάνῃ,

— Πᾶσα δ' εὔμορφος γυνὴ
ἐρῶσα φοιτᾷ, τηγάνῳ τε σύντροφα
τριβαλλοποπανόθρεπτα μειρακύλλια·
ὁμοῦ δὲ τευθὶς καὶ Φαληρικὴ κόρη,
σπλάγχνοισιν ἀρνείοισι συμμεμιγμένη,
πηδᾷ, * χορεύει, πῶλος ὡς ἀπὸ ζυγοῦ·
ῥιπὶς δ' ἐγείρει φυλακὶς Ἡφαίστου κύνας,
θερμῇ παροξύνουσα τήγανον πνοῇ·
ὀσμὴ δὲ πρὸς μυκτῆρας ἠρεθισμένη
ᾄσσει· μεμαγμένη δὲ Δήμητρος κόρη
κοίλῃ φάραγγι δακτύλων πιέσματα
σύρει, τριήρους ἐμβολὰς μιμούμενα,
δείπνου πρόδρομον ἄριστον.

Libri versu 2 ἐρεῖος ἀπήδει (sine accentu Ven., B ἀπήδη), sed quod legitur ipse habet Athen. 6, p. 228, F, unde sumpsimus τηγάνῳ pro τηγάνων. V. 3 libri τριβαλλοπανόθρεπτα. Correxit Casaub. Triballis comparantur illi adolescentuli, ut Demosth. Orat. in Con. 2, p. 1269, ubi commemorantur μειράκεια ὄντες, καὶ Τριβαλλοὺς ἐπωνυμίαν ἔχειν τούτους, τά τε Ἑκατεῖα κατεσθίειν, καὶ τοὺς ὄρχεις ἐκ τῶν χοίρων, οἷς καθαίρουσιν, ὅταν ἐξιέναι μέλλωσι, συλλέγοντες ἑκάστοτε συνδειπνεῖν ἀλλήλοις (mendose libri εἰσιέναι. *Both.*). Plura Lobeck. Aglaoph. p. 1037, et Bergk. Commentt. p. 25. Versu 4 ita Dalecamp. Libri φαληρὶς ἡ κόρη. Apuarum Phalericarum frequens apud Comicos memoria. » *E M.* V. 6 inutilis tautologia. Scribo πηδᾷ, χορεύων π. Ibid. ἀπὸ Jacobsius, pro ὑπό. V. 7 libri φύλακας, altero loco (6, p. 228, F), ubi versus 7 et 8 iterum afferuntur, duo φλόγας. Sed si φύλακες sunt canes, non opus τῷ ἐγείρειν. Immo ῥιπὶς personata dicitur vigilare, cavens ne ignes exstinguantur. V. 8 item incuria librariorum legitur τηγάνου. V. 10 « Δημ. κόρη est *farina*, ut Antiphan. Aphrod. 1, 9. Cf. Strattis Ἀνθρωπ. 2. » *E M.* V. 11, 12 libri κοίλη φάραγγος δακτύλου πιάσματι — μιμουμένη. Valck. Schol. in N. T. vol. 1, p. 377, πιέσματι, quod parum est. Nec probabiliter Dobr. aliique κοίλην φάραγγα. Audacter farina subacta digitorum pressus dicitur trahere per magidem, quemadmodum navis trahatur per mare.

2.

Ibidem p. 112, F : Κυπρίων δ' ἄρτων μνημονεύει Ε. ὡς διαφόρων, ἐν Ὀρθ. διὰ τούτων,

Δεινὸν μὲν ἰδόντι παριππεῦσαι
Κυπρίους ἄρτους τοὺς πεινῶντας·
μαγνῆτις γὰρ λίθος ὣς ἕλκει.

---

rapæ, pira, mala, testes, rosæ,
mespila, chorea (?), favi, erebinthi, lites,
herba, colosta, myrta, cleroteria,
hyacinthus, arietes, clepsydræ, leges, tabularia.

ORTHANES.

1.

Quævis autem formosa mulier
amans frequentat locum, et catino assueti,
Triballorum modo libis nutriti adolescentuli;
simulque loligo et Phalerica puella,
visceribus arietinis admixta,
exsilit, ut saltans a jugo equus;
follis vero cavens excitat Vulcani canes,
calido afflatu catinum fervefaciens;
et odor ad nares incitatus
tendit; subactaque Cereris virgo
in cava valle digitorum pressus
rapit, qui navis incursus imitantur,
epularum præcursore jentaculo.

2.

Triste est, si quis præterequitare
Cyprios panes videt famelicos:
attrahit enim sic lapis magnes.

Libri mendose et trajectis verbis, ut non semel in his reliquiis, Δ. μὲν ἰδόντα παρ. | Κ. ἄρτους· μαγν. γὰρ | λίθος ὡς ἕ. τ. πειν.

3.

Ib. p. 108, D : ἐπὶ τούτοις οὐχ ἡσθεὶς ὁ Οὐλπιανὸς, ἀνιαθεὶς δὲ, ἀποβλέψας ὡς ἡμᾶς καὶ τὰ ἐξ Ὀρθάνου Εὐβούλου ἰαμβεῖα εἰπὼν,

Ὡς εὖ νεναυάγηκεν ἐπὶ τοῦ τηγάνου
ὁ θεοῖσιν ἐχθρὸς Μυρτίλος!

« Ulpianus quum ait de *Myrtilo*, convivarum uno, qui modo de sartagine et frixis in sartagine veterum loca recitavit, Eubuli versibus alludit ad fabulam de Myrtilo, Œnomai filio. » *Casaub.* De Myrtilo cf. Πορνοβ. 1.

4.

Ib. p. 105, F : ἐκτεταμένως δ' εἴρηκε χαρῖδα (cf. Athen. p. 293, A, etc.) Ἀράρως μὲν ἐκ Καμπυλίωνι, ... καὶ Ε. ἐν Ὀρθ.

Καρῖδα καθήκατ' αὖθις (αὖ), κἀνέσπασεν.

Vulgo Καρ. καθῆκα κάτω κἀνέσπασ' αὖθις. Sed libri Καρ. καθῆκα τω (A), et καθήκατο (P) κἀν. αὖθις. Αὖθις αὖ, ut apud Aristoph. aliquoties et Arrianum De venat. 5, 3. Αὖ, inutile visum librariis, neque inelegans est, et sarcit versum. Videtur dici squilla, hamis imposita pro esca ad decipiendos pisces.

5.

Athen. 10, p. 424, B : μνημονεύει τοῦ κυάθου ... καὶ Ε. ἐν Ὀρθάνῃ.

XL. ΠΑΜΦΙΛΟΣ.

1. 2. 3.

Athen. 10, p. 473, E : Ε. δ', ἐν Παμφίλῳ πολλάκις μεμνημένος τοῦ ὀνόματος (κάνθαρος sensu piscis marini, de quo Aristot. 8, 15, 1), φησὶν

Ἐγὼ δὲ (καὶ γὰρ ἔτυχεν ὂν κατ' ἀντικρὺ
τῆς οἰκίας καινόν (τι) καπηλεῖον μέγα,)
ἐνταῦθ' ἐπετήρουν τὴν τροφὸν τῆς παρθένου,
κεράσαι *κέλευσας τὸν κάπηλόν μοι χόα
ὀβολοῦ, παραθεῖναί θ' ὡς μέγιστον κάνθαρον.

καὶ πάλιν·

Ὁ δὲ κάνθαρος, κενὸς ὤς, πάλαι 'ξηραίνετο.

καὶ ἔτι·

Ἅμα δὲ λαβοῦσ' ἠφάνικα πηλίκον τινὰ
οἴεσθε μέγεθος, Ἀρεσία; μέγαν πάνυ,
κἄζηλον ἐποίησ' εὐθέως τὸν κάνθαρον.

Versui 2, cæsura destituto, subvenimus addito τι. V. 4 scribo κεράσαι τ' ἐκέλευσα τὸν ... V. 6 libri Ὁ δὲ κ. πάλαι δὴ κενὸς ὡς ξηραίνεται (δὴ delevit Schweigh.), et v. 7 ἠφάνικε, pessime autem v. 9 καὶ ξηρὸν ἐποίησ', quum pridem torrefactus fuerit piscis. Immo ἄζηλον cum fecit vorax mulier, h. e. *non invidendum*, parvum, nullum. De ζ et ξ interdum commutatis dixit Bast. Epist. ad Boissonad. p. 13. Cf. ann. ad Odyss. 21, 298, Eur. Phœniss. 1309, et de λ et ρ litteris permixtis Euripidis Incert. 127, Soph. Andromed. 11. Versu 8 codd. ἀρεσίαν vel ἀρεσίας. Correxit Dobr. Appar. Aristoph. p. 133. Nomen cognitum e Xenophonte Hellen. 2, 3, 2.

4.

Pollux 9, 90 : τὸν δὲ νῦν χαλκὸν (monetam æneam) οἱ Ἀττικοὶ χαλκίον εἰώθασι καλεῖν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀργύρου ἀργύριον, καὶ ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ χρυσίον, ὥσπερ Ἀριστοφάνης μὲν ἐν Βατράχοις (678) ἔφη τούτοις τοῖς πονηροῖς χαλκίοις, σαφέστερον δ' Ε. ἐν Παμφίλῳ

Πρῶτον μὲν αὐτοῦ, παραλαβὼν τὼ χαλκίω,
τὸν ἰὸν ἐκ τῆς χειρὸς ἐξεσπόγγισεν.

Versu 1 codd. τῷ χαλκίῳ, quod correxit Kuhn. V. 2 malim attice ἐξεσφόγγισεν. Cf. Aristoph. Acharn. 429, Vesp. 578, ubi libri σπόγγον, schol. autem σπόγγον ἑλληνικῶς.

3.

Quam bene naufragium fecit in catino
invisus ille diis Myrtilus!

4.

Squillam iterum demisit (in aquam), et retraxit.

PAMPHILUS.

1.

Ego vero (forte enim exadversum ædibus fuit
nova caupona magna)
ibi observabam nutricem virginis,
et miscere jussi cauponem mihi congium
obolo, cantharumque quam maximum apponere.

2.

Cantharus autem, ut exenteratus, dudum arefiebat.

3.

Prehensum tamen quantum evanuisse
putatis, Aresia? sane magnum,
statimque non invidendum feci cantharum.

4.

Primum quidem, acceptis numis,
rubiginem ex manu ejus spongia exemi.

XLI. ΠΑΝΝΥΧΙΣ.

Athen. 13, p. 568, E : ἢ οὐκ οἶδας, κατὰ τὴν Εὐδούλου Παννυχίδα,

Τὰς ἀμφιδούλους κερμάτων παλευτρίας,
*** πώλους Κύπριδος ἐξησκημένας,
γυμνὰς, ἐφεξῆς ἐπὶ κέρως τεταγμένας,
ἢ 'ν λεπτοπήνοις ὕφεσιν ἑστώσας, ὅσας
Ἠριδανὸς ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας,
παρ' ὧν βεβαίως ἀσφαλῶς τ' ἔξεστί σοι
μικροῦ πρίασθαι κέρματος τὴν ἡδονήν.

Versus 3, 4, 5 et 7 leguntur etiam in *Nannio*. Hic quidem versu 1 codd. vitiose, sed mendo manifesto, τὰς φειδωλούς. Mire Dobr. τὰς φιλωδούς. Immo ἀμφίδουλοι fere Athenis erant meretrices, nec liberæ. Cf. Plautus Mil. glor. 4, 15, Pœn. 5, 3, 20. V. 2 fortasse excidit λουτροῖσι post simile -λευτρίας. Versu 4 hic quoque libri ἐν λεπτ. et in fine οἵας, pro quo Porsonus ὅσας.

XLII. ΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΣ.

1.

Pollux 10, 98 : μαγείρου δὲ σκεύη καὶ τορύνη, καὶ ἐόργη ἢ (libri καί : v. ann. ad Thuc. 2, 17, etc.) εὐέργη· τὸ δὲ ῥῆμα τετορύνηκας ἔστιν ἐν Εὐδούλου Παρμενίσκῳ.

2.

Photius Lex. p. 188, 20 : κυντερώτερα καὶ κυντατώτατα, λέγουσιν. Ε. Παρμ.

Ἀποθεῶν ἐκείνου καὶ τὰ κυντατώτατα.

Inepte codex Ἀπὸ τῶν ἐκ., etc. Vox θεῶν pronuntianda μονοσυλλάβως, ut θεοὶ Iliad. 1, 18, etc. Antiatt. p. 101, 30, Κυντερώτερον καὶ κυντατώτατον : Ε. Παρμ.

XLIII. ΠΛΑΓΓΩΝ.

« Plangon meretrix commemoratur a Timocle Athen. 13, p. 567, E, nec diversa fuisse videtur ab ea, cujus aliquoties meminit Demosth. in orationibus contra Bœotum. At unguentum Plangonium apud Pollucem et Hesychium non ab illa, sed a muliere quadam Eleensi nomen duxisse auctor est Helladius Phot. Bibl. p. 532 Bekk. (πλαγγόνιον, ὅπερ εὗρε γυνὴ Ἠλεία, καλουμένη Πλαγγών, male codd. Πλάγγων). » *E M.*

Harpocr. v. Μετοίκιον, p. 127, 2 : ἐδίδοντο δὲ ὑπ' αὐτῶν (τῶν ξένων) καθ' ἕκαστον ἔτος δραχμαὶ ιϐ', ὅπερ ὠνόμαστο μετοίκιον, ὡς δηλοῖ Ε. ἐν τῇ Πλαγγόνι.

XLIV. ΠΟΡΝΟΒΟΣΚΟΣ.

1.

Athen. 3, p. 108, D : ὅτι γὰρ οὐδὲν τούτων πριάμενός ποτε ἔφαγεν (Myrtilus, unus convivarum : cf: Ὀρθ. 3), εὖ οἶδα, τῶν τινος οἰκετῶν αὐτοῦ εἰπόντος μοί ποτε τὰ ἐκ Πορνοβοσκοῦ Εὐδούλου ἰαμβεῖα τάδε,

Τρέφει με Θετταλός τις, ἄνθρωπος βαρὺς
πλούτῳ, φιλάργυρος δὲ, κἀλιτήριος
ὀψίφαγος, ὀψωνῶν δὲ μέχρι τριωδόλου.

Versu 2 libri πλουτῶν. V. 3 iidem tautologice ὀψοφάγος, ὀψωνῶν. Immo sero epulari dicitur iste Thessalus, quum tempestiva convivia laudentur a liberalibus adolescentulis eorumque servis : v. Terent. Adelph. 5, 9, 8. Μέχρι τριωδόλου, h. e. vili pretio : v. Aristoph. Plut. 125.

2.

Idem 9, p. 371, E : τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα (γηθυλλίδες) μνήμης εὑρίσκω τετυχηκὸς παρὰ μὲν Εὐδούλῳ ἐν Πορνοβοσκῷ οὕτως,

Οὐκ ἂν δυναίμην ἐμφαγεῖν ἄρτον τινά·
παρὰ Γναθαινίῳ γὰρ ἄρτι κατέφαγον,
ἕψουσαν αὐτὴν καταλαβὼν γηθυλλίδας.

Versu 3 codd. ἔψευσαν. Dalecamp. ἕψουσαν. Scribo αὐτῷ, h. e. σὺν αὐτῷ, τῷ ἄρτῳ. Inusitate Gnathæna meretrix gethya pani admiscuerat.

XLV. ΠΡΟΚΡΙΣ.

1.

Athen. 13, p. 553, B : ἐν δὲ Πρόκριδι λέγει τις,

PANNYCHIS.

Utrimque servas numulorum elecebras
(balneis) adornatas, Veneris pullos,
nudas ex ordine collocatas,
aut in tenuibus textis stantes, quot
Eridanus sacris fluctibus alit puellas :
a quibus tuto et cum fiducia licet tibi
parvo numulo emere voluptatem.

PARMENISCUS.

1.

Trua (coquorum) miscuisti.

2.

In cœlum tollens illius vel pessima.

LENO.

1.

Alit me Thessalus quidam, homo gravis
divitiis, sed avarus, et scelestе
serus cœnator, opsonansque triobolo.

2.

Non potero panem quemcunque comedere :
apud Gnathænion enim nuper edi,
quam gethya incoquentem ei offenderam.

πῶς δεῖ ἐπιμελεῖσθαι τοῦ τῆς Πρόκριδος κυνὸς, ὥσπερεὶ (male libri ὡς περὶ) ἀνθρώπου τοῦ κυνὸς τὸν λόγον ποιούμενος,

α. Οὐκοῦν ὑποστορεῖτε μαλακῶς τῷ κυνί·
κάτω μὲν ὑποβαλεῖτε τῶν Μιλησίων
ἐρίων, ἄνωθεν δ' ἐπιβαλεῖτε ξυστίδα.
β. Ἄπολλον! α. Κᾆτα χόνδρον αὐτῷ δεύσετε
γάλακτι χηνός. β. Ἡράκλεις! α. Καὶ τοὺς πόδας
ἀλείψατ' αὐτοῦ τῷ (γε) μεγαλείῳ μύρῳ.

Versu 5 ad μεγαλεῖον μύρον v. 6 quadrat γάλ. χηνὸς, dictum ut ὀρνίθων γάλα ap. Aristoph. Avium 690 et 1547. Schol. ad 690 : τοῦτο καὶ ἐν Σφηξίν (493). ἐν παροιμίᾳ δὲ ἐπὶ τῶν λίαν εὐδαιμονούντων καὶ πάντα κεκτημένων. V. 6 fortasse ἀλείψετ'. Mein. Libri αὐτοῦ inutiliter, quum antecesserit αὐτῷ, quod huc pertinet. Corrigo αὐτοὺς, *ipsos* quoque pedes, non solum χόνδρον. Postremo libri τῷ Μεγαλλίῳ μύρῳ, omisso, nisi magnopere fallor, γε ante με simile (v. ann. ad Thuc. 2, 21), primumque pro μεγαλείῳ scripto per errorem satis frequentem μεγαλίῳ, dein augente corruptione, μεγαλλίῳ. Plinius H. N. 13, 1, 2 : « Megalium (μεγαλεῖον Gesner. Thes. vol. 2, p. 241) propter gloriam appellatum (unguentum) ex oleo balanino, balsamo, calamo, junco, xylobalsamo, resina, » etc.: quæ, quamvis non omnino præstanda, huc faciunt. De *pedibus lavandis* cf. Sphingocar. 2. De famoso Procridis cane Lælape v. Apollod. 2, 4, § 6, 7, et Hygin. Fab. 189 et Astron. poet. l. 2, cap. 35. Præterea Mein. memorat Ovidium Met. 7, 754, Antoninum Lib. fab. 41, schol. Germanici Arat. p. 60 ed. Buhl., et Pollucem 5, 39, qui quidem sic e Nicandro : Χαονίδας καὶ Μολοττίδας (κύνας) ἀπογόνους εἶναί φησι κυνὸς, ὃν Ἥφαιστος ἐκ χαλκοῦ Δημονησίου χαλκευσάμενος, « καὶ ψυχὴν ἐνθεὶς, δῶρον ἔδωκε Διὶ, » κἀκεῖνος Εὐρώπῃ, αὕτη δὲ Μίνῳ, καὶ Μίνως Πρόκριδι, καὶ Πρόκρις Κεφάλῳ.

2. 3.

Idem 10, p. 422, E : εἴρηκε δὲ οὕτως (δεδείπναμεν) Ἄλεξις ἐν Κουρίδι, « Ἐπεὶ πάλαι δεδείπναμεν. » E. Πρόκριδι,

— Ἡμεῖς δ' οὐδέπω δεδείπναμεν,

καὶ πάλιν

— ὃν χρῆν δεδειπνάναι πάλαι.

Libri χρὴ, minus quidem recte apud infinitivum perfecti, minusque attice.

XLVI. ΠΡΟΣΟΥΣΙΑ ἢ ΚΥΚΝΟΣ.

Athen. 7, p. 301, A : ἑψητὸς ἐπὶ τῶν λεπτῶν ἰχθυδίων (Ar. Vesp. 648, etc.)... E. ἐν Προσουσίᾳ (i. q. Συνουσίᾳ) ἢ Κύκνῳ,

Ἀγαπῶν τε, κἂν ἑψητὸν ἐν τεύτλοις ἕνα
διὰ δωδεκάτης ἑψόμενον ἡμέρας ἴδῃ.

XLVII. ΣΕΜΕΛΗ ἢ ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

1.

Athen. 2, p. 36, B : E. δὲ ποιεῖ τὸν Διόνυσον λέγοντα

Τρεῖς γὰρ μόνον κρατῆρας ἐγκεραννύω
τοῖς εὖ φρονοῦσι· τὸν μὲν ὑγιείας ἕνα,
ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι· τὸν δὲ δεύτερον
ἔρωτος ἡδονῆς τε· τὸν τρίτον δ' ὕπνου,
ὃν ἐκπιόντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι
οἴκαδε βαδίζουσ'. Ὁ δὲ τέταρτος οὐκέτι
ἡμέτερός ἐσθ', ἀλλ' ὕβρεος· ὁ δὲ πέμπτος βοῆς,
ἕκτος τε κώμων· ἕβδομος δ' ὑπωπίων·
ὁ δ' ὄγδοος κλητῆρος· Ὁ δ' ἔνατος χολῆς,
δέκατός τε μανίας, ὥστε καὶ βάλλειν ποιεῖ·
πολὺς γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς
ὑποσκελίζει ῥᾷστα τοὺς πεπωκότας.

PROCRIS.

1.

a. Substernite igitur molliter cani :
Milesias quidem lanas subjicite;
purpuram autem injicite.
b. Apollo! a. Et deinde cartilaginem ei rigate
lacte anseris. b. Hercule! a. Pedesque
ipsos illinite magnifico unguento

2.

— Nos vero nondum cœnavimus.

3.

— Quem oportuit dudum cœnasse.

CONSUETIO vel CYGNUS.

Contentusque, si vel unum pisciculum in betis coctum duodecimo die videat.

SEMELE sive BACCHUS.

1.

Tres enim modo crateras misceo
prudentibus : unum sanitatis,
quem primum bibunt; alterum vero
amoris ac voluptatis; tertiumque somni,
quo expoto, qui sapientes vocantur,
domum eunt. Quartus autem non amplius
noster est, sed superbiæ; tum quintus clamoris;
et sextus comissationum; at septimus sugillatio
et octavus apparitoris; nonusque iræ, [num,
et decimus insaniæ, ut vel lapides conjicere faciat :
siquidem multum vinum uni angusto vasculo infusum
facillime decipit potatores.

Ex Athenæo hæc ascivit Suidas v. Οἶνος. Eclogam ad hanc fabulam retulit Grotius. Libri versu 1 μόνους κρατῆρας, ν et υ confusis, ut alias, opinor, et τῷ σ orto ex κ simili (v. ann. ad Iliad. 21, 495) in continua scriptura. Certe μόνους minus aptum, μόνον aptissimum atque usitatum, quo etiam numerus homœoteleutorum minuitur. V. 2 libri ὑγείας. V. 5 ἐκπιόντες cod. C. Vulgo εἰσπίνοντες, Suid. ἐκπίνοντες. V. 6 οὐκέτι Suidas. Ath. οὐκ ἔθ'. V. 7 ὕβρεος Dind. pro ὕβρεως, quod officit metro : v. Matth. Gr. § 80, ann. 1. V. 8 pro ἕκτος δὲ edidi ἕ. τε, et similiter v. 10 δέκατός τε pro δέκατος δὲ, quum quia cognata βοὴ et κῶμοι, χολὴ et μανία, tum variandæ orationis causa, neque nescius, δὲ et τὲ subinde commutari a librariis. V. 9 ὁ δ' addidit Casaub. Κλητῆρος Florens Christianus pro κλήτορος. Recte autem pro ἔννατος Suidas ἔνατος, ut cod. V et ubique præstantiores libri Josephi, LXX interpretum, glossatorum veterum, etc., Wassio præfatione Dukeri ad Thuc. et Schæfero Melet. crit. 1, 1, 32, annotantibus. V. 10 Suid. ὥστ' ἐκβάλλειν. Conf. Aristoph. Vesp. 1208. V. 12. « ὑποσκελίζει improprie dictum est, *bibentes evertit, mentes eorum labefactat* (*decipit*. Both.) » *M.*

2.

Idem 11, p. 460, E : εἴρηται οὕτως (κυλικεῖον) ἡ τῶν ποτηρίων σκευοθήκη.... E. δ' ἐν Σεμέλῃ ἢ Διονύσῳ,

Ἑρμῆς ὁ Μαίας, λίθινος ὤν, προσεύγμασιν
ἐν τῷ κυλικείῳ λαμπρὸς, ἐκτετριμμένος.

Versu 1 ὢν codd. PVL; male A et edd. ὄν. V. 2 libri λαμπρὸν, ἐκ—νον, ν et σ litteris confusis, ut Ar. Ran. 521, etc.

3.

Clemens Alex. Strom. 7, p. 716 ed. Col., 847 ed. Pott. : 'E. δὲ, ὁ καὶ αὐτὸς κωμικὸς, ὧδέ πως περὶ τῶν θυσιῶν γράφει (fragm. incert. 18)... καὶ παραγαγὼν τὸν Διόνυσον ἐν Σεμέλῃ διαστελλόμενον (distinguentem) πεποίηκε,

Πρωτεῖον, ὅταν ἔμοιγε θύωσίν τινες
κύστιν μὲν, αἷμα, καρδίαν, ἠδ' ἐπίπλοον·
οὐκ ἐσθίω γὰρ ἐγὼ γλυκέ', οὐδὲ μωρίαν.

Versu 1 libri Πρῶτον μὲν ὅταν ἐμοί τι θύωσιν, v. 2 αἷμα, κύστιν, μὴ καρδίαν μηδ' ἐπιπόλαιον (bene Mein. ἐπίπλοον, de quo dixit ad Philetæri Ter. 2), v. 3 ἐγὼ γὰρ οὐκ ἐσθίω γλυκεῖα οὐδὲ μηρίαν. Posui μωρίαν, *stultitiam*, h. e. stulta, cibos insipidos, velut γλυκέα, *dulcia*, placentas dulces. Similiter pluribus in locis nomen *stultitia* usurparunt Comici latini : v. Stich. 1, 2, 82, etc. Mein. scripsit γλυκεῖαν, i. e. *fel*.

XLVIII. ΣΤΕΦΑΝΟΠΩΛΙΔΕΣ.

1.

Athen. 13, p. 557, F : αἱ δὲ γαμεταὶ ἡμῶν γυναῖκες οὐκ εἰσὶ τοιαῦται, οἵας Εὔβουλός φησιν ἐν Στεφανοπώλισι,

Μὰ Δί', οὐχὶ περιπεπλασμέναι (τι) ψιμυθίοις,
οὐδ', ὥσπερ ὑμεῖς, συκαμίνῳ (γε) τὰς γνάθους
κεχρισμέναι. Κἂν ἐξίητε τοῦ θέρους,
ἀπὸ τῶν μὲν ὀφθαλμῶν ὑδρορρόαι δύο
μέλανες ῥέουσιν, ἐκ δὲ τῶν γυάλων ἱδρὼς
ἐπὶ τὸν τράχηλον ἄλοκα μιλτώδη ποιεῖ,
ἐπὶ τῷ προσώπῳ δ' αἱ τρίχες φορούμεναι
εἴξασι πολιαῖς, ἀνάπλεῳ * ψιμυθίου.

Repetit hinc Eustath. ad Iliad. p. 976, 56. Versu 1 addidi τι, v. 2 γε. Versu 3 meliores libri κεχριμέναι. V. 4 « scilicet stibio (antimonio) supercilia et ipsa cilia oculorum denigrabant, quæ bellæ haberi cupiebant. » *E M.* V. 5 libri ῥέουσι μέλανος, hoc quidem nomine male in thesi collocato. Ibidem sine dubio affectum est quod legitur γνάθων ἱδρώς, juxta γνάθους v. 2. Γύαλα intelligo τὰ κύτη τοῦ σώματος, *cava*, velut aurium. V. 8 non magis probabile est repetitum ψιμυθίου (codd. ABPV), vel ψιμμυθίου, fortasse depravatum, quum E. hoc vel quiddam simile scripsisset, ψαμμῷ θύου, *trito odorum*.

2.

Mercurius Majæ filius, lapideus, precibus
in abaco clarus, confractus est.

3.

Præcipuum est, si qui sacrificant mihi
vesicam quidem, sanguinem, cor, et omentum :
neque enim ego dulcia nugasque edo.

COROLLARUM VENDITRICES.

Per Jovem, non illitæ cerussis,
neque, ut vos, moro maxillas
unctæ; et, quum exitis æstate,
ab oculis quidem fluvii duo
nigri fluunt, e cavis autem sudor stillans
in cervice sulcum rubricæ facit,
et in faciem acti crines
assimulantur canis, trito odorum repleti.

2.

Idem 15, p. 679, B : στέφανον... τὸν στρούθιον καλούμενον, οὗ μέμνηται μὲν Ἀσκληπιάδης, παρατιθέμενος τὰ ἐκ τῶν Εὐβούλου Στεφανοπωλίδων ταῦτα·

Ὦ μακαρῖτις, ἔχουσ' ἔνδυμά τι, ὡς
στρούθιον, αὐροφόρητον!
περίζωμα συνίλλετ' ἤδη
ποθατὸν περὶ νυμφίον εὔτριχ', ὅς,
Κίσσος ὅπως, θαλάμῳ περιφύεται,
ἀξαμένας νεαρᾶς Ὀλολύγονος,
ἔρωτι κατατετακώς.

Sic hæc restitui. Codd. mira corruptione Ὦ μάκαρ, ἥτις ἔχουσ' ἐν δωματίῳ στρούθιον ἀεροφόρητον λεπτότατον περὶ σῶμα συνίλλεσταί τε ἡδυπότατον περινύμφιον εὔτριχα, κισσὸς ὅπως καλάμῳ περιφύεται αὐξόμενος ἔαρος ὀλολυγόνος ἔρωτι κατατετηκώς. Αὐροφόρητος etiam schol. Ar. Ran. 1359. Ejus glossema est λεπτότατον, ut χαριέστατον prægressi τριπόθατον in fr. 3. V. 4 — 7 constructio verborum audacior ὃς θαλάμῳ περ., ἔρωτι κατ., ὅπως Κίσσος ἀξ. (med. sensu passivi : v. Matth. Gr. § 496) ν. Ὀλ. Versus distinxit primus Mein. et recte suspicatus est, στρούθιον, potius quam coronam e flore struthio, intelligendum esse passerculum; sed fallitur, tropice dictum putans hominem salacem, sec. Hesychium (Στρουθός : καταφερὴς καὶ λάγνος). Dialectum doricam τῷ ποθατὸν indicatam, omnino restituendam in cantico existimavi. Mein. ad v. 5 : « hæc spectare videntur ad Cissum nymphæ Ololygonis amatorem : v. Nonnus Dion. 12, 97. » Nam huc non pertinet Κίσσος cognomen Bacchi ap. Pausan. 1, 30.

3. 4.

Ibidem D : καταλέγει δ' E. καὶ ἄλλους στεφάνους;

Αἰγίδιον, σὺ δὲ τόνδε φορήσεις στέφανον πολυποίκιλον
ἀνθέων τριπόθατον, ὦ Ζεῦ!
τίς γὰρ αὐτὸν ἔχουσαν οὐ φιλήσει;

Versu 2 libri vitiose ἀνθέων γρυπότατον (ὑγρότατον Hirschig.) χαριέστατον. Egregie Palmerius τριπόθατον, quod confirmatur adscripta interpretatione χαριέστατον (cf. ann. ad fragm. 2). Hoc deleto apparet notum genus versuum dactylicorum logaœdicum cum loco mobili (–⏑–⏑⏑|–⏑–⏓). Etiam 1 versus est dactylicus logaœdicus, sed asynartetus (–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–|–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏓); 3 autem hendecasyllabus phalæceus, ubi codd. non minus mendose τίς γὰρ αὐτὸν ἔχουσα φιλήσει, omisso ου post α. « Capra (Αἴξ) cognomen fuit Nannii. Photius p. 286, 18, Ναννίον : Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ Περὶ τῶν ἑταιρῶν Αἶγα λέγεσθαί φησι ταύτην τὴν ἑταίραν διὰ τὸ Θάλλον τὸν κάπηλον καταφαγεῖν· χαίρουσι γὰρ αἱ αἶγες τῷ θαλλῷ. ἔστι δὲ αὐτῆς μνήμη καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ. Quæ eadem de Nicone Samia meretrice (Athen. 5, p. 220, F) narrat Machon Athen. 15, p. 582, F. » *E M.* — Athenæus sic pergit : Κἀν τοῖς ἑξῆς τάδε φησί,

α. Στεφάνους ἴσως βούλεσθε· πότερ' ἑρπυλλίνους,
ἢ μυρτίνους, ἢ τῶνδέ γ' ἐξηνθισμένων;
β. Τῶν μυρτίνων βουλόμεθα τούτων (ὤνια)·
σὺ τἄλλα πώλει πάντα πλὴν τῶν μυρτίνων.

Versu 2 libri ἢ τῶν διεξηνθισμένων, sed auctoritate destitutum est verbum διεξανθίζω, neque vim habet διά. V. 3 vulgo τούτων σύ τ' ἄλλα, etc. Duplicem animadvertere mihi visus sum errorem, alterum ωνια omittentium post -ων, alterum in ὤνια ipso -ια negligentium. Satis enim similia in libris sunt ω et ια, quemadmodum apud Eust. ad Odyss. 9, 278, haud dubie pro μωρὸς legendum est μιαρός. Certe aptum est ὤνια, h. e. εὔωνα (v. schol. ad Ar. Eq. 1135), nec verisimilior Meinekii, partim Hermannum De metris p. 162, partim Dobræum ad Plut. 361 secuti, conjectura hæc, βουλ. τουτωνί· σὺ δὲ | τά γ' ἄλλα πώλει, etc.

5.

Idem 9, p. 384, C : χηνείων δ' ἡπάτων... μνημονεύει E. ἐν Στ., λέγων οὕτως,

Εἰ μὴ σὺ χηνὸς ἧπαρ ἢ ψυχὴν ἔχεις.

2.

O beata, amiculo induta instar
passerculi per aerem volitante!
perizoma jam circumvolvitur
optatum sponso bene comato, qui,
thalamo infusus, amore tabescit, ut Cissus,
cum juvenilem Ololyginem duceret.

3.

Capella, tu vero hanc feres coronam multicolorem florum, ter (*h. e.* vehementer) optatam, per Jovem!
quis enim eam, quæ talem habet, non amabit?

4.

a. Coronas fortasse quæritis : utrum serpylli,
an myrti, an harum florescentium?
b. Myrtearum volumus harum (viles) :
quare tu ceteras vende omnes præter myrteas.

5.

Nisi tu anseris hepar vel animam habes.

Ἦπαρ tropice dictum, ut apud Euripidem Hipp. 1070 (1024), ubi v. Valck.; cf. etiam Virgilii interpp. ad Georg. 1, 119.

6.

Idem 15, p. 690, E: δ' ἐν Στ.

Αἰγυπτίῳ (τῳ) ψάγδανι τρὶς λελουμένη.

Τῳ facile exciderit post -τίῳ. Alioqui media vocis ψάγδανι producenda esset inusitate.

7.

Pollux 10, 120: E. ἐν ταῖς Στ. τοῦτο μὲν (τὴν σπάθην, unguentum, de quo Plinius H. N. 12, 28) σπαθίδα, τοὺς δ' ἀλαβάστους ἀλαβάστια εἴρηκε·

— Λῦε τἀλαβάστια
θᾶττον σὺ, καὶ τῇ σπαθίδι τὸν πώγωνά μου
καὶ τὴν ὑπήνην μύρισον.

V. 2 libri σὺ θᾶττον, quod correxit Jungerm.

8.

Schol. Iliad. 15, 234: τὰ εἰς λος, ἑτέρῳ λ παραληγόμενα, οὗ τὸ ο ς (mendose libri α) μὴ προηγεῖται (?), ὀξύνεται· κιλλὸς, εἶδος χρώματος ἐν Στ. Εὐβούλου,

Εὔχρῳ τι κιλλὸν (μανθάνεις;) θερίστριον.

Vulgo Εὔχρων, quod abhorret a neutris: v. Matth. Gr. § 117. 9.

XLIX. ΣΦΙΓΓΟΚΑΡΙΩΝ.

« In hoc dramate E. Carionem servum introduxisse videtur, omnia, quæ loqueretur, ænigmatum involucris obscurantem; v. Schweigh. vol. 5, p. 538. » *E M.*

1.

Athen. 10, p. 449, E: E. δ' ἐν Σφιγγοκαρίωνι τοιούτους γρίφους προβάλλει, αὐτὸς καὶ ἐπιλύων αὐτούς.

α. Ἔστι λαλῶν ἄγλωσσος, ὁμώνυμος ἄρρεν θῆλυς,
οἰκείων ἀνέμων ταμίας, δασὺς, ἄλλοτε λεῖος,
ἀξύνετα ξυνετοῖσι λέγων, νόμον ἔκνομον ἕλκων·
ἓν δ' ἐστὶν καὶ πολλὰ, καὶ, ἂν τρώσῃ τις, ἄτρωτος.
β. Τί ἐστι τοῦτο; α. Τί ἀπορεῖς; Καλλίστρατος,
πρωκτὸς μὲν οὖν οὗτός (γε). β. Σὺ δὴ ληρεῖς ἔχων.
α. Οὗτος γὰρ αὐτός ἐστιν ἄγλωττος, λάλος,
ἓν ὄνομα πολλοῖς, τρωτὸς, ἄτρωτος, δασὺς,
λεῖος, (τί βούλει;) πνευμάτων πολλῶν φύλαξ.
Ἀττέλεβος θαλερὸς μὲν, πρόστομος, ἀμφικνεφαῖος
αἰχμητὴς, παίδων ἀγόνων γόνον ἐξαφανίζων.
Τῶν γὰρ κροκοδείλων οὗτος ᾠὰ λαμβάνων,
πρὶν θηριοῦσθαι τὸν γόνον, καταγνύει,
ἔπειτ' ἀφανίζει· διότι δ' ἔστ' ἀμφίστομος,
κεντεῖ κάτωθεν, τοῖς δὲ χείλεσιν δάκνει.
Οἶδ' ἐγὼ, ὃς νέος ὢν ἐστὶν βαρὺς, ἂν δὲ γέρων ᾖ,
ἄπτερος ὢν κούφως πέτεται, καὶ γῆν ἀφανίζει·

6.

Ægyptio (quodam) psagdane ter lota.

7.

— Aperi tu alabastra
cito, et spatha mihi barbam
et superiorem maxillam unge.

8.

Pulchro cilli colore (intelligisne?) vestis æstiva.

SPHINGOCARION.

1.

a. Est loquens elinguis; synonyma viro femina,
propriorum ventorum possessor, hirsutus, alias glaber,
non intelligibilia intelligentibus narrans, exlegem legem trahens,
unum et multa, quumque aliquis vulnerat, invulneratus.
b. Quid hoc est? a. Quid laboras? Callistratus,
podex quidem ille. b. At tu nugator.
a. Scilicet is idem est elinguis, loquax,
unum nomen multorum, vulneratus, invulneratus, hirsutus,
glaber, (quid vis?) multorum ventorum possessor.
Attelabus agilis quidem, ore acuto, tenebricosus
pugnator, liberorum non genitorum genituram exstinguens.
Crocodilorum enim hic ova capiens,
priusquam bellua fiat genitura, frangit,
dein exstinguit; et, quoniam utrimque os habet,
infra pungit et labiis mordet.
Novi ego aliquem qui, juvenili ætate gravis, senex factus
sine alis leviter volat, evanescente terra.

Πάππος ἀπ' ἀκάνθης (ἐστίν)· οὑτοσὶ γὰρ (ἂν)
νέος μὲν ὢν ἕστηκεν ἐν τῷ σπέρματι,
ὅταν δ' ἀποβάλῃ τοῦτο, πέτεται κοῦφος ὤν,
δήπουθεν ὑπὸ τῶν παιδίων φυσώμενος.
Ἔστιν ἄγαλμ', ὃ βεβηκὸς ἄνω, τὰ κάτω δὲ κεχηνὸς,
εἰς πόδας ἐκ κεφαλῆς τετρημένον, ὀξὺ διαπρὸ,
ἀνθρώπους τίκτει κατὰ τὴν πυγὴν ἓν ἕκαστον,
ὧν οἱ μὲν μοίρας ἔλαχον βίου, οἱ δὲ πλανῶνται·
αὐτὸ δ' ἕκαστον ἔχειν αὐδῶ, κἄλλων γε φυλάττειν.

« Primum ænigma spectat ad Callistrati contumeliam, hominis in administranda republica strenui ac diligentis, sed luxurie perditi : v. ann. ad Antiopæ fragm 2. V. 3 opportune Jacobs. Animadv. 12, p. 348, apud Brunck. Analect. 3, p. 320, laudat illa Euripidis Phœn. 1510 : δυσξυνέτου ξυνετὸς μέλος ἔγνω Σφιγγὸς, et Iph. T. 1092 : εὐξύνετον ξυνετοῖσι βοάν. (Libri νόμον ἐκ νόμου, quod correxi. *Both.*) V. 4. His Callistrati versatile et callidum ingenium vituperatur. » *E M.* V. 9 sic Casaub. Libri fere τί βουλεπινευμάτων. V. 10 libri vitiose Ἀττελεβόφθαλμος μὴ πρόστομος, ἀμφικέφαλος (cod. V ἀμφικνάφαλλος). « Casaub. aut ἀμφικέφαλος penultima producta (?!), aut ἀμφικάρηνος scribendum putat. (Ἀμφικνεφαῖος, *tenebricosus*, in tenebris repens vel volans. *Both.*). *Bicipitem* (14) ichneumonem vocat, quia ejus cauda speciem aliquam capitis præ se fert : v. laudatum a Cas. Oppianum Cyneg. 3, 436 seqq. Post versum 11 libri : ἰχνεύμων Αἰγύπτιος. (Interpretamentum, quod delevi. *Both.*) C : ἔστιν δ' ἰχ. Αἰγ. (quod est versificatoris male feriati. *Both.*). V. 13 θηριοῦσθαι Schweigh. recte interpretatur ad perfectæ belluæ ætatem ac magnitudinem pervenire. Eodem modo homines dicuntur ἀνδροῦσθαι. Ibid. καταγνύει pro (inconcinno) κατάγνυσι Porson. ad Medeæ 743. V. 14 Grot. δ' ἔστ' pro δέ. V. 15 antiquiores codd. δάκνων. V. 17 γῆν ἀφ., *terram abscondit*, h. e. in altum evehitur ita, ut terræ adspectus ei subducatur. Similiter Virgilius Æn. 3, 291 : *Phæacum abscondimus arces;* et Seneca Epist. 70, p. 184, *pueritiam* atque *adolescentiam abscondere* dixit eos, qui pueri et adolescentes esse desinunt; Plato autem evectum, ut nautam, in altum sermonum mare, φεύγειν εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων, ἀποκρύψαντα γῆν. V. 18 apte comparant Sophoclis versum fragm. 748 :

γραίας ἀκάνθης πάππος ὣς φυσώμενος. »

E M. Explevi versum. V. 22 libri pravis numeris ἄγαλμα βεβηκὸς ἄνω, etc. V. 23 διαπρὸ Lobeck. ad Phryn. p. 614. Plerique codd. διάτρωτον, VL διάτρες. V. 24 τίκτει Schweigh. pro τίκτειν, quod legitur in libris PVL. Vulgo τίκτον, ut epit. Hœschelii, constructione verborum impedita. V. 26 pessime libri αὐτὸ δ' ἕκαστος ἔχων αὐτὸν, καλέω δὲ φυλάττειν. Emperius κόλπῳ δὲ φυλ. Αὐδῶ, ut apud Æschylum Sept. ad Th. 966 et seq. Simile notum illud proverbiale Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

Nil desperandum critice *duce et auspice Phœbo.*

« Postremo ænigmate significari *instrumentum sortiendi*, ipse Ath. indicat, hæc subjiciens : Ταῦτα δ' ὅτι τὸ κληρωτικὸν σημαίνει, ὑμεῖς διακρίνατε, » etc. *E M.*

2.

Idem 12, p. 553, A : ἔθος δ' ἦν Ἀθήνησι, καὶ τοὺς πόδας τῶν τρυφώντων ἐναλείφειν μύροις... E. δ' ἐν Σφ.

Ἐν θαλάμῳ μαλακῶς κατακείμενον· ἐν δὲ κύκλῳ νυν
παρθενικαὶ τρυφεραὶ χλανίσιν μαλακαῖς κατάθρυπτον
τὸν πόδ' ἀμαρακίνοισι μύροις τρίβουσι τὸν ἀμόν.

V. 1 libri νιν pro νυν (h. e. οὖν, cf. Ar. Plut. 971, Anaxandr. Incert. 6). Versu 2 sic Jacobsius. Libri παρθενικὰ τρυφερὰ χλανίδια μαλακὰ κατάθρυπτοι. V. 3 μύροισι τρίψουσι τὸν ἐμόν. Jacobs. μύροις et ἀμὸν, quod versus monstrabat. Bergkius τὸν αἰνὸν, totum griphum de Callistrato interpretatus. De more quem dicit Ath. v. ad Procridis fr. 1.

Pappus cardui : is enim
novus in herba consistit;
ea vero abjecta volat levis,
flatu nimirum puerorum actus.
Est effigies in altum tendens et infra hians,
a pedibus ad caput perforata et omnino acuta,
quæ singulos parit homines podice :
quorum alii quidem vitæ sortes adipiscuntur, alii vero aberrant.
Jubeo autem quemque suam habere; ab aliisque cavere.

2.

In thalamo molliter jacentem : itaque circum
teneræ virgines albis amiculis delicatum
pedem nostrum amaracinis fricant unguentis.

3.

Idem 3, p. 80, B : ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι μὴ δεῖ σῦκα προσφέρεσθαι τῆς μεσημβρίας,... καὶ E. ἐν Σφ.

Νὴ τὸν Δί'· ἠσθένουν γάρ, ὦ βέλτιστε σύ,
φαγοῦσα πρώην σῦκα τῆς μεσημβρίας.

L. ΤΙΤΘΑΙ.

1.

Athen. 7, p. 311, D : ὡς διαφόρου ὄντος τοῦ τῶν λαβράκων ἐγκεφάλου, καθάπερ καὶ τοῦ τῶν γλαύκων. καὶ E. δ' ἐν Τιτθαῖς φησι

Μὴ πολυτελῶς, ἀλλὰ καθαρείως, ὅ τι ἂν ᾖ,
ὁσίας ἕνεκα, σηπίδι' ἢ τευθίδια,
πλεκτάνια μικρὰ πολύποδος, νῆστίν τινα,
μήτραν, χόρια, πῦον, λάβρακος κρανίον
εὐμέγεθες.

Versu 1 sic Schweigh. pro καθαρίως. Fortasse E. scripserat ἀλλ' ἢ (v. ann. ad Thuc. 5, 60) καθαρίως. V. 2 ὁσίας, cf. Aristoph. Plut. 677. V. 3 libri τὰ μικρά. Ortum τὰ ex antecedente -ια recte expunxit Schweigh. Ibid. Mein. πουλύποδος. V. 4 μήτραν, cf. Teleclidis Amph. 1. Libri χώριάπυον, quod correxit Casaub. « Simillimus huic Ephippi locus est ex Obeliaphoris (fragm. 1) ap. Athen. 8, p. 359. » *E M.*

2.

Idem 15, p. 685, E : Φιλόξενος δ' ὁ διθυραμβοποιὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Δείπνῳ ἀρχὴν ποιεῖται τὸν στέφανον τῆς εὐωχίας... E. Τιτθαῖς·

Ὡς γὰρ εἰσῆλθε τὰ γερόντια τότ' εἰς δόμους,
εὐθὺς ἀνεκλίνετο· παρῆν στέφανος ἐν τάχει,
ἤρετο τράπεζα, παρέκειθ' ἅμα τετριμμένη
μᾶζα χαριτοβλέφαρος.

Versus cretici, sive amphimacri, tetrametri. « Metri rationem primus perspexit Erfurdt. Observ. in Athen. p. 457 (cf. Æschylum Prom. 559, etc., ceterosque Tragicos; etiam de asynartetis creticis Aristophanis indicem p. 284. *Both.*). Versu 2 sic Erf. Libri (corruptis numeris) ὁ στέφ. V. 3 ἤρετο, h. e. εἰσήρετο, ut, annotante Schweigh., Plato Com. in Διὶ κακ. fr. 1 : φέρε τὴν θυείαν, αἶρ' ὕδωρ. Cf. Valck. ad Theocrit. Adon. p. 326. » *E M.*

3.

Antiatt. p. 108, 28, Μύστακα : βραχέως. E. Τιτθῇ (sic) » Cf. ann. ad Strattidis Inc. 6. » *M.*

4.

Athen. 3, p. 106, A : E. Τιτθαῖς,

— Καρίδας δὲ τῶν
κυφῶν.

LI. ΤΙΤΑΝΕΣ.

Athen. 6, p. 229, A, ubi de usu vocis τήγανον dicit : καὶ ἐν Τιτᾶσι,

— Προσγελῶσά τε
λοπὰς παφλάζει βαρβάρῳ λαλήματι,
πηδῶσι δ' ἰχθῦς ἐν μέσοισι τηγάνοις.

« Præcedit locus ex Orthane. Alterum versum, ita scriptum, λ. π. βαρβάροις λαλήμασιν, affert et Pherecrati tribuit Eust. ad Il. p. 1290, 45; tertium Eubuli nomine adscripto ad Odyss. p. 1862, 17. » *E M.*

LII. ΦΟΙΝΙΞ.

Athen. 9, p. 397, A, de pavone : ὅτι σπάνιος οὗτος ὁ ὄρνις, δηλοῖ Ἀντιφάνης,... καὶ E. ἐν Φοίνικι,

Καὶ γὰρ ὁ ταὼς διὰ τὸ σπάνιον θαυμάζεται.

LIII. ΧΑΡΙΤΕΣ.

Athen. 12, p. 519, A, postquam dixit de Masinissæ regis amore infantium, ita pergit : τὰ δὲ αὐτὰ ἔφη καὶ E. ὁ κωμικὸς ἐν Χάρισιν οὕτως·

3.

Per Jovem : infirma enim, amice, eram
nuper comesis meridie ficubus.

NUTRICES.

1.

Non sumptuose, sed munde, quidquid est,
recti causa, sepiolas, vel loligunculas,
parvos cirrhos polypi, intestinum aliquod jejunum,
matricem, choria, colostra, labracis cranium
maximum.

2.

Quum enim introissent seniculi tunc in domum,
statim decumbebatur; aderat corona continuo,
apportabatur mensa, adjacebat simul trita
maza gratioso adspectu.

4.

— Et squillas
e gibbosis.

TITANES.

— Arridensque
patina ebullit barbara loquela,
et pisces mediis in catinis subsiliunt.

PHOENIX.

Nam pavo ob raritatem admiratui est.

Καὶ γὰρ πόσῳ κάλλιον (ἱκετεύω) τρέφειν
ἄνθρωπόν ἐστ' ἄνθρωπον, ἂν ἔχῃ βίον,
ἢ χῆνα πλατυγίζοντα καὶ κεχηνότα,
ἢ στρουθὸν, ἢ πίθηκον, ἐπίβουλον κακόν!

« Videntur hæc dicta in hominem, qui matrimonium fugeret, alendis autem aviculis et simiis mirifice delectaretur. Versu 3 ita codd. ABC; πλαταγίζοντα PVL. » *E M.*

LIV. ΧΡΥΣΙΛΛΑ.

« Nomen meretricis, sed diversæ ab ea, quam Teleclides Hesiod. fr. 4 commemorat. » *E M.* Recentior scilicet.

1. 2.

Athen. 12, p. 559, B : E. δ' ἐν Χρυσίλλᾳ,

— Κακὸς
κακῶς ἀπόλοιθ', ὅστις γυναῖκα δεύτερον
ἔγημε! τόν γε πρῶτον οὐκ ἐρῶ κακῶς·
ὁ μὲν γὰρ ἦν ἄπειρος, οἶμαι, τοῦ κακοῦ,
ὁ δ', οἷον ἦν γυνὴ κακὸν, πεπυσμένος...

καὶ προελθών φησιν

Ὦ Ζεῦ πολυτίμητ', εἶτ' ἐγώ ποτ' (ἂν) κακῶς
ἐρῶ γυναῖκας; νὴ Δί', ἀπολοίμην ἄρα!
πάντων ἄριστον κτημάτων; εἰ δ' ἐγένετο
κακὴ γυνὴ Μήδεια, Πηνελόπεια δὴ
μέγα πρᾶγμ'· ἐρεῖ τις, ὡς Κλυταιμνήστρα κακή·
Ἄλκηστιν ἀντέθηκα χρηστήν. Ἀλλ' ἴσως
Φαίδραν ἐρεῖ κακῶς τις· ἀλλὰ, νὴ Δία,
χρηστὴ τίς ἦν μέντοι, τίς; οἴμοι δείλαιος,
ταχέως γέ μ' αἱ χρησταὶ γυναῖκες ἐπέλιπον,
τῶν δ' αὖ πονηρῶν ἔτι λέγειν πολλὰς ἔχω.

Versu 2 δεύτερος Meineck. V. 3 libri mendo non infrequente τὸν γὰρ πρ., quum statim sequatur γάρ. V. 5 πεπυσμένος Porson. pro πεπεισμένος. V. 6 libri ποτε κακῶς. Editi, auctore Jacobsio, hiatu non admittendo κακῶς ποτε | ἐρῶ γ.; V. 9 vulgo Πην. δὲ juxta δὲ in eadem sententia. V. 13 scribam χρηστὴ τέως μέντ' ἦν τις, *eo usque*, dum Hippolytum amare cœpisset; vel *ante quam*, etc.

LV. ΨΑΛΤΡΙΑ.

Athen. 11, p. 460, E : εἴρηται οὕτως (κυλικεῖον) ἡ τῶν ποτηρίων σκευοθήκη.... E. ἐν Λήδᾳ... κἀν Ψαλτρίᾳ δὲ ἔφη

— Τὰ κυλικεῖα δὴ
ἐξεῦρεν ἡμῖν.

Libri δὲ, sed longe præstat in tali re δὴ ironicum, de quo v. Iliad. 4, 180; 21, 131, Euripidis indicem h. v., Xenoph. Mem. S. 3, 3, 1, etc. Δὲ vel hiatu offendit.

INCERTORUM DRAMATUM RELIQUIÆ.

1.

Athen. 1, p. 8, B : E. ὁ κωμικὸς φησί που

— Εἰσὶν ἡμῖν τῶν κεκλημένων δύο
ἐπὶ δεῖπνον ἄμαχοι, Φιλοκράτης καὶ Φιλοκράτης
(ἕνα γὰρ ἐκεῖνον ὄντα δύο λογίζομαι,
μᾶλλον δὲ τρεῖς μεγάλους), ὃν ἐπὶ δεῖπνόν ποτε

GRATIÆ.

Quanto enim pulchrius est (te obtestor), hominem
alere hominem, si victus suppetit,
quam anserem alis plaudentem atque hiantem,
vel passerem, vel simiam, insidiosum malum!

CHRYSILLA.

1.

— Malus
male pereat, quicumque iterum uxorem
ducit! qui primum quidem, ei non male dico:
hic enim imperitus fuit, opinor, mali;
ille vero expertus, quale malum sit mulier...

2.

O venerabilis Jupiter, tandemne aliquando maledicam
ego mulieribus? peream igitur.
omnium optimæ possessionum? quodsi mala mulier
fuit Medea, at Penelope sane
magni facienda. Dicet aliquis, Clytæmnestram fuisse malam:
Alcestin opponere soleo probam. Sed fortasse
erit qui Phædræ maledicat. At, per Jovem,
proba quænam tandem fuit? quænam? væ mihi misero!
cito quidem probæ feminæ me deficiunt;
malarum vero etiam multas habeo dicere.

PSALTRIA.

— Abacos scilicet
invenit nobis.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

— Sunt nobis vocati duo
ad cœnam invincibiles, Philocrates et Philocrates
(unus enim ille quum sit, duos numero,
vel potius tres magnos), quem ad cœnam aliquando

κληθέντα φασὶ πρὸς φίλου του, 'πηνίκ' ἂν
εἴκοσι ποδῶν μετροῦντι τὸ στοιχεῖον ᾖ,
ἥκειν ἕωθεν αὐτὸν εὐθὺς ἡλίου
μετρεῖν ἀνέχοντος, μακροτέρας δ' οὔσης ἔτι
πλεῖν ἢ δυοῖν ποδοῖν παρεῖναι τῆς σκιᾶς,
ἔπειτα φάναι μικρὸν ὀψιαίτερον
δι' ἀσχολίαν ἥκειν, παρόνθ' ἅμ' ἡμέρᾳ.

Versu 1 Jacobsius Πάρεισιν. V. 2 codd. plures Φιλοκράτης καὶ Φιλοκτήτης. V. 4 et 5 libri μεγάλους, μᾶλλον δὲ τρεῖς, ὅν φασί ποι (LV παρὰ) κληθέντ' ἐπὶ δ. πρὸς (BC ὡς) φίλου (αὐτοῦ add. C) τινὸς, εἰπόντος αὐτῷ τοῦ φίλου, ὁπηνίκ' ἂν, etc. V. 7. De more tempus ex umbræ longitudine definiendi vide Meinek. ad Menandri fragm. p. 129 ed. pr. Αὐτὸν, *ipsum*, non servum ab eo missum ad observandum solarium, de quo v. ann. ad Ar. Eccles. 652, et Plauti Bœotiam Gell. 3, 3, qui aliud domesticum dicit Mil. glor. 2, 4, 69. V. 10 libri φᾶναι. Porson. φάναι δ' ἔπειτα, Dindorf. ἔπ. δὲ φάναι. Meinek. conj. φῆσαι. V. 11 sic Hermannus; libri παρόνθ' ἥκειν.

2.

Idem ib. p. 25, C : ὅτι δὲ καὶ ἰχθῦς ἤσθιον (heroes Homerici), Σαρπηδὼν δῆλον ποιεῖ, ὁμοιῶν τὴν ἅλωσιν πανάγρου δικτύου θήρᾳ (Iliad. 5, 487; at eo non efficitur, ipsos Græcos Homeri pisces edisse, sed hoc modo, eos piscari vidisse barbaros, ut Scyllam Odyss. 12, 95)· καίτοι (*etsi*) E. κατὰ τὴν κωμικὴν χάριν (?) φησὶ παίζων

Ἰχθὺν δ' Ὅμηρος ἐσθίοντ' εἴρηκεν οὐ
τινὰ τῶν Ἀχαιῶν, κρέα δὲ μόνον ὤπτων, ἐπεὶ
ἕψοντά γ' οὐ πεποίηκεν αὐτῶν οὐδένα.
Ἀλλ' οὐδὲ μίαν ἄλλην ἑταίραν οἶδέ τις
αὐτῶν, ἑαυτοὺς δ' ἔδεφον ἐνιαυτοὺς δέκα·
πικρὰν στρατείαν δ' εἶδον, οἵτινες, πόλιν
μίαν λαβόντες, εὐρυπρωκτότεροι πολὺ
τῆς πόλεος ἀπεχώρησαν, ἣν εἷλον τότε.

Mendose libri versu 1 Ἰχθῦν δὲ ποῦ γ' Ὅμ. ἐσθ. εἴρηκέ γε, ubi γὲ omittunt BCD et Eust. p. 1720, 30. Grotius εἴρηκε ποῦ. V. 4 vulgo εἶδε, nec melius v. 8 ἧς, attractione improbabili. Ibid. libri πόλεως. V. 7 Dobræus βίᾳ λαβόντες.

3.

Ibidem F, et Eust. p. 1422, 48 : E. δέ φησιν

Ἄτοπόν γε τὸν μὲν οἶνον εὐδοκιμεῖν ἀεὶ
παρὰ ταῖς ἑταίραις τὸν παλαιὸν, ἄνδρα δὲ
μὴ τὸν παλαιὸν, ἀλλὰ τὸν νεώτερον.

Versu 1 sic Eust. Codd. BCD Ἄτ. δὲ, VL Ἄτοπόν τε. « Iisdem propemodum versibus Alexin usum esse docet Ath. » *E M.*

4.

His præponenda putat Meinek., quæ idem Athen. servavit ib. p. 28, F : Εὔβουλος·

— Θάσιον ἢ Χῖον λαβὼν
ἢ Λέσβιον γέροντα νεκταροσταγῆ.

« Quæ si a meretricula dicuntur amatori, jam aptissime superiora inferuntur ab altero. »

5.

Ibid. p. 23, D : E.

— α. Σίκων ἐγὼ
βεβρεγμένος ἥκω καὶ κεκωθωνισμένος.
β. Πέπωκας, οὗτος; α. Ναὶ μὰ Δία, πέπωκ' ἐγὼ
Μενδαῖον.

« Versu 1 Σίκων servile nomen apud Sosipatrum Καταψευδ. v. 14, Pseudoalexin Asotod. v. 4, et Aristophanem in composito Αἰολοσίκων (v. prolegomena hujus fabulæ Fragm. Aristoph. p. 8 seqq.

---

aiunt vocatum ab amico quodam, quo tempore
viginti pedes ostenderet metienti solarium,
venisse mane ipsum oriente sole
ad metiendum, et adfuisse, quum etiam
plus quam duobus pedibus major esset umbra;
dein dixisse paulo serius se advenisse;
propter occupationem, qui simul cum die adfuerit.

2.

Pisce vescentem Homerus neminem dixit
Græcorum, sed carnes modo assabant, neque
coquentem eorum ostendit quenquam!
Et alias ne amicam quidem novit eorum
quisquam, sed se ipsos permolebant per decem annos:
acerbam vero viderunt militiam, qui, una
urbe capta, redierint anis longe latioribus,
quam fuit urbs tum capta.

3.

Ineptum quidem (est), vinum vetus semper bene
audire apud amicas, virum autem
non veterem, sed juniorem.

4.

Thasium aut Chium apprehendit
aut Lesbium senem nectar stillantem.

5.

— a. Sicon ego
madidus adsum et poculis obrutus.
b. Potastine tu? a. Per Jovem, potavi
Mendæum.

nostræ ed. *Both.*) : sed Atticorum quoque civium, ut ostendit titulus Corp. Inscriptt. Bœckhii 1, p. 292, 53; et in nova comœdia Sicon partes sustinuisse videtur hominis liberaliter prodigi. Themistius Orat. 34, p. 462 ed. Dind. : τὸ δὲ καὶ τοῖς χρήσασθαι δεηθεῖσι δοῦναι δωρεὰν, καὶ πλείονός γε [δοῦναι δωρεὰν] ἢ ὅσῳ χρῆσθαι ᾔτησε, ... τίνα Ἀλκιβιάδην οὐχ ὑπερβαίνει; τίνα Σίκωνα οὐκ ἀποφαίνει Σμικρίνην; Σίκωνα codex, nec recte Majus et Dind. Κίμωνα : Sicon Smicrinæ, homini sordide avaro, opponitur : v. ann. ad Menandrum p. 49. » *E M.* V. 4 Μενδαῖον (οἶνον). Vinum ignobile Macedonicum (v. Thuc. 4, 123, etc.), vili pretio coemptum et immoderate haustum a servulo. Legebatur πέπωκ' ἐγὼ μὰ Δία Μενδ., quæ correxit Hanovius Exerc. critt. p. 45.

6.

Ib. p. 28, F : μέμνηται δὲ οὗτος (Eubulus) καὶ Ψιθίου οἴνου·

Οἶνον γάρ με Ψίθιον γεύσας
ἡδὺν ἄκρατον, διψῶντα λαβὼν
ὄξει παίει πρὸς τὰ στήθη.

V. 1 ψιθίου BCD, ψυθίου VL. Illud nomen plerique habent Plinii codd., item Statius Silv. 4, 9, 38; sed alterum quoque ostendit Plinius, sicut Nicander Alexiph. 181, Hesych. v. Ψιθία, Columella R. R. 3, 2, 24. Plinius H. N. 14, 9 : *Psithium (Psythium) et Melampsithium passi genera sunt, suum saporem, non vini, referentia.* Virgilius Georg. 2, 93 : *passo Psithia* (vitis) *utilior*, ubi v. interpp. « Hoc ille dicit : Quum antea Psythium (*Psithium* malim. *Both.*) vinum mihi degustandum dedisset, nunc, sitientem videns, acetum (h. e. vile vinum) infundit. Γεύειν cum accusativo et personæ et rei conjunxit etiam Theopompus Incert. 13, simul voce ὄξος ita usurpata :

— Τοὺς Ἕλληνας ἥδιστον ποτὸν
ἐλευθερίας γεύσαντες ὄξος ἐνέχεαν.

V. 3 ὄξει παίει, ut Καταχολλ. 1, ἀκράτῳ χροῦε· Timocles Conis. 1 : πατάξω σε μεγάλοις ποτηρίοις· Amphis Ἐρίθων fr. 2 :

ὁ παῖς σοβείτω τοῖς ποτηρίοις πυκνοῖς.

Athen. p. 168, B, διασειόμενοι τοὺς κροτάφους ὑπὸ τοῦ ἀκράτου. Plautus Cas. 3, 5, 16 : *Se percussit flore Liberi;* Ovidius Remed. am 145 : *multo tempora quassa mero.* » *E M.*

7.

Ib. D : E. δέ φησι

— Κνίδια κεράμια,
Σικελὰ βατάνια, Μεγαρικά (τε) πιθάκνια.

Libri Σικελικά, ut Καταχολλ. 2, quod est glossema formæ exquisitioris et metro aptæ, quam Mein. restituit. Τὲ versui supplendo necessarium fuit, cui simile πι- vicinum offecerit.

8.

Ib. p. 29, A, ubi de variis generibus vini disserit : E.

Ὁ Λευκάδιος πάρεστι, καὶ (μὴν) μελίτιον,
οἰνίσκος οὕτω πότιμος.

Versu 1 BCD μιλίττιος, V μιλήσσιον, L μιλήσιος, quod quidem legitur in vulgatis libris. Sed bene monet Mein. Milesium vinum nusquam commemorari, neque se dubitare quin aliud nomen lateat. Id sane est μελίτιον, quod etiam μελίτειον dicitur, aliunde notum et hoc l. nominatum οἰνίσκος, ut simile vino passo. Addidi μήν. V. 2 οὕτω πότ., *sic potabile*, h. e. sine cibo, ante cœnam, ut ejusmodi potiones bibi solent, vel *sic*, ut Terentius Heaut. 3, 1, 49, *sic hoc*, h. e. secundum Faernum mediocriter, germanice *so so.* Sed prior ratio magis placet. Inepte cod. L οὔπω π.

9.

Ib. p. 34, D : E. δέ πού φησι

— Γύναι,
ῥάφανόν με νομίσασ' εἰς ἐμὲ σὺ τὴν κραιπάλην
μέλλεις ἀφεῖναι πᾶσαν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖς.

« Crapulam brassica sedari crediderunt, ut multis scriptorum locis probavit Ath. » *E M.* « Compellatur his verbis mulier vini iræque plena; quæ quum vehementer invecta esset in hominem nescio quem (in maritum, opinor. *Both.*), ille, *Videris*, inquit, *me habere pro brassica, in quam omnem tuam crapulam effundas.* » *E Jacobsii* annotatis.

6.

Vinum enim Psithium quum degustandum mihi [dederit,
merum dulce, (jam) sitientem inveniens
aceto perculit pectus.

7.

— Cnidiæ testæ,
Siculæ patellæ, et Megarica vascula.

8.

Leucadium (vinum) adest, et vero melition,
vinum sic potabile.

9.

— Mulier,
brassicam me putans in me crapulam
vis omnem effundere, ut mihi videris.

10.

Athen. 2, p. 43, C : τὸ ὕδωρ ποταμοῦ σῶμά φησί που E. ὁ κωμῳδιοποιὸς εἰρηκέναι Χαιρήμονα τὸν τραγικόν,

Ἐπεὶ δὲ σηκῶν περιβολὰς ἠμείψαμεν,
ὕδατά τε, ποταμοῦ σῶμα, διαπεράσιμ' ἦν,
χἠμῶν δὲ πᾶσα δύναμις ὑδάτων ἄρδεται.

Versu 2 et 3 libri ὕδωρ τε π. σ. διεπεράσαμεν, καὶ ἡμῶν δὲ π. δ. ἐξ ὑδάτων ἄ., in quibus ὕδωρ videtur esse glossema τοῦ ὕδατα, nec ferendum διεπ., quasi re acta, quum illi nondum transierint fluvium, sed in eo sint, ut id faciant; inconcinna ista καὶ ἡμῶν (in quibus καὶ valet, quod *atque* apud Plautum Epidico versu 208, ubi v. ann.) miror tam diu relicta esse; ab interprete adscriptum ἐξ delevit Schweigh. De δὲ emphatico v. ann. ad Soph. El. 27. Ceterum Meinek. ita de hoc fr. disserit : « Duo priores versus,

Ἐπεὶ δὲ σηκῶν περιβολὰς ἠμείψαμεν,
ὕδωρ τε, ποταμοῦ σῶμα, διεπεράσαμεν,

Chæremonis tragici esse vix dubitare licet. Eubuli autem locum, in quo ipsum illud ποταμοῦ σῶμα irriserat, per epitomatorem excidisse suspicor. Tertius versus fortasse neque Chæremonis est neque Eubuli. Eustath. p. 1545, 43 : τὸ δὲ ἐς ποταμοῦ προχοὰς ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ σῶμα τοῦ ποταμοῦ... ἐνταῦθα δὲ χρήσιμον τὸ « Ἐπεὶ δὲ σ.... διεπεράσαμεν », ὃ δὴ Χαιρήμονος λέγεται εἶναι τοῦ τραγικοῦ. »

11.

Ib. F : E. « εὑρετικούς φησι τὸ ὕδωρ ποιεῖν τοὺς πίνοντας αὐτὸ μόνον, τὸν δ' οἶνον ἡμῶν τῷ φρονεῖν ἐπισκοτεῖν. » τὰ αὐτὰ δὲ ἰαμβεῖα καὶ Ὠφελίων φησίν. Versus restituas ita scribendo,

Ὕδωρ μόνον πίνοντας εὑρετικοὺς ποιεῖ,
ὁ δ' οἶνος ἡμῶν τῷ φρονεῖν ἐπισκοτεῖ.

« Plinius H. N. 23, 1, 23 : *In proverbium cessit, sapientiam vino obumbrari*. Hyginus Astron. 29, p. 404 : *Eubulus autem Cecropem demonstrat esse* (aquarium), *antiquitatem generis commemorans et ostendens : antequam vinum traditum sit hominibus, aqua in sacrificiis deorum usos esse et ante regnasse Cecropem quam vinum sit inventum :* si tamen hæc recte ad Eubulum comicum retulimus. » *E M.*

12.

Ib. p. 47, F : ὅτι δὲ καὶ τρίκλινοι οἶκοι, καὶ τετράκλινοι, καὶ ἑπτάκλινοι, καὶ κατὰ τοὺς ἑξῆς ἀριθμούς, ἦσαν παρὰ τοῖς παλαιοῖς.... E.

α. Θὲς ἑπτάκλινον. β. Ἑπτάκλινος οὑτοσί.
α. Καὶ πέντε κλίνας Σικελικάς. β. Λέγ' ἄλλο τι.
α. Σικελικὰ προσκεφάλαια πέντε.

Cf. Phrynichi Incert. 5, hoc eodem loco laudatum. Οἶκοι passim sunt *cubicula*, hic autem *tentoria*, ut Hom. Iliad. 24, 471, cito illa ponenda. Meinekius : « Ex eadem fabulæ scena petita esse videntur quæ Athen. p. 49, C, servavit, ubi de tripodibus agit : E., « Τρίποδες οὗτοι πέντε σοι καὶ πέντε. β. Πεντηκοστολόγος γενήσομαι. » Quæ vide an sic conjungi possint cum superioribus, v. 3 :

α. Σικελικὰ προσκεφάλαια πέντε. (β. Λέγ' ἕτερον.
α. Καὶ πέντε τρίποδας.) β. Τρίποδες οὗτοι πέντε σοι.
α. Καὶ πέντε — β. Πεντηκοστολόγος γενήσομαι. »

13.

Ib. p. 52, B, ubi de καρύοις agitur :

— Φηγούς, κάρυα Καρύστια.

14.

Schol. Venet. ad Aristoph. Av. 1047 : ὡς ἐν τούτῳ (mense Munychione) ἐναγομένων (in judicia propter lites) ξένων, ἀπὸ τῶν πόλεων καλουμένων. οὐκ ἦν δὲ, * ἀλλ' ὁ Μαιμακτηριών, ὡς Φιλ. ἐν Μησὶ δηλοῖ « Τίς ἐστι Μαιμακτηριών; μὴν δικάσιμος. » Ita hæc interpuncta fucum fecerunt scholiastæ. Scribendum una sententia

Τίς ἐστι Μαιμακτηριὼν μὴν δικάσιμος;

Quisnam est judicialis mensis Mæmacterion? recte ille his negat, Mæmacterionem esse talem mensem, quod alter putaverat. Aristophanes Av. post 966 nostræ ed. : Καλοῦμαι Πεισθέταιρον ὕβρεως ἐς τὸν Μουνυχιῶνα μῆνα. V. ibi ann. Fortasse ἀλλ' in scholio delendum est, tanquam a non intelligente allitum.

X. ΟΙΝΟΠΙΩΝ

Conf. Nicostrati fabulam cognominem.

1.

Athen. 8, p. 280, D, de iis, qui ante Epicurum voluptatem commendaverint : Φιλ. Κυναγίδι (sic) ... καὶ ἐν Οἰνοπίωνι δὲ ὁ αὐτός φησι

— Θνητῶν δ' ὅσοι
καλῶς ἔχοντες ἄφθονον ζῶσιν βίον,
ἐγὼ μὲν αὐτοὺς (ἂν) ἀθλίους εἶναι λέγω
δήπουθεν· οὐ γὰρ ἔγχελυν θανὼν φάγοις,
οὐδ' ἐν νεκροῖσι πέττεται γαμήλιος.

Versu 2 libri κακῶς, mendo vix credibili, de quo cf. schol. ad Odyss. 17, 176; 23, 310, Æschyli Cho. 131, Euripidis Hel. 234 seq. et 401. Iidem per librariorum negligentiam, qui neque syllabarum quantitatem ubique curant, nec fere artem didicerunt poetarum, qua voces præcipuæ ictibus versuum supponuntur (huc accedit quod olim libri compendii causa rarius describebantur quam dictabantur, in quo non potuit quin forte scriptores nisi verba ipsa, certe verborum ordinem, hic illic mutarent), ὅσοι | ζῶσιν κακῶς ἔχοντες ἄφθονον βίον | ἐγὼ μὲν αὐτοὺς ἀθλίους εἶναι λέγω· | οὐ γὰρ θανὼν γε δήπουθ' (B P δήπουθεν. Porson. et Mein. δήπουθ' ἂν) ἔγχελυν φάγοις. Δήπουθεν extrema sententia vel ejus parte habet etiam Aristoph. Plut. 140, sicut δήπου ibidem 487, et Pac. 880. V. 5 πέττεται pro πέπτεται cod. P, Eust. p. 1156, 48. Gramm. Bekkeri Anecd. p. 229, 30, Γαμήλιος : ὁ εἰς τοὺς γάμους πλασσόμενος πλακοῦς.

2. 3.

Idem 4, p. 169, E : πατάνιον (v. Eubuli Κατακολλ. fr. 2) δὲ διὰ τοῦ π. Ἀντιφάνης, ... Φιλ. Οἰνοπίωνι,

Ὁ μάγειρος οὗτος Πατανίων προσελθέτω.

FACIFERI.

Et manui grave carnis suillæ,
a Thessalo secatum, frustum.

MELEAGER.

Non mulieris est superbia : domum, quæso,
rursus abi, virgo!

MENSES.

Quis judicialis mensis est Mæmacterion?

OENOPION.

1.

— Mortalium quotquot
bene opulentam vitam vivunt,
equidem eos miseros esse dixerim
scilicet : neque enim mortuus anguillam edas,
neque apud Inferos coquitur nuptialis placenta.

2.

Coquus hic Patanion accedat.

καὶ πάλιν

Πλείους Στρατονίκου τοὺς μαθητάς μοι δοκεῖ
ἕξειν Πατανίων.

Πατανίων pro πατ. utrobique Schweigh. et Mein., qui similiter formatum nomen cauponis Πιθακνίων Alciphr. Epist. 3, 18, 19, et Democlis parasiti cognomen Λαγυνίων Athen. 13, p. 584, F, commemorat, multis aliis hujuscemodi, ut ait, omissis. De *Stratonico*, citharista celeberrimo (sed nimis ingenioso : v. Ælian. V. H. 14, 14 : quippe propter satiram quandam supplicio capitis affectus est a Nicocle, luxurioso (v. Ælian. ib. 7, 2) rege Cypri. *Both.*), laudant Athenæum 8, cap. 41-45.

De quarto hujus fab. fragmento vide Nicostrati OEnopionem.

XI. ΤΗΡΕΥΣ.

Athen. 10, p. 430, D : Φιλ. δ' ἐν Τηρεῖ δύο ὕδατος πρὸς τρεῖς ἀκράτου. λέγει δὲ οὕτως,

— Πεπωκέναι δοκεῖ τὸν κατὰ δύο
καὶ τρεῖς ἀκράτου.

Eust. ad Odyss. 9, p. 1624, 56 : οὕτω καὶ τὸ δύο ὕδατος πρὸς τρεῖς ἀκράτου. Φιλ. « Πεπωκέναι δεῖ (sic) τὸν κατὰ δύο καὶ τρεῖς ἀκρ. »

2.

Idem 3, p. 106, E : ἑξῆς εἰσεκομίσθη ταγηνιστὰ ἥπατα, περιειλημμένα τῷ καλουμένῳ ἐπίπλῳ, ὃν Φιλ. ἐν Τηρεῖ ἐπίπλοιον (sic) εἴρηκεν. ὁ μὲν ἐπίπλους παρ' Ἐπιχάρμῳ ἐν Βάκχαις,

Καὶ τὸν ἄρτον ἐπικαλύψας ἐπιπλόῳ,

καὶ ἐν Θεαροῖς

Ὀσφύος πέρι κἀπίπλου,

καὶ ὁ Χῖος δὲ Ἴων ἐν ταῖς Ἐπιδημίαις ἔφη « τῷ ἐπίπλῳ ἐπικαλύψας. » « Phil. hoc nomen neutro genere dixisse videtur (?). Pollux 4, 224 : Ἀντιφῶν δὲ αὐτὸν (ἐπίπλουν) καὶ ἀρσενικῶς καὶ οὐδετέρως καλεῖ ἐν * τωυθα σύνοψις (leg. ἐν τῷ θ' συνόψεως) τῶν κατ' ἄνθρωπον. Liber sic Antiphontis medici, patria Delii, de quo Clemens Alex. Pæd. 2, p. 140 ed. Col. : Ἀντιφάνης (leg. Ἀντιφῶν) δὲ ὁ Δήλιος, ἰατρὸς, καὶ μίαν τῶν νόσου αἰτιῶν εἴρηκε τῶν ἐδεσμάτων τὴν πολυείδειαν. Cf. Eubulus Sem. 3. » *E M.*

XII. ΦΙΛΑΥΛΟΣ.

Athen. 14, p. 633, E : καταπαύσω τὸ πολυλογεῖν, τὰ ἐκ Φιλαύλου Φιλεταίρου ἐπειπών,

Ὦ Ζεῦ, καλόν γ' ἔστ' ἀποθανεῖν αὐλούμενον·
τούτοις ἐν ᾅδου γὰρ μόνοις ἐξουσία
ἀφροδισιάζειν ἐστὶν, οἱ δὲ τοὺς τρόπους
ῥυπαροὺς ἔχοντες μουσικῆς ἀπειρίᾳ
εἰς τὸν πίθον φέρουσι τὸν τετρημένον.

Versu 1 libri ἐστίν. « Αὐλούμενον, *tibiæ cantu delinitum*, ut apud Apollodorum Athen. 7, p. 215, E, Antigonum Caryst. ib. 8, p. 280, F, Strabonem 15, p. 550. Ita etiam, citante Schweigh., ψαλλόμενος apud Machonem Athen. 8, p. 348, F. » *E M.*

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Athen. 1, p. 21, C : Φιλ. ἢ Ἄμφις,

Ἀμφίβαλλε στέρνοις φᾶρος!
οὐ καθήσεις, τάλαν, μηδ' ἀγροίκως ἄνω γόνατος ἀμφέξει;

Euštath. ad Hom. p. 1164, 36 : σκώπτων τις ἀρρυθμίαν φησὶν « Ἀμφίβαλλε στέρνοις (sic cod. L ap. Athenæum, cujus ceteri ἀμφὶ στέρνοις) φᾶρος. οὐ * καθίσεις, τάλαν,... ἀμφέξῃ. » δοκεῖ γὰρ ὁ σκωπτόμενος ψιλὰ ἐνδύσεως προφαίνειν τὰ σκέλη, ἔχειν δὲ καὶ τὸ προκόλπιον ἄπολυτον. Prior horum versuum lyricorum constat ex trochæo et antispasto, ut Soph. OEdip. Tyr. 630 ed. nostræ; posterior est creticus hexameter cat. (—υ—|—υ—|—υ—|—υ—|ϖυ—|—ϖ), cujus similem sed solutiorem invenio in Eur. Hecuba 1041 hunc,

αἰθέρ' ἀμπτάμενος οὐράνιον ὑψιπέτες εἰς μέλαθρον, Ὠρίων,

et proximos ita scribo :

ἢ Σείριος ἔνθα πυρὸς φλογέας (anap. dim.)
ἀφίησιν ὄσσων αὐγὰς (antisp. dim.),
ἢ τὸν ἔσω ἀίδα μελανοχρῶτα πορθμὸν ᾄξω τάλας; (do. tr.)

3.

Plures quam Stratonicus discipulos mihi videtur
habiturus esse Patanion.

TEREUS.

1.

— Bibisse mihi videtur potum duarum (partium
ac trium meri. [aquæ)

TIBIARUM AMATOR.

Proh Juppiter! dulce est mori tibia delinitum!
his enim in Orco solis potestas est
amorum; putide autem
morati musicæ imperitia
ferunt in vas pertusum.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Circumjice pectori vestem!
non demittes, miser, nec rustice supra genu amicieris?

2.

Pollux 7, 46 : εἴδη δὲ ἐσθήτων ἀνδρικῶν μὴν (mendose codd. μὲν) χλαμὺς, ἡ μὲν δλόλευχος, ὡς Φιλ. ὁ κωμῳδιοδιδάσκαλος ὠνόμασεν.

XLIX.

AMPHIS.

« Hunc non veteris comœdiæ poetis secundum Fabricium Bibl. Gr. 2, p. 410, sed μέσοις annumerandum esse, præter argumenta dramatum ostendit Pollux 1, 233, ubi dicens, mediæ comœdiæ scriptores distinxisse inter συκάμινος et συκάμινον, respexisse videtur Amphidis Incert. 6. Cf. Pollux 7, 17. Præterea Platonis, Sinopes, Nannii, aliorumque, quorum frequens illa ætate memoria, æqualem eum fuisse docet Diogenes Laert. 3, 27, et Athen. 13, p. 567, F, et Phrynen commemorans ib. p. 591, D, vitam minimum ad olymp. 112 (ante Chr. nat. 331-328) produxit. Atheniensem dicit Suidas v. Ἄμφις. Nomen viri subinde in Ἀμφίας et Ἀγίας mutatum est, velut Polluc. 3, 36 : Ἀγίας (Ms. Ἀμφίας) ὁ κωμικὸς, et fortasse Antiatt. p. 113, Πυξίον, ὅπου οἱ ζωγράφοι γράφουσιν. Ἀγίας Ζωγράφῳ. Quanquam potest ut Ἄμφις et Ἀμφίας (Thuc. 4, 119) nonnisi diversæ formæ sint ejusdem nominis, sicut Ἔλπις et Ἐλπίας, Λῦσις et Λυσίας, Μάντις et Μαντίας, Τέλλις et Τελλίας, aliaque hujusmodi nomina indistincte dicuntur. — Fabularum tituli supersunt viginti sex; duarum fragmenta nulla supersunt, Ἀχχοῦς, et Ἀλειπτρίας. » *E Mein.* Hist. crit. Com., ubi v. disputantem de titulis illis p. 404 seqq.

I. ΑΘΑΜΑΣ.

Athen. 13, p. 559, A : Ἄμφις δ' ἐν Ἀθάμαντι,

Εἶτ' οὐ γυναικός ἐστιν εὐνοϊκώτερον
γαμετῆς ἑταίρα; πολύ γε, καὶ μάλ' εἰκότως.
Ἡ μὲν ἀνόμων γὰρ καταφρονοῦσ' ἔνδον μένει·
ἡ δ' οἶδεν, ὅτι ἢ τοῖς τρόποις ὠνητέος
ἄνθρωπός ἐστιν, ἢ πρὸς ἄλλον ἀπιτέον.

Versu 3 libri ἡ μὲν νόμῳ etc., trepidantibus viris doctis. Perversa Canterus sententia νόμων, *legum*, quibus confidit nupta, nedum eas spernat. Immo ἀνόμων, *illegitimorum*, concubinatus, vitæ meretriciæ. Forte periit ἀ, simile v litteræ, qua de re ad Antiphanis Ἀγρ. 1. Cf. etiam Γυναικοκρ. Vulgatum νόμῳ ita explicat Grotius : « uxores superbas esse legum fiducia, quæ dimitti vetant nisi dote reddita. »

II. ΑΛΚΜΑΙΩΝ.

Hanc comœdiam, pariter ac Mnesimachi cognominem, non ad fabulosum illum Alcmæonem spectare, sed ad Pythagoreum philosophum, de quo præter alios Diog. Laert. 8, 37, censet Mein.; sed ejus dramatis una tantummodo vox superest, ex qua quid in utramvis partem efficias?

1.

Pollux 10, 170 : καὶ περιθέτην δὲ (sc. κόμην), ὡς ἐν Ἄμφιδος Ἀλκμαίωνι καὶ Μενάνδρου Ὀλυνθίᾳ.

III. ΑΜΠΕΛΟΥΡΓΟΣ.

1.

Stobæus Floril. 60, 1, cum lemmate Ἄμφιδος ἐξ Ἀμπελουργοῦ e cod. A.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀτυχίας ἀνθρωπίνης
παραμύθιον γλυκύτερον ἐν βίῳ τέχνης·
ἐπὶ τοῦ μαθήματος γὰρ ἑστηκὼς ὁ νοῦς
αὑτοῦ λέληθε παραπλέων τὰς συμφοράς.

Versu 4 libri αὐτοῦ. Meinek. malit αὑτόν, sed aptius conjungi dicas verba αὑτοῦ τὰς συμφοράς.

2.

Ib. 104, 6, cum eodem lemmate.

Ἐν οἷς ἂν ἀτυχήσῃ τις ἄνθρωπος τόποις,
ἥκιστα τούτοις πλησιάζων ἥδεται.

Phædrus, citante Valckenario (1, 18) :
Nemo libenter recolit, qui læsit, locum.

3.

Pollux 9, 88 : παρὰ μέντοι τοῖς Δωριεῦσι καὶ (?) τὸ κέρμα ἐστὶν εἰρημένον. εὕροι δ' ἄν τις αὐτὸ καὶ

ATHAMAS.

Tandem non est prudentior nuptâ
muliere amica? longe quidem, et id prorsus consentaneo modo :
nam altera illegitimis contemptis intus manet;
altera vero scit, aut moribus emendum esse
hominem, aut ad alium ipsi abeundum.

VINITOR.

1.

Nullum est humanæ calamitatis
solatium dulcius in vita quam ars :
quippe scientiæ mens insistens
clam se ipsa infortunia sua præternavigat.

2.

Quibus in locis homo aliquis male habuit,
iis perquam invitus appropinquat.

παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ Ἄμφιδος Ἀμπελουργῷ

Μικρόν τι κέρμα.

Et 7, 170 : κέρμα ἑνικῶς Ἄμφις εἴρηκεν ἐν Ἀμπ. Pluralis κέρματα frequentior. Suspicor, Pollucem ita scripsisse : παρὰ μ. τοῖς Δωρ. χάρτα τὸ κέρμα ἐστὶν εἰρ. Certe καὶ ægre conciliandum est sequentibus.

IV. ΑΜΦΙΚΡΑΤΗΣ.

Diogenes Laert. 3, 26 et 27 : τοιοῦτος ὢν (Πλάτων) ὅμως ἐσκώφθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν κωμικῶν ... Ἄμφις Ἀμφικράτει,

Τὸ δ' ἀγαθὸν, ὅ τι πότ' ἐστὶν, οὗ σὺ τυγχάνειν
μέλλεις διὰ ταύτην, ἧττον οἶδα τοῦτ' ἐγὼ,
ὦ δέσποτ', ἢ τὸ Πλάτωνος ἀγαθόν. Πρόσεχε δή!

Hinc petiit Hesych. Miles. p. 48.

V. ΒΑΛΑΝΕΙΟΝ.

Athen. 3, p. 123, E : τὸ δὲ χλιαρὸν ὕδωρ Ἀθηναῖοι μετάκερας καλοῦσιν, ὡς Σώφιλος ἐν Ἀνδροκλεῖ .... Ἄμφις δ' ἐν Βαλανείῳ,

Ἀνεβόησ' ὕδωρ ἐνεγκεῖν θερμὸν, ἄλλος μετάκερας.

VI. ΓΥΝΑΙΚΟΚΡΑΤΙΑ.

Meinek. de Alexidis dramate cognomini, Hist. crit. Com. p. 398, sic fere : « Scilicet illis temporibus, quibus permulti Athenienses insano quodam Laconicarum rerum studio ferebantur, etiam mulieres, quum magnas sui generis prærogativas apud Lacedæmonios esse viderent (Aristot. Polit. 2, 7, 9), libido invasit in majorem se libertatem vindicandi omniaque suo arbitrio agendi. Id in lusum jocumque verterint Alexis et Amphis, exemplo fortasse Aristophanis Ecclesiazusis, ut haud inepte conjicit Bœttiger. Opusc. 1, p. 301. »

Athen. 8, p. 336, C : καὶ ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ δὲ Γυναικοκρατίᾳ τὰ ὅμοια λέγει (Ἄμφις)·

Πῖνε, παῖζε! θνητὸς ὁ βίος· ὀλίγος οὑπὶ γῇ χρόνος,
ἀθάνατος δ' ὁ θάνατός ἐστιν, ἂν ἅπαξ τις ἀποθάνῃ.

Versu 1 libri Π. καὶ παῖζε. Correxit Muretus V. L. 19, 3. V. 2 iidem θάνατος δ' ὁ θάνατος, quum forte littera initialis periisset, quod mendorum genus satis frequens commemoravi ann. ad Acharn. 32 ; cf. Athamantem. Emendavit Elmsleius. « Theophylactus Hist. 3, 13 : ἀδοξίαν μετὰ σωτηρίας, ἄνδρες, αἰσχύνεσθε· τοῦτο θάνατός ἐστιν ἀθάνατος. » *F. M.*

VII. ΓΥΝΑΙΚΟΜΑΝΙΑ.

1.

Athen. 14, p. 642, A : ἐδίδοτο δὲ καὶ ᾠὸν ἐν τῇ δευτέρᾳ τραπέζῃ .... Ἄμφις δ' ἐν Γυναικομανίᾳ,

α. Ἤδη ποτ' ἤκουσας « βίον ἀληλεσμένον » ;
β. Ἦ (τοῦτ' ἐκεῖνο ;) α. Τοῦτ' ἐκεῖν' ἔστιν σαφῶς,
ἄμητες, οἶνος ἡδὺς, ᾠὰ, σησαμαῖ,
μύρον, στέφανος, αὐλητρίς. β. Ὦ Διοσκόρω,
ὀνόματα τῶν δώδεκα θεῶν διελήλυθας!

Versu 1 vulgo ἀληλεμένον, quod inusitatum. Correxerunt Schweigh. et Dind. « Ἀληλεσμένος βίος, *molita vita* (quidam βίος ἀληλιμμένος, *uncta vita*, ut Cas. annotavit), proverbio dicitur significante lautiorem vitam, primorum hominum glandibus contentæ oppositam ; de quo cf. Suidas h. v., Porphyr. De abstin. 2, 6, et parœmiographorum verba, quæ Schweigh. adscripsit. V. 2 libri αι τοῦτ' ἐκ. ἔστιν σαφῶς. De αι et η confusis v. indices Homeri et Æschyli. Alienum ναὶ, de quo cogitabat Schweigh. relicta lacuna, quam verosimiliter explevimus. Etiam h. l., ut passim, incogitantes librarii similia omiserunt.

2.

Idem 9, p. 386, E : τοῦ μὲν ὀλβιογάστορος Ἄμφις μέμνηται ἐν Γυναικομανίᾳ, οὑτωσὶ λέγων·

3.

Parvus aliquis nummulus.

AMPHICRATES.

Bonum vero, quid tandem sit, quod tu
per hanc accipies, minus ego scio,
domine, quam Platonis bonum. Attende sane!

BALNEUM.

Clamavit calidam ferri aquam, alius temperatam.

IMPERIUM MULIEBRE.

Bibe, lude! mortalis vita, breve tempus in terra,
neque moritur mors, si quis semel exstinctus est.

INSANUM MULIERUM STUDIUM.

1.

a. Audistin' unquam de vita molita?
b. An (hoc illud est ?) a. Plane hoc illud est,
placentæ, vinum dulce, ova, sesama,
unguentum, corona, tibicina. b. O Dioscuri,
nomina duodecim deorum commemoravisti!

Εὐρύβατε κνισολοιχὲ, (λεῖχ'!) οὐκ ἔσθ' ὅπως
οὐκ ὀλβιογάστωρ εἶ σύ.

Sic etiam, nomine poetæ omisso, Eust. ad Iliad. p. 402, 12, nisi quod habet κνισσολοιχὲ, quam scripturam recte judicat Elmsl. ad Acharn. 976. Forte neglectum esse videtur sententiæ aptum et τῷ -λοιχε simile λεῖχ', habentque codd. PV κνισολεῖχε. « De Eurybati nomine ad convicia traducto v. Lobeck. Aglaoph. p. 1306, Taylor. ad Æschinem C. Ctes. p. 527 Reisk., Apulejus 1, p. 321 Alt., Aristides 3, p. 327, A, ubi cum Phrynonda (de quo v. Ar. Thesmoph. 819) conjungitur. » *E M.*

3.

Hesych. Εὐχυβεῖν : ὅπερ νῦν εὐβολεῖν. Ἄμφις ἐν Γυναικομανίᾳ. « Εὐχυβεῖν (de quo verbo Pollux 7, 204; 9, 94), quod postulat series litterarum, pro εὐχολεῖν restituit J. F. Gronovius. Cetera pro eo quod in codice legitur, Ἀμφεῖς δὲ γυναικομανίαν, Toupius Emend. 1, p. 406. » *E M.*

VIII. ΔΑΚΤΥΛΙΟΣ.

Antiatt. p. 104, 25, Κατ' ἀγρόν : ἀντὶ τοῦ ἐν ἀγρῷ. Ἀμφ. Δακτυλίῳ.

IX. ΔΕΞΙΔΗΜΙΔΗΣ.

Diogenes Laert. 3, 26 et 28 : τοιοῦτος δ' ὢν (Plato) ὅμως ἐσκώφθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν κωμικῶν ... Ἄμφις Ἀμφικράτει ... ἐν δὲ Δεξιδημίδῃ,

— Ὦ Πλάτων,
ὡς οὐδὲν οἶσθα πλὴν σκυθρωπάζειν μόνον
ὥσπερ κοχλίας σεμνῶς ἐπηρκὼς τὰς ὀφρῦς!

« Codex Monac. ἐν δ' ἐξιδημήδῃ, Vindob. duo ἐν δὲ ξιμήδῃ, Ambros. *endeximide*. Ex his conjicias, titulum fabulæ fuisse potius Δεξιμήδης « *E Mein.* Qui nunc probat Suidæ v. Σκυθρωπάζειν lectionem, ὡς οὐδὲν ἦσθα πλὴν σκ. etc.

X. ΔΙΘΥΡΑΜΒΟΣ.

1.

Athen. 4, p. 174, F : ὀνομάζονται δὲ οἱ αὐλοὶ γίγγροι ὑπὸ τῶν Φοινίκων ἀπὸ τῶν περὶ Ἄδωνιν θρήνων· τὸν γὰρ Ἄδωνιν Γίγγρην καλεῖτε ὑμεῖς οἱ Φοίνικες, ὡς ἱστορεῖ Δημοκλείδης. μνημονεύει τῶν γίγγρων αὐλῶν Ἀντιφάνης ἐν Ἰατρῷ, καὶ Μένανδρος ἐν Καρίνῃ, Ἄμφις τ' ἐν Διθυράμβῳ, λέγων οὕτως·

α. Ἔχω δὲ τὸν γίγραντα, τὸν σοφώτατον.
β. Τίς δ' ἔσθ' ὁ γίγγρας; α. Καινὸν ἐξεύρημά τι
ἡμέτερον, ὃ θεάτρῳ μὲν οὐδεπώποτε
δείχθη γ', Ἀθήνησιν δὲ κατακεχρημένον
ἐν συμποσίοις ἤδη 'στί. β. Διὰ τί δ' οὐκ ἄγεις
εἰς τὸν ὄχλον αὐτό; α. Διότι φυλὴν περιμένω
σφόδρα φιλονεικοῦσαν λαχεῖν τιν'· οἶδα γὰρ
ὅτι πάντα πράγματ' ἀνατριαινώσει κρότοις.

Versu 1 sic cod. B; ceteri γίγγραν τε. V. 3 Dobræus οὐδεὶς πώποτε ἔδειξ'. V. 4 libri ἐδείχθη. De omisso nonnunquam a Tragicis augmento v. ann. ad Soph. Trachin. 244, suspicorque, etiam apud Aristoph. Av. 470 pro κἄρτι καθεῦδον satis fuisse scribi κᾆτα κάθευδον. Certe a Comicis omissum augmentum non abjudicem. V. 5 probabiliter Dind. et Mein. ἤδη 'στὶ pro ἥδιστον. V. 6 Meinek. ὄχλον αὐτὸν, ex cod. B. V. 8 ita Dindorf. pro ἀνατριαίνωσι. « Plato com. Hell. fragm. : 3 · πάντα ταῦτα συντριαινῶν ἀπολέσω. Sed πράγματ' ex Casauboni conjectura fluxisse videtur. Fortasse : ὅτι πάντα πάντως ἀνατριαινώσει κρότος. » *E M.*

2.

Athen. 13, p. 563, C : περὶ δὲ τοῦ ἐρᾶν Ἄμφις ἐν Διθυράμβῳ φησὶ

Τί φῄς; σὺ ταυτὶ προσδοκᾷς πείσειν ἔμ', ὡς
ἔρως τις ἐστὶν, ὅστις, ὡραῖον φιλῶν,
τρόπων ἐραστής ἐστι, τὴν ὄψιν παρείς,

2

Eurybate adipis linctor, (linge) non potest
quin sis ventre beatus.

DEXIDEMIDES.

— O Plato,
ut nihil scis nisi moroso esse vultu,
sicut cochlea, graviter adductis superciliis!

DITHYRAMBUS.

1.

a. Habeo autem gingrantem sapientissimam.
b. Et quænam est gingras (tibia)? a. Novum quoddam inventum
nostrum, quod theatro quidem nunquam adhuc
ostensum est, Athenis autem jam usurpatur
in conviviis. b. Cur vero id non induceis
in vulgum? a. Quia tribum exspecto
valde æmulantem aliquam me nacturum esse: scio enim
omnia illam ceu tonitru concussuram esse plausibus.

2.

Quid ais? tune exspectas fore, ut mihi persuadeas,
amorem esse, si quis, venustum amans,
morum amator est, neglecto adspectu

ἄφρων γ' ἀληθῶς; οὔτε τουτὶ πείθομαι,
οὔθ', ὡς πένης ἄνθρωπος, ἐνοχλῶν πολλάκις
τοῖς εὐποροῦσιν, οὐ λαβεῖν τι βούλεται.

Versu 1 et 2 libri

— πείσειν ἐμὲ,
ὡς ἔστ' ἐραστής, ὅστις ὡραίων φίλων
τρόπων, etc.

Non intercessissem, quominus legeretur π. ἐμὲ, ὡς etc., nisi hiatus ostenderet, poetam scripsisse ἔμ' ὡς..., quo reposito ferri nequeunt metri causa verba ἔστ' ἐραστής. Nec magis probandum esset, si quis id vellet, ἐστίν γ' ἐραστής, thesi obscurato nomine. Dedi igitur ἔρως τις, simile illud τῷ ἐραστής, et variata oratione, et ineleganter illatam vocem lucri faciens, ἔρως autem sub ictu collocans ex regula. Jacobsio debetur ὡραῖον φιλῶν : in libris genitivi ὡραίων φίλων τρόπων intolerabiliter collidunt. Versu 4 idem Jacobs. γ' pro τ'.

XI. ΕΠΤΑ ΕΠΙ ΘΗΒΑΣ.

Athen. 7, p. 295, E, de γλαύκῳ pisce testimonia poetarum afferens : ... Ἄμφις δ' ἐν Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις,

Γλαῦκοι δ' ὅλοι, ῥαχιστά (τε) καρήνων μέρη
εὔσαρκα.

Codd. ῥαχιστὰ κρανίων (calvarum!) μέλη, quum haud dubie capita balænarum et ejus generis piscium majora dicantur. De λ et ρ litteris subinde commutatis ad Eurip. Incert. 127, etc. « De verbo ῥαχίζειν, quod significat *discindere* (dissecare), Blomfield. dixit Gloss. Persarum 422. » *E M.*

XII. ΕΡΙΘΟΙ.

« Ἐρίθους Grotius in margine Stobæi interpretatur *Carminatrices*, sed v. Athen. fragm. 2. » *E M.*

1.

Stob. Floril. 56, 4, cum lemmate Ἄμφιδος Ἐρίθων.

Εἶτ' οὐχὶ χρυσοῦν ἐστι πρᾶγμ' ἐρημία;
ὁ πατήρ γε τοῦ ζῆν ἐστιν ἀνθρώποις ἀγρὸς,
πενίαν τε συγκρύπτειν ἐπίσταται μόνος·
ἄστυ δὲ θέατρον ἀτυχίας σαφοῦς γέμον.

V. 4 libri post θέατρον habent ἐστὶν, quod delevit Grotius.

2.

Athen. 10, p. 426, A : ἐγὼ δὲ κατὰ τοὺς Ἄμφιδος Ἐρίθους παρακελεύομαι·

Ὁ παῖς σοβείτω τοῖς ποτηρίοις συχνῶς.

Scripsi συχνῶς. ABCPV συχνούς. In C superscriptum συχνὰ, cujus interpretatio fuerit συχνῶς, male mutatum in συχνούς. Casaub. συχνοῖς.

3.

Photius p. 291, 2, et Suidas, Νεανισκεύεται: Ἄμφις Ἐρίθοις, Ποσείδιππος Δημόταις.

XIII. ΙΑΛΕΜΟΣ.

1.

Athen. 2, p. 69, B : Νίκανδρος ... βρένθιν λέγεσθαί φησι παρὰ Κυπρίοις θρίδακα, οὗ Ἄδωνις καταφαγὼν ὑπὸ τοῦ κάπρου διεφθάρη (per somnum, quem lactuca efficere dicitur : v. Stein. *Naturgesch.* 2, p. 131). Ἄμφις τε ἐν Ἰαλέμῳ φησὶν

Αἰαὶ θριδακίναις ταῖς κάκιστ' ἀπολουμέναις,
ἃς εἰ φάγοι τις ἐντὸς ἑξήκοντ' ἐτῶν,
ὁπότε γυναικὸς λαμβάνοι κοινωνίαν,
στρέφοιθ' ὅλην τὴν νύκτα, μηδὲ ἓν πλέον
ὧν βούλεται δρῶν, ἀντὶ τῆς δ' ὑπουργίας
τῇ χειρὶ τρίβων τὴν ἀναγκαίαν τύχην.

Versu 1 scripsi Αἰαὶ θριδ., ut Eur. Phœniss. 1413 : Αἰαὶ (sive Αἰαῖ), ἰώ μοί μοι. Codd. inepte Ἐν ταῖς θρ. sed αιαι forte videtur abiisse in αιται vel αιταῖς, deinde in ετες, εε, et altero ε omisso in ε, pro quo dederint intelligibile ἐν. Passim αι et ε confusa. V. 4 codd. μηδὲν πλέον. Jacobs. et Mein. μηδὲ ἓν πλ. V. 5 addidi δ'. Τῆς ὑπ., h. e. officii feminæ præ-

---

per veram insaniam? neque hoc mihi persuades,
neque, virum pauperem, molestum sæpe
fortunatis, nolle aliquid accipere.

SEPTEM CONTRA THEBAS.

Glaucique integri, et dissectæ capitum partes carnosæ.

MERCENARII (?).

1.

Tandem non est aurea res solitudo?
pater enim vitæ hominibus ager,
et paupertatem celandi solus intelligens;
urbs autem theatrum miseriæ manifestæ plenum.

2.

Puer magnifice incedat cum poculis sæpe.

ENERVATUS.

1.

Væ lactucis, quæ utinam pessime pereant!
quas qui comedit nondum sexagenarius
si quando concumbit cum uxore,
tota nocte se volutaverit, nec magis
efficiens, quod vult, pro opere autem
manu fricans necessarium fatum.

standi, concubitus. V. 6 ridicule describitur onania, quo redactum dicit amatorem invalidum. Meinek. conjicit τὴν ἀναγκαίαν φύσιν.

2.

Idem 8, p 336, C : καὶ Ἄμφις δὲ ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Ἰαλ. φησὶν

Ὅστις δὲ θνητὸς γενόμενος μὴ τῷ βίῳ
ζητεῖ τι τερπνὸν προσφέρειν, τὰ δ' ἄλλ' ἐᾷ,
μάταιός ἐστιν ἔν γ' ἐμοὶ καὶ τοῖς σοφοῖς
κριταῖς ἅπασιν, ἐκ θεῶν τε δυστυχής.

Versu 3 ἔν γ' ἐμοὶ Porson. pro vitioso ἔργ' ἐμοὶ vel ἔργα μοι.

3.

Idem 7, p. 309, A, de coracino pisce : Ἄμφις δ' ἐν Ἰαλ.

Ὅστις κορακῖνον ἐσθίει θαλάττιον
γλαύκου παρόντος, οὗτος οὐκ ἔχει φρένας.

XIV. ΚΟΥΡΙΣ.

1.

Athen. 13, p. 567, F : τούτων τῶν ἑταιρῶν καὶ Ἄ. μνημονεύει ἐν Κουρίδι, λέγων

Τυφλός, (τυφλὸς δ') ὁ Πλοῦτος εἶναί μοι δοκεῖ,
ὅστις γε παρὰ ταύτην μὲν οὐκ εἰσέρχεται,
παρὰ δὲ Σινώπῃ, καὶ Λύκῃ, καὶ Ναννίῳ,
ἑτέραις τε τοιαύταισι παγίσι τοῦ βίου
ἔνδον κάθητ' ἀπόπληκτος, οὐδ' ἐξέρχεται.

Versu 3 libri Λύκᾳ dorice, η et α commutatis, ut alias, nisi fallor.

2.

« In eadem parte fabulæ Amphis etiam Phrynes divitias commemorasse videtur. Athen. ib. p. 591, D : εἴρηκε δὲ περὶ τοῦ πλούτου αὐτῆς (τῆς Φρύνης) ... καὶ Ἄμφις ἐν Κουρίδι. » *E M.*

XV. ΚΥΒΕΥΤΑΙ.

Pollux 7, 203 : σκιράφια καὶ τὸν σκιραφευτὴν Ἄμφις εἴρηκεν ἐν τοῖς Κυβευταῖς. Stephanus Byzant. p. 607 : τὸ σκιράφιον ... δηλοῖ τὸν τόπον, εἰς ὃν οἱ κυβευταὶ συνίασι. καὶ ὁ σκιραφουρὸς σημαίνει τὸν ἀκόλαστον κατακυβεύτην, ἀπὸ τῶν ἐν Σκίρῳ διατριβόντων. Σκιραφουρὸς dictum ut οἰκουρὸς et similia. Perperam codd. σκιροφόρος, nec recte ὃ σημαίνει, nato forte, ut videtur, τῷ ο ex σ littera, quæ sequitur. Iidem vitiose ἀκόλαστον καὶ κυβευτήν. Immo κατακυβεύτην a verbo κατακυβεύειν. Alioqui delendum esset καὶ, tanquam ortum e κυ- syllaba vicina; sed κατὰ et καὶ sæpius confusa novimus apud scriptores. « Etym. M. p. 717, 28, Σκειράφια (sic) : τὰ κυβεῖα, ἤτοι ἐπεὶ σκείραφός [τις] ἐστὶν ὄργανον κυβευτικὸν (fortasse Et. dixit ἐπεὶ σκ. τισίν ἐστιν ὄργ. κ. *Both.*), ἢ ἀπὸ Σκιράφου τινὸς κυβευτοῦ, ἢ ὅτι ἐν τῷ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἱερῷ οἱ κυβευταὶ ἔπαιζον. Eust. ad Odyss. p. 1397 24 : καὶ ἐν ἱεροῖς ἐκυβεύοντο, καὶ μάλιστα ἐν τῷ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς, τῷ ἐπὶ Σκίρῳ, ἀφ' οὗ καὶ τὰ ἄλλα κυβευτήρια σκιράφεια ὠνομάζετο. ἐξ ὧν καὶ πάντα τὰ πανουργήματα διὰ τὴν ἐν σκιραφείοις ῥᾳδιουργίαν σκίραφοι ἐκαλοῦντο. Aleatores de Sciro commemorat etiam Theopompus apud Harpocr. p. 168 Bekk. et schol. Arist. Avium 1298, ex emendatione Lobeckii Aglaoph. p. 1316. » *E M.*

XVI. ΛΕΥΚΑΣ (?).

Athen. 7, p. 277, C : ὅστις ἀγοράζων ὄψον, ἐξὸν ἀπολαύειν ἰχθύων ἀληθινῶν, ῥαφανῖδας ἐπιθυμεῖ πρίασθαι, μαίνεται, φησὶν Ἄμφις ἐν Λευκάδι. Forte a suo loco aberrasse arbitror verba ἐν τῇ Λευκάδι, quum A. dixisset sine lacuna, quam sumunt post ὄψον,

Ὅστις ἀγοράζων ὄψον ἐν τῇ Λευκάδι,
ἐξὸν ἀπολαύειν ἰχθύων ἀληθινῶν,
ῥαφανῖδας ἐπιθυμεῖ πρίασθαι, μαίνεται.

Eundem locum, omisso fabulæ titulo, affert Athen. 2, p. 57, B, ubi libri v. 1 ἀγοράζειν, v. 2 Ἀπολλον pro ἀπολαύειν. Ceterum Meinek. malit ἐν Λευκαδίᾳ, quo nomine, præter Menandrum, fabulam

---

2.

Quicumque mortalis natus non studet vitæ
delectabile quiddam afferre, ceteris missis,
stultus est meo et omnium
sapientum judicio, divinitusque infelix.

3.

Quisquis coracinum edit marinum,
si glaucus adest, is mentis non est compos.

TONSTRIX.

1.

Cæcus (autem, cæcus) mihi videtur esse Plutus,
qui ad hanc quidem non ingreditur,
apud Sinopen autem, et Lycen, et Nannion,
aliaque hujusmodi retia vitæ,
intus sedet attonitus, neque exit.

2.

Phryne (meretrix) opulentissima.

LEUCADIA (?).

Quicumque opsonia emens Leucade,
quum licet frui veris piscibus,
raphanos cupit mercari, insanit.

docuit Alexis, cujus mirus in titulis fabularum est consensus cum Amphide : v. Hist. crit. Com. p. 405, not.

XVII. ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Athen. 15, p. 691, A : τοῦ Μεγαλλίου δὲ μύρου μνημονεύει καὶ Ἄμφις ἐν Ὀδυσσεῖ διὰ τούτων·

α. Ἐρίοισι τοὺς τοίχους κυκλοῦν Μιλησίοις,
ἔπειτ' ἀλείφειν τῷ Μεγαλλίῳ μύρῳ,
καὶ τὴν βασιλικὴν θυμιᾶτε μίνδακα!
β. Ἀκήκοας σὺ πώποτε δὴ τοῦ δεσπότου
τὸ θυμίαμα τοῦτο;

Libri corrupte versu 1 κύκλῳ, et v. 4 σὺ δέσποτα δὴ πώποτε. Porson. δέσποτ' ἤδη πώποτε. De α et ου confusis res nota. Hesych. Μίνδαξ : θυμίαμα ποιόν.

XVIII. ΟΥΡΑΝΟΣ.

Athen. 3, p. 100, B, usum verbi χορτάζειν explicans : καὶ Ἄμφις ἐν Οὐρανῷ,

— Εἰς τὴν ἑσπέραν
χορταζόμενοι πᾶσιν ἀγαθοῖς.

Libri χορταζόμενα, α et οι permixtis, ut sæpius. Minus modulate Porson. et Mein. χορταζόμεσθα.

XIX. ΠΑΝ.

Athen. 10, p. 421, A : τούτων λεχθέντων ἔφη τις τῶν παρόντων, Παραιτητέον εἰς ταῦτ' ἀποβλέποντί ἐστι τὸ γαστρίζεσθαι·

Ἀτελὲς * γὰρ δεῖπνον οὐ ποιεῖ παροινίαν,

ὡς Ἄμφις φησὶν ἐν Πανί. Meinek. : « ἀτελές, h. e. *non sumptuosum* : v. Æl. Dionysius ap. Eust. p. 881, 26. » Idem metro succurrens, Ἀτελές γε scribebat, sed ipsi sententiæ magis convenire videtur Ἀτ. δὲ, quod in altera edit. legitur : commendat enim, opinor, ille his verbis tenues epulas, quibus nemo inebrietur. Voce γὰρ explicuerint δὲ causale, de quo res nota. Apud Athen. libri vitiose ἀποβλέποντας.

XX. ΠΛΑΝΟΣ.

1.

Athen. 6, p. 224, D, de piscariorum apud Athenienses insolentia : Ἄμφις δ' ἐν Πλάνῳ,

Πρὸς τοὺς στρατηγοὺς ῥᾷόν ἐστι μυρίαις
μοίραις προσελθόντ' ἀξιωθῆναι λόγου,
λαβεῖν τ' ἀπόκρισιν ὧν ἂν ἐπερωτᾷ τις, ἢ
πρὸς τοὺς καταράτους ἰχθυοπώλας ἐν ἀγορᾷ,
οὓς εἴ γ' ἐπερώτησέν τις ἢ λαβεῖν τι τῶν
παρακειμένων ἔκυψεν, ὥσπερ Τήλεφος,
πρῶτον σιωπᾷ, (καὶ δικαίως τοῦτό γε·
ἅπαντες ἁβρόφωνοι γάρ εἰσιν ἑνὶ λόγῳ,)
ὡσεί τε προσέχων οὐδὲν οὐδ' ἀκηκοὼς
ἔκρουσε πούλυπον (ὁ δ' ἐπρήσθη), κοὐχ ὅλα
λαλῶν τιν', ἀλλὰ συλλαβὴν ἀφελὼν, « Τάρων
βολῶν γένοιτ' ἄν, ἡ δὲ κέστρα 'κτὼ βολῶν. »
Τοιαῦτ' ἀκοῦσαι δεῖ τὸν ὀψωνοῦντά τι.

Versu 1 « ῥᾷον μυρίαις μοίραις, quod nos dicimus *tausendmal leichter*. Dictionis μυρίαις μοίραις, *infinitis partibus*, aliud exemplum non legi. V. 3 ὧν addidit Porsonus. » *E M*. V. 5 codd. οὓς ἐὰν vel ἂν ἐπερωτήσῃ τις, a quibus abhorret, quod sequitur, ἔκυψεν. Ortum ἂν ex εἴ γ' simili. Ibidem codd. mendose λαβιών. Scripsi λαβεῖν, i. e. ὥστε λαβεῖν. V. 7 libri perperam σιωπῇ. « Similiter Alexis Athen. p. 241, D, de parasito :

δειπνεῖ δ' ἄφωνος Τήλεφος, νεύων μόνον
πρὸς τοὺς ἐπερωτῶντάς τι.

Utroque loco Tragici alicujus Telephum tangi putabam, malorum mole taciturnum. Cf. Aristot. A. P. c. 24, et ibi Tyrwhitt. Præter Æschylum autem et Euripidem Agathon, Cleophon, Moschion, Telephum scripserunt. » *E M*. V. 8 ἁβρόφωνοι dicuntur, nisi fallor, qui delicias faciunt in dicendo per affectationem, arroganter loquentes.

ULIXES.

a. Lanis Milesiis muros cingite,
deinde Megallio unguento eos illinite,
et regia mindace suffite!
b. Audistin' unquam antea herum nominare
hoc suffimentum?

COELUM.

Usque ad vesperam pasti omnibus bonis.

CIRCULATOR.

1.

Imperatores facilius multimodis est
compellatione sua dignari aliquem,
eique respondere de quibus quærit,
quam detestabiles piscarios in foro,
quos si quis interrogavit vel ad sumendum aliquid
se inclinavit, primum, velut Telephus,
silet (hoc quidem jure :
omnes enim uno verbo superbiloquentes sunt,)
et quasi non attendens neque audiens,
attrectat polypum (isque sufflat), nec verba
integra pronuntians, sed mutilata,
« Τάρων βολῶν γένοιτ' ἄν, ἡ δὲ κέστρα 'κτὼ βολῶν. »
Talia opsonanti audienda sunt

Aliena est codicum scriptura, neque verbo σιωπᾷ conveniens, ἀνδροφόνοι. β et δ etiam alias commutata. V. 9 τε προσέχων Meinek. pro προσέχων δ'. V. 10 et 11 libri ἔχρ. πώλυπόν (PC πόλυπόν) τιν' ὁ δ' ἐπρ. καί του λαβὼν ὅλα τὰ ῥήματ', ἀλλὰ συλλ., etc. Casaub. κοὐ λαλῶν. Ab hoc aberravit τιν'. Τὰ ῥήματα explicandi gratia adscripserunt voci ὅλα. In verbis ἀλλὰ συλλαβὴν ἀφελὼν intelligendum εἶπε, ellipsi usitata. V. 11 et 12 τάρων βολῶν pro τεττάρων ὀβολῶν. De his latine reddendis desperavi. Suo periculo Mein. *Tuor bolis* (pro *quatuor obolis*), *inquit, hic constat; at sudis ista cto bolis* (pro *octo obolis*).

2.

Athen. 10, p. 423, A : παραδεδειπνημένος δ' εἴρηκεν Ἄμφις ἐν Πλάνῳ,

— Παραδεδειπνημένοι παῖδες πάλαι.

XXI. ΣΑΠΦΩ.

Antiatt. p. 89, 22, Διενεχθῆναι : ἀντὶ τοῦ μάχεσθαι. Ἄ. Σαπφοῖ.

XXII. ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ.

1.

Athen. 10, p. 448, A : Ἄμφις δ' ἐν Φιλαδέλφοις, ἐπαινῶν τὸν τῶν φιλοποτῶν βίον, φησὶ

Κατὰ πόλλ' ἐπαινῶ μᾶλλον ἡμῶν τὸν βίον,
τὸν τῶν φιλοποτῶν, ἤπερ ὑμῶν, τῶν μόνον
ἐν τῷ μετώπῳ νοῦν ἔχειν εἰωθότων.
Ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ συντετάχθαι διὰ τέλους
φρόνησις οὖσα διὰ τὸ λεπτῶς καὶ πυκνῶς
πάντ' ἐξετάζειν δέδιεν ἐπὶ τὰ πράγματα
ὁρμᾶν προχείρως· ἡ δὲ διὰ τὸ μὴ σαφῶς,
τί ποτ' ἀφ' ἑκάστου πράγματος συμβήσεται,
διαλελογίσθαι, δρᾷ τι καὶ νεανικὸν
καὶ θερμόν.

Priores versus habet etiam Eust. p. 1015, 45. Versu 2 φιλοποτῶν codd. AB et Eust.; πολυποτῶν minus bene PVL.

2.

Stobæus Floril. 99, 24, cum lemmate Ἄμφιδος Φιλαδέλφων.

Ἄπολλον, ὡς δυσάρεστόν ἐστ' ἀνιώμενος
ἄνθρωπος, ὃς ἐφ' ἅπασί γε δυσχερῶς ἔχει!

V. 2 libri mendose ἄνθρ. ἐφ' ἅπασίν τε ὃ. ἔχει.

XXIII. ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΣ.

Athen. 7, p. 295, F, de glauco pisce : Ἄμφις... ἐν Φιλεταίρῳ,

Ἔχειν καθαρίως ἐγχελύδιόν τι, καὶ
γλαυκινιδίου κεφάλαια, καὶ λαβρακίου
τεμάχια.

Versu 1 καθαρίως, v. ann. ad Nicostratum Antyll 3. V. 2 « γλαυκῖνος idem, qui γλαῦκος, ut κεστρῖνος dicitur et κεστρεύς. » *E M.*

INCERTORUM DRAMATUM FRAGMENTA.

1.

Athen. 1, p. 30, E : ἐπαινεῖ Ἄμφις καὶ τὸν ἐξ Ἀκάνθου πόλεως οἶνον, λέγων

α. Ποδαπὸς σύ; φράσον. β. Ἀκάνθιος. α. Εἶτα, πρὸς θεῶν,
οἴνου πολίτης ὢν κρατίστου, στρυφνὸς εἶ,
καὶ τοὔνομα τὸ τῆς πατρίδος ἐν τοῖσιν τρόποις
ἔχεις, τὰ δ' ἤθη τῶν πολιτῶν οὐκ ἔχεις;

Versu 1 ita Elmsl. ad Euripidis Bacch. 654. Libri inconcinne Η. εἶ; Similiter εἰ et οὐ confusa Thuc. 1 40; 5, 97. De *Acantho*, Andriorum colonia, Xenophon Hell. 5, 11 : ἐξ Ἀκάνθου δὲ καὶ Ἀπολλωνίας, αἵπερ μέγισται τῶν περὶ Ὄλυνθον πόλεων. Cf. Bæhr. ad Herodot. 6, 44. V. 3 libri metro intolerabili

---

2.

Juxta cœnarunt pueri dudum.

FRATRES AMANTES.

1.

Multis de causis magis prædico nostram vitam
potus amatorum, quam vestram eorum, qui tantummodo
in fronte mentem habere solent.
Qui enim componere ac finire studet
intellectus subtiliter et prudenter
omnia explorando, timet ad agendum
statim contendere; qui autem minus accurate
expendit, quid forte ex quovis negotio eventurum sit,
is etiam juvenile quiddam
calidumque perficit.

2.

Apollo, quam ingratus est hominis
adspectus morosi, omniaque ægre ferentis!

SOCII AMANS.

Habere eleganter anguillulam aliquam, et
glauci capita, et labracis frusta.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

a. Cujatisne tu? b. Acanthius. a. Itane vero, per deos,
vini quum sis civis fortissimi, morosus es,
nomenque patriæ habes in modo agendi,
mores autem civium non habes?

καὶ τοῦν|ομ' αὐ|τὸ τῆς | πατρίδος | ἐν τοῖς | τρόποις. |

Τοὔνομα τὸ τῆς πατρίδος, *nomen patriæ*, h. e. ἄκανθαν, *spinam*. Ἀκανθώδη tropice dicit τὸν στρυφνὸν, quod illi ἰσοδυναμεῖ. Hoc a civis seu possessoris οἴνου κρατίστου, quo exhilaretur, moribus abhorrere significant verba τὰ δ' ἤθη... ἔχεις;

2.

Ib. p. 34, E, de κράμβη, remedio temulentiæ : ὅτι δὲ τὴν κράμβην ῥάφανον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, δηλοῖ... Ἄμφις,

Οὐκ ἔστιν, ὡς ἔοικε, φάρμακον μέθης
οὐδὲν τοσοῦτον ὡς τὸ προσπεσεῖν ἄφνω
λύπην τιν'· οὕτως ἐξελαύνει γὰρ σφόδρα,
λῆρόν (γ' ἂν) ὥστε τὰς ῥαφάνους ὄντως δοκεῖν.

Versu 1 ὡς ἔοικε, v. ann. ad Soph. Ajac. 1065. V. 4 facile γ' ἂν post simile -ρον exciderit. Non recte Dobr. et Mein.

— ἐξελαύνει γὰρ ταχὺ,
σφόδρα λῆρον ὥστε, etc.

recte autem illi ὄντως pro οὕτως. Cf. 8. De ὥστε postposito Dobr. laudat Porsonum Advers. p. 264.

3.

Ib. p. 8, C, cœnam ἀσύμβολον explicans :

Ἀσυμβόλου δείπνου γὰρ ὅστις ὑστερεῖ,
τοῦτον ταχέως νόμιζε κἂν τάξιν λιπεῖν,

Ἄμφις φησὶν ὁ κωμικός. Χρύσιππος δέ φησιν

Ἀσύμβολον κώθωνα μὴ παραλίμπανε.

Κώθων δ' οὐ παράλειπτος ἀσύμβολος, ἀλλὰ διωκτός,

quibus præponendum καὶ, quo vix careas. Forte haustum videtur a κώ- syllaba vicina. « Chrysippus (Solensis Cilix, Stoicus acutissimus. *Both.*) in libris suis hanc rationem frequentissime secutus est, ut poetarum testimoniis uteretur. » *E M.* Qui apud Amphidem v. 2 probabiliter κἂν pro vulgato καί.

4.

Ib. p. 30, B : θαυμάζεται δὲ καὶ ὁ Ἰκάριος οἶνος, ὡς Ἄμφις,

Ἐν Θουρίοις τοὔλαιον, ἐν Γέλᾳ φακοὶ,
Ἰκάριος οἶνος, ἰσχάδες Κιμώλιαι.

Idem 2, p. 67, B : τοῦ δὲ ἐν Θουρίοις γενομένου ἐλαίου ὡς διαφόρου μνημονεύει Ἄμφις, iterum appositis his versibus, ubi legitur φακῆ, quod præfert Schweigh. Φακοὶ etiam Pherecrates Κορ. 1.

5.

Idem 2, p. 44, A : Ἄμφις ὁ κωμικός πού φησιν

Ἐνῆν ἄρ', ὡς ἔοικε, κἀν οἴνῳ λόγος·
ἔνιοι δ' ὕδωρ πίνοντές εἰσ' ἀβέλτεροι.

6.

Ib. p. 47, F : ὅτι καὶ τρίκλινοι οἶκοι... ἦσαν παρὰ τοῖς παλαιοῖς.... Ἄμφις,

— Οὐχ ὑποστρώσεις ποτὲ
τρίκλινον;

7.

Ib. p. 50, F : Ἄμφις,

Ὁ συκάμινος συκάμιν', ὁρᾷς, φορεῖ,
ὁ πρῖνος ἀκύλους, ὁ κόμαρος μιμαίκυλα,
κράνεια μέσπιλα.

Athen. versu 1 φέρει, sed Pollux 1, 233 : συκάμινος· ἔστι δὲ ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ ὁ μὲν καρπὸς συκάμινον οὐδετέρως, τὸ δένδρον δὲ ἀρσενικῶς· « Ὁ συκάμινος συκάμινα ὁρᾷ καὶ φορεῖ κρανία μέσπιλα. » In his ὁρᾷ καὶ ortum videtur ex ὉΡΑΙC, siquidem literæ C şatis similia sunt compendia τοῦ καί. Ceterum Mein. recte hinc sumpsit φορεῖ, addiditque κράνεια (ita Jungerm.) μέσπιλα, quæ desunt apud Ath. Ex Athenæo Eustath. ad Odyss. p. 1647, 14 : ἄκυλον τὸν πρίνου, φασὶ, λέγει καρπὸν, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ Ἀθήναιος ἐν τῷ « Ὁ συκάμινος συκαμίνους (sic) ὁρᾷς ...μιμαίκυλα. » Eademque ex Eustathio grammaticus Crameri Anecd. Paris. 1, p. 396, 4. » *E M.*

2.

Nullum est, ut videtur, temulentiæ remedium
adeo potens, quam si quis
luctus accidit : quippe tam fortiter expellit eum,
ut nugas revera cramben existimes.

3.

Qui ad convivium sine symbola invitatus sero venit,
eum cito etiam ordinem puta relicturum.

4.

Thuriis oleum, Gelæ lens,
Icarium vinum, caricæ Cimoliæ.

5.

Inerat igitur etiam in vino, ut videtur, ratio;
nonnulli vero aquæ potores sunt stolidi.

6.

Nonne tu sternes tandem
triclinium ?

7.

Morus (vides) fert morum,
ilex glandes, arbutus arbuta,
mespili mespila.

8.

Athen. 4, p. 168, B : οἱ δὲ μὴν ὄντως (pessime libri οἱ δὲ μὴ οὕτως. Cf. 2) ἄσωτοι κατὰ τὸν Ἄμφιν (dixit enim ille haud dubie : οἱ δὲ μὴν Ὄντως ἄσωτοι, etc.)

Πίνουσ' ἑκάστης ἡμέρας δι' ἡμέρας,

διασειόμενοι τοὺς κροτάφους ὑπὸ τοῦ ἀκράτου. Sic primus Casaub.; inepte codd. δύ' ἡμ. « Hermippus Ἀθην. γοναῖς fr. 1 : δι' ἡμέρας δσημέραι τροχάζων. » *E M*.

9.

Stobæus Floril. 27, 4, cum lemmate Ἄμφιδος.

Ὅστις γὰρ ὀμνύοντι μηδὲν πείθεται,
αὐτὸς ἐπιορκεῖν ῥᾳδίως ἐπίσταται.

« Iidem versus leguntur apud Maximum Conf. 85, p. 144. » *E M*.

10.

Ib. 33, 6, cum eodem lemmate.

Οὐκ ἐστὶ κρεῖττον τοῦ σιωπᾶν οὐδὲ ἕν.

11.

Hyginus Astron. 2, 1 : *ut ait Amphis, comœdiarum scriptor, Juppiter, simulatus effigiem Dianæ, quum virginem* (Callisto) *venantem, ut adjutans, persequeretur, amotam a conspectu aliarum compressit; quæ rogata a Diana, quid ei accidisset, quod tam grandi utero videretur, illius peccato id evenisse dixit : itaque* [*propter ejus responsum*] *in quam figuram supra diximus eam Diana convertit.* Schol. Germanici Arat. p. 38 ed. Buhl. : *Amphis autem, comicus poeta, refert, Jovem in Dianæ effigiem transfiguratum in venatione Callisto oppressisse; tempore partus plena quum venaretur, Dianæ culpam indicasse, et iratam Dianam* (*deam*, opinor, dixit schol., librarii *deamam*, etc.) *in ursam* (eam) *transfigurasse*. Suspicatur Meinek. hæc petita esse ex fabula Καλλιστώ inscripta, quo titulo etiam Alcæus comœdiam docuit. Cf. Apollod. 3, 8, etc.

12.

Idem schol. Germanici p. 60 : *Juppiter vero vulpem in lapidem convertit, et canem astris intulit; cujus exortus origo * continetur tali* (fort. *concinnatur talis, ut* etc. « Verba *cujus ex. origo cont. tali ut* addidi ex codice Dieziano bibliothecæ reg. Berol. » *Mein.*) *ut Amphianus* (cod. Diez. *Amphiam*. Fort. *Amphias* : v. in prolegomenis de hoc poeta) *tragœdiarum scriptor refert. Quum hominibus stellæ relinquerent locum, missus est legatus Canis ad * Doloram, quam ut vidit* [*eo tempore*] *tempestivam esse, adamavit* (ita cod. Diez, neque addubitatis verbis *eo tempore*. Vulgo *vidit tempore tempestivo adam.*) : *qui quum flagraret amore, nec posset frui,* [*magis*] *asperius urebatur. at homines calamitate accepta deos adjutores ei invocare cœperunt* (ita Mein. eundem cod. secutus, nisi quod is habet *ad* pro *at*. Vulgo : *urebatur calam. acc. deos adj. inv. cœpit*). *tunc Aquilo misit filios suos adolescentes, * Operam Cani traderent; ipse flatu suo Canis ardorem sedavit, qui flatus « etesiæ » dicitur.* « In his quum alia corrupta sunt, tum maxime verba *Doloram* et *Operam*, quorum in locum *Oporam* substituendum existimo. Oporam vero aptissime a Sirio amatam fingi, præter sententiam toti fabulæ subjectam, docet etesiarum commemoratio, quorum flatus exorto Sirio rapidi solis ardores frangebat, ut auctumni fructus (ὀπώρα) maturescerent. Fortasse etiam fabulæ, ex qua illa derivata sunt, *Oporam* titulum fecerat poeta, quo indice Alexidis drama ferebatur, quod quum Athen. in iis comœdiis memoraverit, quæ a meretricibus nomen acceperunt, suspicari licet, eum id fecisse propterea, quia is Comicus nympham Oporam meretricis habitu indutam produxerat, ut Aristophanes eandem et Theoriam, Pacis comites : v. schol. Pacis 705, 842, 849, et de Opora Welckerum in libro inscripto *Zeitschrift f. Gesch. u. Auslegung der alten Kunst*, vol. 1, p. 500 seqq. » *E M*.

13.

Pollux 2, 33 : παρακόμους δὲ τοὺς κομῶντας Ἄμφις εἴρηκεν ὁ κωμικός. Sic enim hæc ex cod. Paris. supplevit Bekker.

14.

Idem 3, 36 : καὶ διαπαρθένια δὲ δῶρα τὰ ὑπὲρ τοῦ τὴν παρθενίαν ἀφελέσθαι ὠνόμασεν Ἄμφις ὁ κωμικός. Ita Jungermannus conjecerat, edidit Bekker. Codd. Falck. Kuhn. ἀμφίας, Par. ἀγίας.

8.

Bibunt quotidie per totum diem.

9.

Qui enim juranti nihil credit,
ipse pejerare facile callet.

10.

Nihil omnium potius est silentio.

L.

EPHIPPUS.

« Ephippus, Suida testante, Atheniensis fuit et mediæ poeta comœdiæ; quod, confirmatum ab Antiocho Alexandrino ap. Athen. 11, p. 482, C, etiam alia indicant, velut derisi Academici cum ipso Platone ap. Ath. ib. p. 509, C, D, et Alexandri Pheræi (Ath. 3, p. 112, F), Dionysii majoris, Cotyos, Theodori, aliorumque æqualium (Ath. 11, p. 482, D) commemoratio. Sed carmina elegiaca non scripsit, ne quis Eustathio fidem habeat, dicenti ad Iliad. 11, 697, p. 879, 38: περὶ ὧν (Ἠλείων), ὅτι καὶ μέθυσοι, καὶ ψεῦσται ἦσαν, δηλοῖ ὁ κωμικὸς Ἔφιππος, εἰπών

Ἦλις καὶ μεθύει, καὶ ψεύδεται· οἷος ἑκάστου
οἰκίσκος, τοίη καὶ συνάπασα πόλις.

(Libri versu claudicante οἶκος, quæ vel est interpretatio lectioris vocis, vel forte omissum -κις- ante -κος simile. Ammonius: Οἰκίσκος, τὸ μικρὸν δωμάτιον: aptissime illud oppositum τῇ συναπάσῃ πόλει. *Both.*) Atqui hoc non Ephippi, sed incerti scriptoris esse epigramma, docet Athen. 10, p. 442, D, qui, laudatis aliquot versibus ex Busiride Ephippi, sic pergit: Πολέμων δὲ, ἐν τῷ Περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων περὶ Ἠλείων, παρατίθεται τόδε τὸ ἐπίγραμμα, Ἦλις etc., ex quo erroris origo satis perspicitur. » *E Mein.*, qui de titulis superstitibus disputat Hist. crit. Com. p. 351 seqq.

I. ΑΡΤΕΜΙΣ.

« Hoc titulo an Dianam intellexerit Ephippus, incertum est, siquidem Artemis etiam mulier nominatur apud Diogenem Laert. 3, 42. » *E M.*

Athen. 3, p. 112, F: τῶν δὲ κολλικίων ἄρτων (οἱ αὐτοὶ δ' εἰσὶ τοῖς κολλάβοις) Ἔφιππος ἐν Ἀρτέμιδι μνημονεύει οὕτως·

Παρ' Ἀλεξάνδρου δὲ κόλικα φαγὼν
ἐκ Θετταλίας κρίβανος ἄρτων.

Inconcinne et mendose libri Παρ' Ἀλ. δ' ἐκ Θ. | κόλλικα φ. κρ. ἄ. Aristoph. Ran. 537:

ἐγὼ δὲ τὸν λάρυγγ' ἂν ἐκτέμοιμί σου,
δρέπανον λαβοῦσ', ᾧ τοὺς κόλικας ἔσπασας.

Sic enim legendum est, producta media vocis κόλικας: v. Nicephr. Χειρογ. 2, ubi vulgo κόλλικας pro κολίκας prima correpta. « Alexandrum Pheræum recte intelligit Casaub. » *E M.* « Homo, de quo agitur, κρίβανος ἄρτων vocatus esse videtur, quod *tanquam furnus* plurimos panes deglutiret. » *Jacobs.*

II. ΒΟΥΣΙΡΙΣ.

« Busiridis fabulam, ut de Tragicorum operibus satyricis taceam, largissimam Comicis materiem præbuisse docent Epicharmus, Cratinus, Antiphanes, Mnesimachus, quorum omnium commemorantur fabulæ Busiridis nomine inscriptæ. Ad harum unam respicere videtur Dio Chrysostomus Or. 8, p. 286: τὸν δὲ Βούσιριν εὑρὼν (Hercules) πάνυ ἐπιμελῶς* ἀθλοῦντα καὶ δι' ὅλης ἡμέρας ἐσθίοντα,... διέρρηξεν ἐπὶ γῆν καταβαλὼν, ὥσπερ τοὺς θυλάκους τοὺς σφόδρα γέμοντας. » *E M.* In his verbum ἀθλοῦντα depravatum esse apparet: neque enim de Busiridis ἄθλοις quidquam innotuit (v. Apollodori interpp. 2, 5, 11), et abhorret ἀθλεῖν a voracitate, ad quam quadrat τὸ ἐσθίειν δι' ὅλης ἡμέρας. Igitur huic simile aliquod verbum restituendum est, neque dubito quin Dio dixerit πάνυ ἐπιμελῶς ἀλδοῦντα, ὡς δι' ὅλης ἡμ. ἐσθίοντα, h. e. *accuratissime nutritum, quippe comedentem per totum diem.* Ἀλδοῦντα valet ἀλδούμενον, usu non insolito verbi activi pro passivo vel medio. Ceterum ne voracem quidem vel gulosum alii describunt Busiridem; sed consentaneum est, Dionem Chrysostomum ante oculos habuisse quosdam scriptores, qui id referrent. Καὶ et ὡς subinde commutata esse a librariis, nemo nescit.

Athen. 10, p. 442, D: κωμῳδοῦνται δὲ ὡς μέθυσοι Ἀργεῖοι μὲν καὶ Τιρύνθιοι ὑπὸ Ἐφίππου ἐν Βουσίριδι· ποιεῖ δὲ τὸν Ἡρακλέα λέγοντα

Οὐκ οἶσθά μ' ὄντα, πρὸς θεῶν, Τιρύνθιον
Ἀργεῖον, οἳ μεθύοντες (ἂν) ἀεὶ τὰς μάχας
πάσας μάχονται; β. Τοιγαροῦν φεύγουσ' ἀεί.

Versu 2 ἂν, haustum, opinor, ab ἀεὶ, quod sequitur, immisi, ne ἀεὶ priore longa pronuntiandum esset secus ac solent Comici. Hinc petiit Eustath. ad Iliad. p. 1178, 34. Macrobius Sat. 5, 21: *multibibum heroa istum fuisse illud non obscurum argumentum est, quod Ephippus in Busiride inducit Herculem sic loquentem:* Οὐκ οἶσθά μ' ὄντα, etc. »

III. ΓΗΡΥΟΝΗΣ.

« In Γηρυόνῃ poeta nescio quem Macedoniæ principem seu ducem induxit, miracula narrantem

---

ARTEMIS.

Apud Alexandrum vero pane succeritio comeso e Thessalia *furnus panum.*

BUSIRIS.

Nescisne, per deos, me esse Tirynthium
Argivum, qui ebrii pugnas semper
omnes pugnant? b. Ideirco semper fugiunt.

de pisce incredibilis magnitudinis, quem incolæ nescio cujus regionis Geryonæ regi paraverint. Ex verbis interlocutoris Ψυχρὸν... προσκαύσῃς colligas, hoc drama eo tempore scriptum esse, quo Galatæ fines Macedoniæ infestabant. Eandem illius Macedonis jactationem Eph. Πελταστῇ fabulæ inseruerat, quæ omnia quorsum spectent, ne Ath. quidem se intelligere fatetur. » *E M.*

1.

Athen. 8, p. 346, F : τάχα δὲ καὶ ὑμεῖς ἑκόντες παρελίπετε, ὡς ἱερόν τινα, ἰχθὺν τὸν παρ' Ἐφίππῳ τῷ κωμῳδιοποιῷ, ὅν φησι τῷ Γηρυόνῃ σκευάζεσθαι ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι διὰ τούτων [λέγων]

α. Τούτῳ δ' ὁπόταν ναέται χώρας
ἰχθύν τιν' ἕλωσ' οὐχ' ἡμερινὸν,
τῆς περικλείστου δ' ἁλίας Κρήτης
μείζω μεγέθει, * λοπάς ἐστ' αὐτῷ
δυνατὴ * τούτους χωρεῖν ἑκατόν·
καὶ περιοίκους εἶναι ταύτης
Ἰνδοὺς, Λυκίους, Μυγδονιώτας,
Κραναοὺς, Παφίους· τούτους δ' ὕλην
κόπτειν, ὁπόταν βασιλεὺς ἕψῃ
τὸν μέγαν ἰχθὺν, καὶ προσάγοντας,
καθόσον πόλεως ἕστηκεν ὅρος,
τούς δ' ὑποκάειν· λίμνην δ' ἐπάγειν
ὕδατος μεστὴν εἰς τὴν ἅλμην·
τοὺς δ' ἁλὸς αὐτῷ ζεύγη προσάγειν
μηνῶν ὀκτὼ συνεχῶς ἑκατόν·
περιπλεῖν δ' ἐπὶ τοῖς ἄμβωσιν ἄνω
πέντε κέλητας πεντασκάλμους,
περιαγγέλλειν θ' ὦχ' ὑποκάειν
Λυκίων πρυτάνεις. β. Ψυχρὸν τουτὶ
παύου φυσῶν, Μακεδὼν ἄρχων!
σβέννυ, Κελτοὺς μὴ προσκαύσῃς!

Versu 2 libri ἡμέριον. « Malim ἡμερινὸν, *vilem et vulgarem* piscem, ut Arist. Pac. 163, ἡμερινῶν σίτων. » *E M.* V. 3 posui περικλείστου, *celebris*, quam ἑκατόμπολιν vocet Homerus Il. 2, 649. Περικλέϊστος Nicetas Annal. 12, 7. Vulgo περικλύστου juxta ἁλίας. V. 4 et 5 non de nihilo est, quod Mein. ad hæc offendit, subitam miratus conversionem orationis rectæ in indirectam. Equidem ita scripserim :

— λοπάδ' εἶν' αὐτῷ
δυνατήν γ' αὐτοὺς χωρεῖν ἑκατὸν,

eos, sc. pisces. V. 6 ταύτης Ἰνδοὺς Mein. pro mendosis ταύτῃ ἐς Ἰνδούς. V. 8 Κραναοὺς, h. e. Athenienses : v. Herodot. 8, 44, ibique Bæhr. Παφίους Meinek. mutatum it in Παρίους, de quo videndum. Idem v. 12 recte τούσδ' pro τοὺς δ' (quanquam in altera edit. prætulit τῇσδ'), et probabiliter utroque loco ὑποκάειν pro ὑποκαίειν. Ad v. 11 autem hæc annotavit : « sensus est *quantum urbis ambitus patet*, » laudans Euripidis Hec. 16, γῆς ὁρίσματα. V. 14 vitiose legebatur ἅλας. V. 18 solœce codd. περ. τ' οὐχ (pro μὴ) ὑπ. Suspectum tamen Lyciorum nomen. Libri Λυκείων. V. 21 iidem μὴ προσκλύσῃς correctum a Schweigh. et Porsono. « Hæc Eph. non potuit scribere ante olymp. 111, 2 (ante Chr. nat. 334), quo anno primum Celtarum nomen a Græcis auditum est : v. Strab. 7, p. 301, et Arrian. Alex. 1, 4. *Geryonis* nomine ipsum Alexandrum significari conjicit Droysenius. » *E M.*

2.

Idem 9, p. 370, C, de Amphidromiis : Ἀθήνησι δὲ καὶ ταῖς τετοκυίαις κράμβη παρεσκευάζετο, ὥς τι ἀντιφάρμακον, εἰς τροφήν. Ἐφ. γοῦν ἐν Γηρ. φησὶν

— Ἔπειτα πῶς
οὐ στέφανος οὐδείς ἐστι πρόσθε τῶν θυρῶν,
οὐ κνῖσα κρούει ῥινὸς ὑπεροχὰς ἄκρας,

GERYONES.

1.

a. Huic si incolæ regionis
piscem aliquem ceperunt non quotidianum,
celebri marina Creta
majorem, patinam ei esse,
quæ centum eorum possit recipere;
circumque istam terram habitare
Indos, Lycios, Mygdoniatas,
Cranaos, Paphios, qui silvam
cædant, quando rex coquat
magnum piscem, advehentes eam
ex toto urbis ambitu;
aliosque accendere; paludemque eos conjungere
cum mari aquæ plenam;
et quosdam illi salis onus equorum centum jugalium
advehere continuo per octo menses;
et quinque celoces quinqueremes
circumnavigare montium cacumina;
circum jubentes uri celeriter
Lyciorum magistratus. b. Frigida hæc
desine flare, dux Macedo!
exstingue ignem, ne Celtas comburas!

2.

— Tandem cur
corona nulla est ante fores,
cur nidor non ferit nasi prominentias summas?

Ἀμφιδρομίων ὄντων, ἐν οἷς νομίζεται
ὀπτᾶν τε τυροῦ Χερρονησίτου τόμους,
ἕψειν τ' ἐλαίῳ ῥάφανον ἠγλαϊσμένην,
πνίγειν τε παχέων ἀρνίων στηθύνια,
τίλλειν τε φάττας καὶ κίχλας κοινῇ σπίνοις,
κοινῇ τε χναύειν τευθίσιν σηπίδια,
πιλεῖν τε πολιὰς πλεκτάνας ἐπιστρόφως,
πίνειν τε πολλὰς κύλικας εὐζωρεστέρας;

Versus 4-11 leguntur etiam apud Eubulum Incert. 15, qui v. 5 habet τόμον, v. 8 κίχλας ὁμοῦ σπίνοις, v. 9 μαινίσιν, v. 10 πιλοῦν... ἐπιστρεφῶς. V. 6 ex Eubulo Casaub. recepit ἠγλαϊσμένην pro inepto ἠγκαλισμένην, itemque v. 7 ἀρνίων pro ἀρνιῶν vel ἀργειῶν. V. 10 libri putide πολλὰς πλεκτάνας, præsertim sequentibus statim verbis πολλὰς κύλικας. Immo πολιάς, a colore polyporum. « Gramm. Bekkeri Anecd. p. 293, 10 : Πλεκτάναι τίνες εἰσίν; αἱ πλεκτάναι τοῦ πολύποδος, οἱ λεγόμενοι ἱμάντες, οὓς εἴωθεν ἀποτείνειν. Polypos Amphidromiorum festo una cum sepiis ab amicis oblatas fuisse docet Suidas v. Ἀμφιδρόμια. Plura Taylor. ad Lysiæ fragm. p. 8. » *E M.*

3.

Idem 8, p. 365, C : καλοῦσι δέ τινα συναγώγιμα δεῖπνα, ὡς Ἄλεξις.... καὶ Ἔφ. ἐν Γηρ.

— Καὶ συναγώγιμον
συμπόσιον ἐπικληροῦσιν.

Præter necessitatem Casaub. ἐπιπληροῦσιν.

IV. ΕΜΠΟΛΗ.

Titulum *Capturam* (meretriciam) vertunt Casaub. ad Sueton. Calig. c. 40, et Grotius. De quo dubitare licet.

1.

Athen. 8, p. 363, C : ὅτι δὲ τὸν αὐτὸν ἵλεων καὶ ἱλαρὸν ἔλεγον, δηλοῖ Ἔφ. ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Ἐμπολή· περὶ ἑταίρας δέ τινος λέγει

Ἔπειτά γ' εἰσιόντ', ἐὰν λυπούμενος
τύχῃ τις ἡμῶν, ἐκολάκευσεν ἡδέως,
ἐφίλησεν, οὐχὶ συμπιέσασα τὸ στόμα,
ὥσπερ πολέμιος, ἀλλὰ τοῖσι στρουθίοις
χαίνουσ' ὁμοίως εἶσε, παρεμυθήσατο,
ἐποίησε θαλερὸν, εὐθέως τ' ἀφεῖλε πᾶν
αὐτοῦ τὸ λυποῦν, κἀπέδειξεν ἵλεων.

Iterum ponit hanc eclogam lib. 13, p. 571, E. Versu 2 ἐκολ. est *blanditur, blandiri solet*, etc.; hoc autem sensu leniore intelligendum h. l. videtur τὸ κολακεύειν. Altero loco legitur ἐκολάκευσεν ἢ κατεφίλησεν. V. 4 πολέμιος etiam Eust. p. 1411, 8; sed altero loco, ut vulgo, πολέμιον, quod ægre explices. V. 5 χαίνουσ', *hians*. Similiter Catullus 61 :

Dulce rideat ad patrem
semihiante labello.

Libri χαυνοῦσα, pro quo nunc etiam Meinek. χαvοῦσ'. Inde libri ἦσε perperam; cf. Iliad. 1, 311, etc. V. 6 hallucinatur Ath. et h. l., et in libro 13, obtrudens, ἐποίησέ θ' ἱλαρὸν, decipi se passus corruptis exemplaribus, in quibus scriptum fuerit θιλερὸν, commutatis inter se α et ι litteris, ut apud Euripidem Inonis fr. 3 et alias. Nam quis, quæso, tam inficetam ταυτολεξίαν imputet Comico minime inficeto potius quam grammatico multa lectione clariori quam sagacitate et judicio? Haud cunctanter scripsi θαλερόν.

2.

Idem 14, p. 617, F : περὶ δὲ τῆς αὐλῶν πρὸς λύραν κοινωνίας... Ἔφ. Ἐμπολῇ λέγει

— Κοινωνεῖ γὰρ, ὦ μειράκιον, ἡ
ἐν τοῖσιν αὐλοῖς μουσικὴ κἀν τῇ λύρᾳ,
τοῖς ἡμετέροισι παιγνίοις· ὅταν γὰρ εὖ

---

quum sint Amphidromia, in quibus et solent
assare casei Chersonesii frusta,
et coquere cramben oleo nitentem,
et vaporare pinguium agnellorum carnes,
et palumbos deplumare una cum turdis ac fringillis,
unaque cum loliginibus rodere sepiolarum pectora
et pilare cana (polyporum) volumina strenue,
multasque vini calices ebibere meraciores.

3.

— Et symbolam
ad cœnam sortiuntur.

NEGOTIATIO.

1.

Deinde ingresso, si forte aliquis
nostrûm afflictus est, blanditur,
osculatur, non comprimens os,
velut hostis, sed, passeribus
similis hiscens, sede collocat eum, solatur,
alacrem reddit, statimque dempta
omni ægritudine, hilarem ostendit.

2

Congruit enim, adolescens, ut
tibiarum musica et lyræ,
nostrorum ludorum ratio : nam si quis bene

συναρμόσῃ τις τοῖς συνοῦσι τὸν τρόπον,
τόθ' ἡ μεγίστη τέρψις ἐξευρίσκεται.

Versu 1 ᾗ, *qua ratione*, ut Aristoph. Lysistr. 664 : ᾗ βράχιστον τοῦ λόγου, etc. Libri vitiose ἤ.

V. ΕΦΗΒΟΙ.

1.

Athen. 14, p. 642, E, vocem τράγημα explicans : Ἔφ. Ἐφήβοις,

Χόνδρος μετὰ ταῦτ' εἰσῆλθε, μύρον Αἰγύπτιον,
φοινικίνου βῖκός τις ὑπανεῴγνυτο,
ἴτρια τραγήμαθ' ἧκε, πυραμοῦς, ἄμης,
ᾠῶν ἑκατόμβη· πάντα ταῦτ' ἐχναύομεν,
μασώμεν' ὄντως ἀνδρικῶς, ὅσ' εἴχομεν·
καὶ παραμασύντας γάρ τινας παραβόσκομεν.

Versu 1 μετὰ ταῦτ' Jacobsius pro μετά τ'. Versu 2 Eust. ad Odyss. 2, 290, p. 1445, 48 : τὸ γοῦν « οἴνου φοινικίνου βῖκός τις ὑπ. » οὐ πάνυ βραχὺ ἀγγεῖον τὸν βῖκον εἶναι δηλοῖ. Cf. Aristoph. Ὁλκ. fr. 18. Eundem hunc versum apponit Athen. 1, p. 29, D, ubi ὑπανεώγνυται. V. 3 libri εἶτ' ἴτρια, sed sine εἶτ' Athen. 2, p. 58, A, ubi versus 3 et 4 iterum ponuntur. Deinde vulgo τραγήματα θῆκε. Emendavit Porson. Omissum θῆκε in altero loco. V. 4 Eust. ib. p. 1205, 55 : ὅμοιον δὲ καὶ « τὸ ᾠῶν ἑκατόμβη » παιχθὲν παρά τινι παλαιῷ. V. 5 libri mendose ἐκμασώμεθ' οὕτως, neque recte Schweigh. et alii ἐμασώμεθ' οὕτως. Dobræus εὖ τε κἀνδρικῶς. V. 6 libri καὶ γὰρ παραμασύλτας. Correxit Casaub. Nos numeris consuluimus.

2.

Idem 11, p. 482, C : ὅταν δ' Ἔφ. ἐν Ἐφήβοις λέγῃ

Οὐ κύλικας ἐπὶ τὰ δεῖπνα Χαιρήμων φέρει;
οὐ κυμβίοισι πεπολέμηκ' Εὐριπίδης;

Versu 1 κακῶς γένοιθ', *male agat*. Contra Athen. 10, p. 419, D, annotante Mein.: οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνοῦντες καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς γίνονται.

V. ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗ.

Stobæus Flor. 96, 21, « cum lemmate Ἀριστοφῶντος apud Trincavellum. At codex A τοῦ αὐτοῦ Παρακαταθήκης· ita Menandri fuerit, cujus proxime præcedit locus. » *E M.*

Αἰσχρὸν γενέσθαι πτωχὸν ἀσθενῆ δ' ἅμα.

---

omnia monstrat, et pulchra, et molesta.

GEMINI vel FURNUS.

Dein jecora et intestinum aliquod jejunum
quinque chalcorum, puto, comprehensa apposuit.

MEDICUS.

1.

Voloque illi prædicere, qualibus sim moribus.
Si quis convivatur, adsum primus, ita ut jampridem
jus (bonum) nominer. Eligendus est aliquis
ex præsentibus; luctatorem puta me videre Argivum.
Oppugnare domum oportet, me *vides* arietem, et utcunque ascendere.
Ad supplantandum sum Capaneus; ad patiendum plagas incus;
ad fovendum alapas fascia; ad tentandum venustos fumus.

2.

Meretricum enim ædes ab Jove petitæ
inaccessibiles sunt nihil habentibus.

CALLONIDES.

Malus male pereat, qui secundus uxorem duxit
mortalium! nam primus quidem nihil deliquit :
quippe ignorans adhuc quale esset malum,
matrimonio secum conjunxit mulierem; secundus autem, qui id fecit
in prævisum volens incidit malum.

DEPOSITUM.

Turpe est mendicum simul fieri et invalidum.

VI. ΠΕΙΡΙΘΟΥΣ.

Athen. 7, p. 303, A : ἐπαινοῦσι δὲ τῶν θύννων καὶ τὰς κλεῖδας καλουμένας, ὡς Ἀριστ. ἐν Πειρίθῳ,

α. Καὶ μὴν διέφθαρταί γε τοὔψον παντελῶς·
κλεῖδες μὲν ὀπταὶ δύο παρεσκευασμέναι...
β. Αἷς τὰς θύρας κλείουσιν (ἄν); α. Θύννου μὲν οὖν.
β. Σεμνὸν τὸ βρῶμα. α. Καὶ τρίτη Λακωνική.

Ex Athenæo profecit Eustath. p. 1108, 21. Versu 3 libri κλείουσι; θύννου. Operosius et minus usitate Mein. κλείουσιν; α. Οὔ· θύννου. Jacobsius κλείουσι; τοῦ θύννου. V. 4 verbis Καὶ τρ. Λακ. finitur sententia κλεῖδες... παρεσκ. Ludit poeta duplici potestate vocis κλεῖς, quæ et clavem portæ, et thynni vel orcyni jugulum significat. Duplex fuit genus clavium proprie dictarum, κλεῖδες ὀπταὶ, et κλ. κρυπταὶ sive Λακωνικαὶ, quas καλυπτὰς vocat Casaub. Cf. Schweigh., et Mein. ad Menandr. p. 120. Cibus appellatus κλεὶς Λακωνικὴ qualis fuerit, non habeo dicere; neque latine reddi hoc sensu potuit κλείς.

VII. ΠΛΑΤΩΝ.

Athen. 12, p. 552, E, de Philippide macilento (cf. Ælian. V. H. 10, 6, Eust. p. 1646, 16) : Ἀριστ. Πλάτωνι,

— Ἐν ἡμέραις τρισὶν
ἰσχνότερον αὐτὸν ἀποφανῶ Φιλιππίδου.
β. Οὕτως ἐν ὀλίγαις ἡμέραις νεκροὺς ποιεῖς;

Male trajecta in libris verba αὐτὸν τρισὶν ἰσχνότερον (correxit Porson.) et ἐν ἡμέραις ὀλίγαις. De Platone et philosophis generatim, irrideri solitis a poetis quum veteris tum mediæ comœdiæ, v. et hunc locum, et Pythagoristen, tum Aristophanis Plutum, Eccles., Meinek. Hist. crit. Com. p. 287 seqq.

VIII. ΠΥΘΑΓΟΡΙΣΤΗΣ.

1.

Athen. 6, p. 238, C, de parasitis : κἂν Πυθαγοριστῇ δέ φησι

Πρὸς μὲν τὸ πεινῆν ἐσθίειν τε μηδὲ ἓν
νόμιζ' ὁρᾶν Τιθύμαλλον ἢ Φιλιππίδην·
ὕδωρ δὲ πίνειν βάτραχος, ἀπολαῦσαι θύμων
λαχάνων τε κάμπη, πρὸς τὸ μὴ λοῦσθαι ῥύπος,
ὑπαίθριος χειμῶνα διάγειν κόψιχος,
πνῖγος ὑπομεῖναι καὶ μεσημβρίας λαλεῖν
τέττιξ, ἐλαίῳ μήτε χρῆσθαι, μήτ' ἐρᾶν,
κονιορτὸς, ἀνυπόδητος ὄρθρου περιπατεῖν
γέρανος, καθεύδειν μηδὲ μικρὸν νυκτερίς.

Versu 3 recte, me judice, cod. C πίνει, quum opus sit verbo finito, quo referantur infinitivi. Βάτραχος, intell. ὡς, ut Ar. Pluti 294 : τράγοι δ' ἀκρατιεῖσθε, ubi schol. : ὡς τράγοι, etc. Ceteri πίνειν, ut Eust., qui v. 3 et seqq. citat p. 1951, 41. V. 7 μήτ' ἐρᾶν, intell. χρῆσθαι, *neque amare uti oleo*. Mendose scripti μήτε ὁρᾶν, editi μήθ' ὁρᾶν. V. 8 « κονιορτοὺς sordidos et squalore obsitos homines vocabant : v. Anaxandr. Ulyss. 2, 6. » *E M.* Demosthenes In Mid. p. 560 : νῦν δ', οἶμαι, τούτου προβέβληνται Πολύευκτος, Τιμοκράτης, Εὐκτήμων ὁ κονιορτός. * τοιοῦτοί τινές εἰσι μισθοφόροι περὶ αὐτόν· in quibus speciem glossematis habent verba τοιοῦτοί τ.... αὐτόν.

2.

Idem 13, p. 563, B, de Amore disserens : Ἀριστ. δ' ἐν Πυθ.

Εἶτ' οὐ δικαίως ἔστ' ἀπεψηφισμένος
ὑπὸ τῶν θεῶν τῶν δώδεκ' εἰκότως τ' Ἔρως;
ἐτάραττε κἀκείνους γὰρ, ἐμβάλλων στάσεις,
ὅτ' ἦν μετ' αὐτῶν· ὡς δὲ λίαν ἦν θρασὺς
καὶ σοβαρὸς, ἀποκόψαντες αὐτοῦ τὰ πτερὰ,
ἵνα μὴ πέτηται πρὸς τὸν οὐρανὸν πάλιν,
δεῦρ' αὐτὸν ἐφυγάδευσαν ὡς ἡμᾶς κάτω,
τὰς δὲ πτέρυγας, ἃς εἶχε, τῇ Νίκῃ φορεῖν
ἔδοσαν, περιφανὲς σκῦλον ἀπὸ τοῦ πολεμίου.

Versu 2 recte Porsonus τ' addidit post εἰκότως.

PIRITHOUS.

a. Sane opsonium quidem prorsus corruptum est :
κλεῖδες scilicet assæ duæ, apparatæ...
a. Quibusne fores claudunt? a. Immo thynni.
b. Magnificus cibus. a Et tertia Laconica.

PLATO.

— a. Tribus diebus
macilentiorem eum monstrabo Philippide.
b. Tam paucis in diebus reddis mortuos?

PYTHAGORISTA.

1.

Quod ad esuriendum quidem et nihil edendum,
puta videre Tithymallum vel Philippidem;
aquam vero bibit (ut) rana; ad fruendum thymis
et leguminibus eruca; ad non lavandum sordes;
ad transigendum hiemem sub dio merula;
ad calorem perferendum et meridie garriendum
cicada; ad abstinendum oleo, neque id cupiendum,
pulvereus turbo; ad mane circumeundum sine calceis
grus; ad ne paulum quidem dormiendum vespertilio.

2.

Tandem non juste et, ut decuit, duodecim deorum
suffragiis damnatus Amor est?
turbabat enim et ipsos illos, seditiones injiciens,

V. 9 ἀπὸ τοῦ πολεμίου Villebrun. auctore Eustathio, qui sic ad Hom. p. 987, 22 : ὁ μῦθος (« ex vetere aliquo poeta derivatus, ut videtur. » *Mein.*) ἀπεψηφίσθαι ὑπὸ θεῶν ἔφη τὸν Ἔρωτα, καὶ ἀποκοπῆναι (minus bene codd. ὑποκ.) μὲν τὰ πτερὰ, ἵνα μὴ πέτηται εἰς οὐρανὸν πάλιν, τὰς δὲ κατ' αὐτὸν πτέρυγας δοθῆναι τῇ Νίκῃ φέρειν ὡς οἷα σκῦλον περιφανὲς ἀπὸ τοῦ πολεμίου. Perperam Ath. ἀπὸ τῶν πολεμίων. Immo ἀπὸ τοῦ πολεμίου, *ab hoste* deorum Amore. Similiter Eust. p. 880, 5 : ὁ δὲ μῦθος λέγει τοῦ Ἔρωτος εἶναι τὰ τῆς Νίκης πτερὰ, etc.

3.

Athen. 4, p. 161, E : Ἀριστ. δ' ἐν Πυθ.

Πρὸς τῶν θεῶν, ᾠόμεθα, τοὺς πάλαι ποτὲ,
τοὺς Πυθαγοριστὰς, γενομένους οὕτως ῥυπᾶν
ἑκόντας, ἢ τρίβωνας ἡδέως φορεῖν·
οὐκ ἔστι τούτων οὐδὲν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης, οὐκ ἔχοντες οὐδὲ ἓν,
τῆς εὐτελείας πρόφασιν εὑρόντες καλὴν,
ὅρους ἔπηξαν τοῖς πένησι χρησίμους·
ἐπεὶ παράθες αὐτοῖσιν ἰχθῦς ἢ κρέας,
κἂν μὴ κατεσθίωσι καὶ τοὺς δακτύλους,
ἐθέλω κρέμασθαι δεκάκις.

Versu 1 libri οἰόμεθα, quod etiam ipsum ferri potest : v. Matth. Gr. §§ 168 et 243. Codex P οἰώμεθα. Sed C et Eust. p. 1553, 30 huic præponunt τί ποτε (servato etiam altero ποτέ), Epit. τι πώποτε. V. 2 ita Grot., libri γινομένους. « Præstat, forsan λεγομένους. » *Mein.*, qui in Add. edit. alterius p. XVII accuratius de hoc l. disserens, collato schol. Theocriti 14, 5, hæc ita constituit :

Πρὸς τῶν θεῶν, τί πώποτ' οἰόμεσθα δὴ
τοὺς Πυθαγοριστὰς λεγομένους οὕτως ῥ. etc.

Versus 3 vulgo, sine legitima cæsura et in thesi collocato vocabulo τρίβωνας, ἑκ. ἢ φορεῖν | τρ. ἡδ. V. 8 vulgatum αὐτοῖς correxit Mein.

4.

Diogenes Laert. 8, 38 : Ἀριστ. Πυθ.

α. Ἔφη τε, καταβὰς εἰς δίαιταν τῶν κάτω,
ἰδεῖν ἑκάστους, διαφέρειν δὲ πάμπολυ
τοὺς Πυθαγοριστὰς τῶν νεκρῶν· μόνοισι γὰρ
τούτοισι τὸν Πλούτωνα συσσιτεῖν ἔφη
δι' εὐσέβειαν. β. Εὐχερῆ θεὸν λέγεις,
εἰ τοῖς ῥύπου μεστοῖσιν ἥδεται ξυνών.

Diogenem exscripsit Suidas v. Πυθαγόρας. Versu 5 facete dictum δι' εὐσέβειαν, *per pietatem*, reverentia Pythagoræ propter dogma de metempsychosi et silentium Pythagoreorum, quæ inprimis placere poterant Plutoni, *Silentum* deo; cf. Cic. Tusc. 1, 16; 4, 1, Gell. 1, 9, Valer. Max. 8, 8, etc.

5.

Ibid.

— Ἐσθίουσι δὲ
λάχανά τε, καὶ πίνουσιν ἐπὶ τούτοις ὕδωρ·
φθεῖρας δὲ, καὶ τρίβωνα, τήν τ' ἀλουσίαν,
οὐδεὶς ἂν ὑπομείνειε τῶν νεωτέρων.

Versu 1 Ἐσθίουσι δὲ pro ἐσθίουσί τε Casaub.

IX. ΦΙΛΩΝΙΔΗΣ.

Athen. 11, p. 472, C, de poculis Thericleis : Ἀριστ. δ' ἐν Φιλωνίδῃ,

— Τοιγαροῦν ἐμοὶ μὲν ἀρτίως ὁ δεσπότης
δι' ἀρετὴν τῶν Θηρικλείων εὐκύκλωτον ἀσπίδα,

---

quum una fuit, ut vero nimis audacem
atque insolentem se præbuit, abscisis pennis,
ne ad cœlum volaret denuo,
huc eum fugarunt ad nos inferiores,
quasque habuit alas Victoriæ ferendas
dederunt, illustre spolium hosti ereptum.

3.

Per deos, putabamus, illos olim exortos
Pythagoreos ita squalere
volentes, vel libenter gestare pannos :
nihil horum sic est me judice,
sed necessitate, ut quibus nihil est præ manu,
parsimoniæ invento prætextu bono,
terminos pauperibus utiles constituerunt :
nam appone illis pisces vel carnem,
et nisi ipsos digitos comederint,
suspendi me volo decies.

4.

a. Dicebatque, se descendisse in inferiorum cubicula,
visum singulos; et plurimum differre
Pythagoreos a *celeris* mortuis : cum his enim solis
Plutonem convivari dicebat
per pietatem. b. Commodum dicis deum
si una esse gaudet cum sordium plenis.

5.

— Edunt autem
legumina, ad quæ bibunt aquam,
ceterum pediculos, et pannum, et illotos,
nemo juniorum pertulerit.

PHILONIDES.

— Itaque mihi nuper herus,

ὑπεραφρίζουσαν τρυφῶσαν, ἴσον ἴσῳ κεκραμένην,
προσφέρων ἔδωκεν, οἶμαι χρηστότητος οὕνεκα·
εἶτ' ἐλευθέραν ἀφῆκε βαπτίσας ἐρρωμένως.

Ex his nemo conjiciat, quis Philonides dicatur : nam plures fuerunt. Hanovius Exercitat. critt. 1, p. 29 aliique de Philonide Melitensi cogitant, de quo ad Aristoph. Plut. 179. Versu 2 δι' ἀρετὴν, i. q. mox χρηστότητος οὕνεκα. Thericlea pocula latis fundis, proptereaque capaciora atque magis expetita, præsertim a bibaculis mulieribus. Lepide illa apud Eubulum Campyl. 2 :

Ὦ γαῖα κεραμὶ, τίς σε Θηρικλῆς ποτε
ἔτευξε κοίλης λαγόνος εὐρύνας βάθος;
ἦ που κατειδὼς τὴν γυναικείαν φύσιν,
ὡς οὐχὶ μικροῖς ἥδεται ποτηρίοις;

Cf. ejusdem Dolon 2. « Ἀσπίδα dicit poculum clypei instar rotundatum. V. 5 βαπτίσας. Hæc spectant ad πῶμα ἐλευθερίας, de quo ad Antiphanis Ἀκεστρ. 2. » *E M.*

INCERTORUM DRAMATUM FRAGMENTA.

1.

Stobæus Flor. 96, 23 cum lemmate Ἀριστοφῶντος.

Τὸ τέλος ἅπασίν ἐστι τοῖς πτωχοῖσι νύξ·
ἐπισκοτεῖ γὰρ τοῖς κακοῖσι πανταχοῦ.

« Locus fortasse ad Babiam referendus. » *E M.*

2. 3.

Athen. 2, p. 63, A : Ἀντιφάνης δὲ διὰ τοῦ π φησὶν ἀσπάραγον... Ἀριστοφῶν « Κάππαριν, βληχὼ, θύμον ἀσπάραγον, πίτταν, ῥάμνον, σφάκελον, τύμπανον. » Apparet hæc temere conglutinata esse. Scribam, priore loco partes senariorum restituens,

— Κάππαριν, βληχὼ, θύμον,
ἀσπάραγον,

posteriore autem anapæstum dim. in quo commemorari videntur capitis supplicia,

πίτταν, ῥαβδοσφάκελον, τύπανον.

Pro πίτταν Bodæus scribebat πίτυν. Plautus Capt. 3, 4, 64 :

— *Ar.* At pol te, si hic sapiat senex,
pix atra agitet apud carnificem, tuoque capiti illuceat.

Dure codices *atra pix.* Lucretius 3, 1030, annotante ibi Lambino :

Verbera, carnifices, robur, *pix*, lamina, tædæ.

Ῥάμνος vereor ut huc pertineat, nec per se dictus σφάκελος placet; ῥαβδοσφάκελον autem intelligas convulsionem virgati. Plautus Asin. 3, 2, 18 :

Ubi sæpe causam dixeris pendens adversus octo
astantes audaces viros, valentes virgatores.

Ubi mire libri *astutos*, quod ortum dicas ex « astātes ». Τύπανον scribendum fuit metri gratia pro τύμπανον, ut Hymn. Homer. 14, 3 :

ᾗ κροτάλων τυπάνων τ' ἰαχὴ, σύν τε βρόμος αὐλῶν,
εὔαδεν.

Hic quidem vox sonat ξύλον, ἐφ' ᾧ ἐτυμπάνιζον (*ad necem verberabant*), ut ait schol. ad Ar. Pluti 472. Bodæus scribebat ῥάφανον, σφάκον, πήγανον.

LII.

EPICRATES.

« Epicrates, Ambraciota (Athen. 10, p. 422, F), mediæ comœdiæ poeta, ut ibi vocatur, quando vixerit, ex fragmento apud Athen. 2, p. 59, D, intelligitur, in quo Platonem ejusque discipulos Speusippum et Menedemum perstringit; item e mentione facta Pharnabazi, de quo Thucydides, ex verbis de Laide (Ἀντιλ. fr. 2, 18):

— δόλιχον τοῖς ἔτεσιν ἤδη τρέχει,
τὰς ἁρμονίας τε διαχαλᾷ τοῦ σώματος,

quibus si quinquagenariam describi ponimus, fabula illa ineunte olymp. 101 (ante Chr. nat. 375) scripta fuerit, siquidem Laidis natales incidere in olymp. 88, 2 (ante Chr. nat. 426) ex multorum testimoniis efficitur : v. schol. Aristoph. Pluti 179 et Franc. Ritteri Dissert. de Pluto, p. 21. Quinque fabularum tituli supersunt. » *E M.*

---

ob virtutem, Thericleorum in orbem circumactum clypeum,
superne spumentem, delicatum, par pari temperatum,
allatum dedit, opinor equidem, quod probam et frugi cognosset;
deinde liberam dimisit, quum probe madefecisset.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Finis *malorum* omnibus est mendicis nox :
nam mala undique obumbrat illa.

2.

Capparin, pulegium, thymum,
asparagum.

3.

Picem, convulsionem ex virgis, verbera.

I. ΑΜΑΖΟΝΕΣ.

Athen. 10, p. 422, F, de verbo δεδειπνάναι agens : Ἐπικράτης ὁ Ἀμπρακιώτης ... ἐν Ἀμαζόσι

Δεδειπνάναι γὰρ ἄνδρες εὐκαίρως πάνυ
δοκοῦσί μοι.

V. 1 Mein. correxit quod legebatur ἄνδρες. Cf. proleg. Antilaidis.

II. ΑΝΤΙΛΑΪΣ.

« Cognominem fabulam Cephisodoro tribuunt Suidas et Eudocia; item Amazones. Tituli rationem ab irrisione Laidis ductam putaverim; neque inepte compares Ἀντιπορνοβοσκὸν (Lenonis adversarium) Dioxippi. » *E M.*

1. 2.

Athen. 13, p. 570, B : τῶν οὖν μεγαλομίσθων ἑταιρῶν ἀποτρέπω σὲ ... διότι « Τὰς μὲν ἄλλας ἔστιν αὐλούσας ἰδεῖν αὐλητρίδας πάσας Ἀπόλλωνος νόμον Διὸς νόμον (hæc duo vocc. addunt codd. AB)· αὗται δὲ μόνον αὐλοῦσιν ἱέρακος νόμον, » Ἐπικράτης φησὶν ἐν Ἀντιλαΐδι (vulgo Ἱέρακος, quum avis rapax dicatur ridicule, non Hieracum unus, e Xenophonte aliisque notorum. Molestius mendum est κακόμετρον et supervacuum πάσας, quod conflatum putes ex utrimque vicinis -δας ἀπ-, quum δ et π litteræ commutatæ interdum deprehendantur, quemadmodum Nub. 1285 νη δι' pro νηπι' legitur in codicibus. Hoc igitur expuncto, neque lacuna sumpta, et vitato homœoteleuto, scribamus

Τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἔστιν αὐλούσας ἰδεῖν
αὐλητρίδας Ἀπόλλωνος (ἢ) Διὸς νόμον,
αὗται δὲ νόμον αὐλοῦσιν ἱέρακος μόνον.

Amant iambici poetæ μόνος ponere extremo versu, velut Aristoph. Acharn. 29, 52, 77, 110, 131, 987, 991, et inprimis μόνον, quod quidem habes Acharn. 424, 428, 443, Eq. 377, 534, etc. Ceterum cf. ann. ad Avium 464. » De ἱέρακος νόμῳ laudant Pollucem 4, 79. » *E M.* Quocum inserui γάρ auctore Schweigh. Pergit Athenæus : ἐν ᾧ δράματι καὶ περὶ τῆς πολυθρυλλήτου Λαΐδος τάδε λέγει

Αὐτὴ δὲ Λαῒς ἀργός ἐστι * καὶ πότις,
τὸ καθ' ἡμέραν ὁρῶσα πίνειν κἀσθίειν
μόνον· πεπονθέναι δὲ ταὐτά μοι δοκεῖ
τοῖς ἀετοῖς· οὗτοι γὰρ ὅταν ὦσιν νέοι,
ἐκ τῶν ὀρῶν πρόβατ' ἐσθίουσι καὶ λαγὼς,
μετέωρ' ἀναρπάζοντες ὑπὸ τῆς ἰσχύος·
ὅταν δὲ γηράσκωσιν ἤδη, (δὴ) τότε
ἐπὶ τοὺς νεὼς ἵζουσι πεινῶντες κακῶς,
κἄπειτα τοῦτ' εἶναί (γε) τέρας νομίζεται·
καὶ Λαῒς ὀρθῶς γοῦν νομίζοιτ' ἂν τέρας·
αὕτη γὰρ ὁπότ' οὖν ἦν ἔποπτος καὶ νέα,
ὑπὸ τῶν στατήρων ἦν ἀπηγριωμένη,
εἶδες δ' ἂν αὐτῆς Φαρνάβαζον θᾶττον ἄν·
ἐπεὶ δὲ δόλιχον τοῖς ἔτεσιν ἤδη τρέχει,
τὰς ἁρμονίας τε διαχαλᾷ τοῦ σώματος,
ἰδεῖν μὲν αὐτὴν ῥᾷόν ἐστι καὶ πτύσαι·
ἐξέρχεταί τε πανταχόσ' ἤδη πιομένη,
δέχεται δὲ καὶ στατῆρα, καὶ τριώβολον,
προσίεται δὲ καὶ γέροντα, καὶ νέον·
οὕτω δὲ τιθασὸς γέγονεν, ὥστ' ἀφιλτάτη
τἀργύριον ἐκ τῆς χειρὸς ἤδη λαμβάνει.

Versui 1 ἀργὸς, ut Ar. Ecclesiaz. 880, etc. Deinde scribo κατὰ πάτος, *in via;* cf. 17. Libri et Eustath. p. 1403, 57, tautologice καὶ πότις. Mirum, talia diu circumferri, nec fides adhibenda est istis medii ævi librariis, qui sæpe, quæ negligenter descripserant, ne ipsi quidem intelligebant. V. 3 libri ταῦτα. V. 6 ὑπὸ Porson.; vulgo ἀπὸ, mendo frequente. V. 7 δὴ forte excidit post ἤδη. Cf. Aristoph. Av. 910, etc. Meinek. τότε (θεῶν). V. 9 vulgo κ. τοῦτ' εἶναι νομ. τέρας. Adjuvi versum cæsura destitutum immissa γε particula etiam per se apta, et quæ hausta videatur a τε- vicino. Simul curatum homœoteleuton librorum. V. 11 putide αὕτη γ. ὁπ. ἦν μὲν νεοττὸς καὶ νέα, neque opem ferunt scripti, nisi quod C præbuit οὖν omisso μὲν cum PVL. (Nihil per se offensionis habere verba νεοττὸς καὶ νέα, ostendit exemplorum similium abundantia ap. Lobeck. Paralip. 1, p. 60 seqq. a Mein. cit.) V. 13 « Φαρνάβαζον, qui, utpote satrapa, difficiles aditus habebat. » *E M.* V. 14 vulgo δολιχόν. V. 16

AMAZONES.

Sane viri tempestive videntur mihi
cœnasse.

LAIDIS ADVERSARIA.

1.

Nam ceteras quidem ad tibiam canentes videas
tibicinas Apollinis vel Jovis modum;
istæ vero nonnisi accipitris modum tibicinant (*).

(*) *Tibicinant*, vox Fulgentii et Tertulliani, quem non magis sprevi quam alias recentiores bonæ notæ.

2.

Ipsaque Lais otiosa stat in via,
id modo spectans, quod bibat atque edat
quotidie. Huic accidisse videtur idem
quod aquilis : illi enim, dum juvenes sunt,
e montibus in auras vi abripiunt
devorantque oves ac lepores;
quum vero senescere jam incipiunt, (nimirum)
templis insident male esurientes, [tunc

πτύσαι, *conspuere*, abominari. Cf. Soph. Antig. 609. Plauti Curc. 4, 2, 16:

> Nec vobiscum quisquam in foro frugi consistere audet:
> qui constitit, culpant eum, *conspuitur*, vituperatur.

V. 20 ἀφιλτάτῃ, *minime amicæ*, invisæ sibi alias feminæ, cujus tamen, non, ut olim, amatoris, ex manu argentum jam accipere dicitur Lais, si divinavimus. Vereor autem, ut probabiliter explicari possint vulgata ὦ φίλταται, PVL ὦ φίλτατε.

3.

Ib. p. 605, E: κἀγὼ δὲ κατὰ τὴν Ἐπικράτους Ἀντιλαΐδα

> Τὰρωτικὰ μεμάθηκα ταῦτα παντελῶς
> Σαπφοῦς, Μελήτου, Κλεομένους, Λαμυνθίου.

Versu 1 libri Ἐρωτικὰ μεμ. Dobr. Τἀρωτίκ' ἐκμεμάθηκα. « *Meletus*, cujus carmina amatoria h. l. commemorantur, haud diversus fuisse videtur a Meleto Tragico, Socratis accusatore, de quo schol. Platonis p. 330. Ejusdem scolia notantur ab Aristoph. Ran. 1302 (1231). De *Cleomene* poeta v. Chionidem Πτωχ. 1. De *Lamynthio* Athen. 13, p. 597, A: προσέτι δὲ καὶ τὴν ὁμώνυμον ταύτης (Antimachi Lyden dicit) ἑταίραν Λυδὴν, ἣν ἠγάπα Λαμύνθιος ὁ Μιλήσιος. ἑκάτερος γὰρ τούτων τῶν ποιητῶν, ὥς φησι Κλέαρχος ἐν τοῖς Ἐρωτικοῖς, τῆς βαρβάρου Λυδῆς εἰς ἐπιθυμίαν καταστὰς ἐποίησεν, ὁ μὲν (Antimachus) ἐν ἐλεγείοις, ὁ δ' ἐν μέλει, τὸ καλούμενον ποίημα Λυδήν. Photius, Λαμύνθιος: ποιητὴς ἐρωτικῶν μελῶν. » *E M.*

III. ΔΥΣΠΡΑΤΟΣ.

« Δύσπρατον alios Antiphani, alios Epicrati tribuisse docet Athen. 6, p. 262, D, ubi, allatis aliquot ex Epigenis (?) et Antiphanis *Dysprato* versibus inter se simillimis, ita pergit: ἐκ τῆς παραθέσεως τῶν ἰαμβείων δῆλός ἐστιν ὁ Ἐπικράτης τὰ τοῦ Ἀντιφάνους μετενεγκὼν, quæ ad iteratam ab Epicrate Antiphaneæ fabulæ editionem spectare putem. Omissa dubitatione Antiphanem scriptorem dramatis dicit Athen. 14, p. 166, F. » *E M.*

Athen. 6, p. 262, D: Ἐπικράτης δ' ἐν Δυσπράτῳ ἀγανακτοῦντα ποιεῖ τινα τῶν οἰκετῶν, καὶ λέγοντα

> — Τί γὰρ
> ἔχθιον ἢ « Παῖ, παῖ, » καλεῖσθαι παρὰ πότον,
> καὶ ταῦτ' ἀγενείῳ μειρακυλλίῳ τινὶ,
> ἢ τὴν ἀμίδα φέρειν, ὁρᾶν τε κείμενα
> ἀμήτι' ἡμίβρωτ' ἂν ὀρνίθειά τε,
> ὧν οὐδὲ λειφθέντων (γε) θέμις δούλῳ φαγεῖν,
> ὥς φασιν αἱ γυναῖκες; ὃ δὲ χολᾶν ποιεῖ
> γάστριν (τε) καὶ λάμυρον καλοῦσ', ὃς ἂν φάγῃ
> ἡμῶν τι τούτων.

Partem loci habet Eustath. p. 1885, 38. Versu 2 ἢ addidit Pors. V. 4 τὴν ἀμ. φέρειν, cf. Eupolis Incert. 2. Sequentia, ὁρᾶν usque ad v. 7 γυναῖκες, ex Antiphanis Δυσπράτῳ Epicratem sumpsisse Athen. annotavit. V. 5 libri ἄμητας ἡμιβρῶτας, quæ non quadrant ad κείμενα. V. 6 libri sine cæsura legitima ὧν οὐδὲ λειφθ. θέμις etc. V. 7 ὃ δὲ χολᾶν ποιεῖ Porson. pro corruptis, quæ libri obtrudebant, ὃ vel ὃς δὲ χοᾶσιν ποιεῖ vel χοᾶ πίῃ, et hoc monstrat Ms. Musei Brit. ὁ δὲ χοαιν ποιεῖ. V. 8 vulgo γάστριν καλοῦσι καὶ λάμυρον, ὃς ἂν φ., male collocata voce λάμυρον.

IV. ΕΜΠΟΡΟΣ.

Athen. 14, p. 655, F: ὀπτῶν δελφάκων δὲ μνημονεύει Ἐπ. ἐν Ἐμπόρῳ,

> — Ἐπὶ τοῖσδ' ἐγὼ
> μάγειρος, οὔτε Σικελία καυχήσεται
> τρέφειν τοιοῦτον ἄρταμον κατ' ἰχθύων,

> tandemque hoc quidem portentum esse existimatur:
> sic igitur Laidem quoque portentum recte existimes:
> hæc enim, quamdiu spectabilis fuit et adolescens,
> stateribus efferebatur, citiusque quam
> illam Pharnabazum vidisses;
> ex quo autem annis longius provecta est,
> proportionibus corporis laxatis,
> facilius quidem videas eam conspuasque:
> quippe exit jam quoqueversus appota,
> sumitque et staterem, et triobolum;
> admittit pariter senem atque juvenem;
> adeoque cicurata est, ut invisissimæ
> ex manu nunc argentum accipiat.

3.

> Amatoria illa edidici perfecte
> Sapphonis, Meleti, Cleomenis, Lamynthii.

VENDITU DIFFICILIS.

> — Quid enim
> odiosius quam « Puer, puer, » vocari in potu,
> idque ab imberbi aliquo adulescentulo,
> aut matulam afferre juberi, et jacentes videre
> placentas semesas, avesque,
> quarum ne reliquiis quidem vesci fas servo,
> ut aiunt mulieres? quodque bilem movet,
> polyphagum atque impudentem vocant, si quis
> nostrûm aliquid horum edit.

MERCATOR.

> — Hac conditione ego sum

οὔτ' Ἦλις, ἔνθα δελφάκων ἐγὼ κρέα
κάλλιστ' ὄπωπα πυρὸς ἀκμαῖς ἠνθισμένα.

Versu 4 libri οὐχήλισ', edd. οὐχ Ἦλις. Correxit Casaub. « Eliacorum coquorum (pariter ac Siculorum : v. Horat. Carm. 3, 1, 18. *Both.*) magnam laudem fuisse intelligitur etiam ex Antiphanis fr. incert. 11. V. 5 ἠνθισμ., *variegata*. Philemon Milit. v. 6, de pisce : οὐδ' ἄνωθεν ἐξηνθισμένον. » *E M.*

V. ΧΟΡΟΣ.

Ælianus H. A. 12, 10, ubi agit de murium libidine : καὶ πάλιν ἐν τῷ Χορῷ (δρᾶμα δέ ἐστι τῶν Ἐπικράτους τοῦτο) [vitiose enim libri καὶ πάλιν παρὰ Ἐπικράτει ἐν τῷ Χορῷ (δρ. δέ ἐστι τῷ Ἐπικράτει τοῦτο)]·

Τελέως δέ μ' ὑπῆλθεν ἡ κατάρατος μαστροπὸς,
ἐπομνύουσα « τὰν Κόραν, τὰν Ἄρτεμιν,
τὰν Φερσέφατταν, » ὡς δάμαλις, ὡς παρθένος,
ὡς πῶλος ἀδμής· ἡ δ' ἄρ' ἦν μυωνία.

Versu 1 libri fere τελείως, deinde δευμε vario accentu, al. δεῖ με, al. δέ με, unus δῦμ. Mein. Τελέως μ' ὑπ. Toupius. Τέλος δ' ὑπῆλθέ μ' V. 2. De formis Doricis in juramentis Mein. dixit ad Menandrum p. 16, et conferri jussit πρὸς Γᾶς Incert. 1, 7; sed Corinthia fortasse cogitanda est lena, patriaque loqui dialecto. V. 3 libri Φερέφ. vel Φαρεφ. Superioribus hæc addit Ælianus : εἰς ὑπερβολὴν λαγνιστάτην (immo λάγνιν τινά : inelegans enim est, vixque admittendus post εἰς ὑπ. superlativus, neque hæc verba glossematis habent speciem. *Both.*). αὐτὴν εἰπεῖν ἠθέλησε μυωνίαν ὅλην ὀνομάσας, in quibus non magis premendum arbitror τὸ ὅλην quam in illis Ar. Pac. 912, ἀπόφηνον ὅλην σαυτήν.

INCERTORUM DRAMATUM FRAGMENTA.

1.

Athen. 2, p. 59, C, de cucurbita disserens : Ἐπ. ὁ κωμῳδιοποιὸς,

— α. Τί Πλάτων,
καὶ Σπεύσιππος, καὶ Μενέδημος;
πρὸς τίσι νυνὶ διατρίβουσιν;
ποία φροντὶς, ποῖος δὲ λόγος,
διερευνᾶται παρὰ τοῖς; τάδε μοι
πινυτῶς, εἴ τι κατειδὼς ἥκεις,
λέξον, πρὸς Γᾶς!
β. Ἀλλ' οἶδα λέγειν περὶ τῶνδε σαφῶς·
Παναθηναίοις γὰρ, ἰδὼν ἀγέλην
(τὴν) μειρακίων
ἐν γυμνασίοις Ἀκαδημείας,
ἤκουσα λόγων ἀφάτ' ὡς ἀτόπων·
περὶ γὰρ φύσεως ἀφοριζόμενοι,
διεχώριζον ζώων τε βίον,
δένδρων τε φάσιν, λαχάνων τε γένη,
κᾆτ' ἐν τούτοις τὴν κολοκύντην
ἐξήταζον, τίνος ἐστὶ γένους·
α. Καὶ τί ποτ' ἄρ' ὡρίσαντο, καὶ τίνος γένους,
εἶναι τὸ φυτόν; δήλωσον, εἰ κάτοισθά τι.
β. Πρώτιστα μὲν οὖν πάντες ἀναυδεῖς
τότ' ἀπέστησαν, καὶ κύψαντες
χρόνον οὐκ ὀλίγον διεφρόντιζον·
κᾆτ' ἐξαίφνης, ἔτι κυπτόντων
καὶ ζητούντων τῶν μειρακίων,

---

coquus; neque Sicilia gloriabitur
talem se alere piscium mactatorem,
vel Elis, ubi porcellorum ego carnes
optime vidi ignis apicibus variegatas.

CHORUS.

Postremo advenit lena detestabilis,
Quæ per Dianæ, Liberæ Proserpinæ
Jurabat numen, integram esse et virginem,
Ut equulam indomitam, quum cavus esset murium.

H. GROT.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

— a. Quid (agit) Plato,
et Speusippus, et Menedemus?
apud quos nunc commorantur?
quænam quæstio, vel res,
ab hisce perquiritur? hæc mihi
cate, si quid sciens ades,
narra, per Terram!
b. At habeo sane narrare de his accurate :
nam Panathenæis quum vidi
gregem juvenum
in gymnasiis Academiæ,
audivi sermones supra quam dici potest absurdos :
de natura enim disputantes
separabant animalium vitam
ab arborum spectaculo et olerum generibus,
eaque re occupati explorabant
cujusnam generis esset cucurbita.
a. Quomodo igitur definiebant et quo referebant
plantam? indica si quid novisti.
b. Primum quidem omnes muti
tunc abstiterunt, demissisque capitibus
diu id expendebant;
dein subito, ceteris adhuc humum intuentibus
quærentibusque adolescentulis,

λάχανόν τις ἔφη στρογγύλον εἶναι,
ποίαν δ' ἄλλος, δένδρον δ' ἕτερος.
Ταῦτα δ' ἀκούων τις ἰατρὸς
Σικελᾶς ἀπὸ γᾶς
κατέπαρδ' αὐτῶν ὡς ληρούντων.
α. Ἦ που δεινῶς ὠργίσθησαν,
χλευάζεσθαι δ' ἐβόησαν·
τὸ γὰρ ἐν λέσχαις ταῖσδε τοιαυτὶ
ἀπρεπὲς ποιεῖν.
β. Οὐδ' ἐμέλησεν τοῖς μειρακίοις·
ὁ Πλάτων δὲ παρὼν οὐδὲν ὀρινθεὶς,
καὶ μάλα πρᾴως, ἀφορίζεσθαι,
τίνος ἐστὶ γένους, ἐπέταξ' αὐτοῖς
(αὐτὸς) πάλιν· οἱ δὲ διῄρουν.

Versu 3 libri νῦν, quod correxerunt Pors. et Erfurdt. Versu 5 vulgo :

διερευνᾶται παρὰ τοῖσιν;
τάδε μοι πινυτῶς, εἴ τι κατειδὼς
ἥκεις, λέξον, πρὸς γᾶς * *

Mirifice hic turbant critici, in plano lapsi. V. 10 τὴν absorptum videtur a -λην vicino : quippe similes in Mss. λ et τ litteræ, nec semel commutatæ : v. Soph. Antig. 121, Thuc. 7, 56, etc. V. 11 libri inconcinne Ἀκαδημίας, de quo mendo ad Ar. Nub. 973; hic quidem emendavit Dind. V. 12 putido errore legitur ἤκουσα λόγων ἀφάτων ἀτόπων. Ἄφαθ', h. e. ἄφατα pro ἄφατον, intellecto ἐστί : v. ann. ad Ar. Pluti 1081 nostræ ed. V. 15 libri φύσιν, ineleganter quidem post generatim dicta περὶ φύσεως : v. ann. ad Soph. Trachin. 914, et de confusis α et υ litteris ann. ad Eubuli Κυβ. 2. V. 20 οὖν adjecit Jos. Scaliger, versum sarciens. Meinekii Πρώτιστον minus verosimile videtur. Allatus versus ab Eustathio p. 864, 31. V. 21 vitiose codd. ἐπέστησαν : abstiterunt juvenes meditaturi. V. 23 κᾆτ' ἐξαίφνης Porson. pro κἀξαίφνης. V. 29 idem κατέπαρδ', ut Arist. Pac. 525. Vulgo κατεπέρδετ', quod versus respuit. Versus 30-33 alteri interlocutori tribuendos esse vidit Coraes. V. 32 τοιαυτὶ Meinek. pro τοιαῦτα. V. 33 libri εὐπρεπὲς, quod correxit Casaub. Transposui duo vocabula, quanquam de brevi syllaba in fine anapæsti affertur Seidler. Dochm. p. 80. V. 35-38. Trajecta in his verba suis quæque locis reposui, et hiantem versiculum explevi τῷ αὐτὸς, etiam sententiæ apto, cui præcedens simile αὐτοῖς videtur obfuisse. Legebatur autem

ὁ Πλάτων δὲ παρὼν καὶ μάλα πρᾴως,
οὐδὲν ὀρινθεὶς, ἐπέταξ' αὐτοῖς
πάλιν [ἐξ ἀρχῆς add. Pors.]
ἀφορίζεσθαι τίνος ἐστὶ γένους·
οἱ δὲ διῄρουν.

2.

Idem 11, p. 782, F : ἄκατος ποτήριον, ἐοικὸς πλοίῳ. Ἐπ.

— Κατάβαλλε τἀκάτια, καὶ *κυλίκια
αἶρου τὰ μείζω, κεὐθὺ τοῦ καρχησίου
ἄνελκε τὴν γραῦν, τὴν νέαν τ' ἐπουρίσας
πλήρωσον, εὐτρεπῆ τε τὸν κοντὸν ποιοῦ,
καὶ τοὺς κάλως ἔκλυε, καὶ χάλα πόδα.

« In his inesse amphiboliam, nauticis vocabulis ad significandas res longe diversas adhibitis, viderunt Villebrunius et Jacobsius Animadv. ad Ath. p. 249, qui quidem versu 1 addidit καὶ metri gratia. » *E M.* Idem Mein. malit κυμβία, nomen etiam ipsum nauticum; quod placet. His obscœnis et vetulam et juvenem affectare jubetur ille, quem compellat Epicrates. Quæ non excutiam, id tantum observans, verbis κεὐθὺ — τὴν γραῦν significari fortasse cunnilingum. V. 3 ἐπουρίσας cod. E et Jacobsius. Vulgo ἐπηυρίσας. V. 4 εὐτρεπῆ cod. A pro vulg. ἐντρεπῆ. V. 5 κάλως Valcken. pro κάλους. « Dictione χαλᾶν πόδα proprio sensu usus est poeta incertus Plut. Moral. p. 819, B, et Eurip. Or. 706. Hoc l. quid significet tropice, ostendit notum illud oraculum Ægeo datum Euripidis Med. 642 : ἀσκοῦ σὺ τὸν προὔχοντα μὴ λῦσαι πόδα. » *E M.*

3.

Pollux 4, 121 : πρωτόβαθρον Ἐπ. φησὶν ὁ κωμῳδοδιδάσκαλος. Cod. Falck. Φερεκράτης, cujus v. fr. incert. 73.

---

quidam dixit, olus rotundum esse;
aliusque herbam, et alius arborem.
Hæc audiens quidam medicus
e Sicilia
oppediit iis, tanquam nugantibus.
a. Haud dubie vehementer irati sunt
et clamarunt, se irrideri :
nam in his conciliabulis
talia facere indecorum.
a Nec tamen id curabant juvenes;
et Plato præsens, nihil commotus
et valde placidus, definire
cujus generis esset, illos jussit
(ipse) denuo; et illi inquirebant.

2.

Amove acatia, cymbiaque
affer majora, et statim ad velum
attrahe anum; adolescentulam vero invectus
reple; contumque appara,
et rudentes exsolve, pedem laxans.

LIV.

CRATINUS JUNIOR.

« Hujus ætatem et Platonis mentio apud Diog. Laert. 3, 28, indicat, et hoc, quod Corydum, Pythagoreos, aliosque id genus homines exagitat. Si certo constaret, Archephontem, quem apud Athen. 11, p. 469, C, commemorat, eundem esse, de quo agitur ibidem 6, p. 242, A, Cratinus vitam usque ad Ptolemæi Philadelphi tempora produxisse videretur. » *E M.* Hist. crit., ubi de titulis fabularum disputat p. 411 seqq., et de Διονυσαλεξάνδρῳ (v. veteris Cratini fragmenta) conjecturam profert.

I. ΓΙΓΑΝΤΕΣ.

1.

Athen. 15, p. 661, E : ἐκσεμνύνει δὲ τὴν τέχνην (τὴν μαγειρικὴν) καὶ ὁ νεώτερος Κρατῖνος ἐν τοῖς Γίγασι, λέγων

— Ἐνθυμοῦ δ', ὅ τῆς γῆς φασιν, ὡς
ὄζει, καπνός τ' ἐξέρχετ' εὐωδέστερος.
Οἰκεῖ τις, ὡς ἔοικεν, ἐν τῷ χάσματι
λιβανωτοπώλης ἢ μάγειρος Σικελικός.

Versu 1 et 2 libri Ἐνθύμει δὲ τῆς γῆς ὡς γλυκὺ ὄζει, sed B inter γῆς et ὡς inserit φασὶ, quem librum secutus sum, γλυκὺ habens pro glossemate, quippe ταυτολόγον, quum sequatur εὐωδέστερος. Dind. Ἐνθυμοῦ δὲ, Meinek. Ἐνθυμεῖσθε. Quod apud Athen. legitur, ἐν τοῖς Γίγασι, idem habet Hesychius v. Παμύλης. Sed 6, p. 241, C, ille ostendit ἐν Τιτᾶσι, quod etiam priore loco Athenæi et apud Hesychium Meinek. reponendum esse suspicatur, quum præsertim Eubulus quoque Titanes docuerit. « Favet huic conjecturæ quodammodo Hesychius, quum dicit Παμύλης : Αἰγύπτιος θεὸς πριαπώδης, Photius autem Lex., p. 592, 2 : ἐνομίζοντο δὲ (οἱ Τιτᾶνες) τῶν πριαπωδῶν θεῶν εἶναι. Hinc Eust. ad Hom. p. 985, 51 : ὁ κίναιδος καὶ πειόλης Τιτὰν σκωπτικῶς λέγονται. Gigantes Titanum in locum irrepserunt apud Suidam, Ἰαπετός, εἷς τῶν Γιγάντων (ann. ad Æschyli Ag. 628. *Both.*). Ceterum pergit Athenæus :

παραπλησίαν ὀσμὴν λέγεις ἀμφοῖν γλυκύς,

postremo vocabulo in cod. C omisso. Recte haud dubie Dobræus Athenæo hæc tribuit, ita scripta : παραπλησίαν ὀσμὴν λέγει (sc. ὁ Κρατῖνος) ἀμφοῖν. καὶ ὁ γλυκὺς Ἀντιφάνης..., cujus proxime sequitur locus ex Dysprato. » *E M.*

2.

Hesychius, Παμύλης : Αἰγύπτιος θεὸς πριαπώδης. Κρατῖνος ὁ νεώτερος Γίγασιν,

Ὡς σφοδρῶς αἰγυπτιώδης Σώχαρις, Παμύλης.

Ita Meinek. ; codex Ὡς σφοδρῶς. ἢ αἰγ. σόχαρ. .. (Musurus Σόχαρις) παμύλης, quum Cratinus fortasse scripserit Ὡς σφόδρ' ἦς Αἰγ. etc. « Videntur hæc intelligenda esse de homine impense libidinoso. De Sochare et Paamyle cf. Jablonsk. Panth. Ægypt. 5, 7. » *E M.*

II. ΘΗΡΑΜΕΝΗΣ.

Athen. 4, p. 177, A : τῶν δ' ἐλύμων αὐλῶν μνημονεύει καὶ Καλλίας ἐν Πεδήταις. Ἰόβας δὲ, τούτους Φρυγῶν μὲν εἶναι εὕρημα.... χρῆσθαι δ' αὐτοῖς καὶ Κυπρίους φησὶ Κρατ. ὁ νεώτερος ἐν Θηραμένει. « Hic Theramenes fortasse Demosthenis obtrectator ille intelligendus est, de quo queritur orator Epist. 4 : nam de antiquiore, qui Cothurnus cognominatus fuit, cogitare vetant temporum rationes. » *E M.*

III. ΟΜΦΑΛΗ.

Athen. 15, p. 669, B : κατὰ γὰρ τὸν νεώτερον Κρατῖνον, ὅς ἐν Ὀμφάλῃ φησὶ

Πίνειν μὲν ὄντα τὸν καλῶς εὐδαίμονα
κρεῖττον· μάχαι δ' ἄλλοισι καὶ πόνοι μέλη.

Libri perperam μένοντα et versu 2 μέλοι. De η et οι confusis v. Cratini Incert. 147, etc. Bergkius πόνος μέλοι. « Verba Herculis, apud Omphalen strenue nepotantis. » *E M.* Τὸν, h. e. τοῦτον, *hunc*, h. e. me.

2.

Pollux 7, 58 : ἐν δὲ τῇ τοῦ νεωτέρου Κρατίνου Ὀμφάλῃ εἴρηται

— Ὑμεῖς δ' ἐὰν
ἱππίσκον ἢ τρίμιτον ἔχητε,

GIGANTES.

1.

— Recordare, quid de terra narrent,
eam olere, et fumum exire odoratum.
Habitat, ut videtur, in hoc hiatu aliquis
libanoti venditor, vel coquus Siciliensis.

2.

Valde Ægyptiacus es Socharis, Paamyles.

OMPHALE.

1.

Bibere hunc probe beatum
melius est; pugnæ vero ac labores aliorum *sunt* curæ.

2.

— Vos autem si
equulum vel vestem habetis.

ὡς καὶ ταῦτα εἴδη χιτωνίσκων. Ἔχητε, ad vendendum, puto.

IV. ΠΥΘΑΓΟΡΙΖΟΥΣΑ.

Diog. Laert. 8, 37, et hinc Suidas v. Ξενοφάνης : ἔσκωψε δὲ αὐτὸν (Pythagoram) Κρ. μὲν ἐν Πυθαγοριζούσῃ· ἀλλὰ καὶ ἐν Ταραντίνοις, etc. « Aldobr. *Pythagorizusa*. Etiam Alexis scripsit Πυθαγορίζουσαν. Diogenis libri fere Πυθαγορικοῖς, Arundel. Πυθαγορικαῖς. Fortasse scribendum est Πυθαγορίζουσι, ut titulus fabulæ fuerit Πυθαγορίζοντες, quod ex codice V edidit Bernhardyus. » *E M.*

V. ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΙ.

Diog. Laert. ibidem : ἀλλὰ καὶ ἐν Ταραντίνοις φησὶν οὕτως·

Ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς, ἄν τιν' ἰδιώτην ποθὲν
λάβωσιν εἰσελθόντα, διαπειρώμενον
τῆς τῶν λόγων ῥώμης (γε) ταράττειν καὶ κυκᾶν
τοῖς ἀντιθέτοις, τοῖς πέρασι, τοῖς παρισώμασι,
τοῖς ἀποπλάνοις, τοῖς μεγέθεσιν, νουβυστικῶς.

Etiam ap. Suidam l. c., qui v. 1 ἐὰν ἰδ. V. 2 διαπειρωμένοις Jos. Scaliger. Versu 3 excidisse videtur γὲ non sine detrimento numerorum.

VI. ΤΙΤΑΝΕΣ.

Athen. 6, p. 241, C, de Corydo parasito Comicorum testimonia afferens : Κρ. δ' ὁ νεώτερος ἐν Τιτᾶσι,

— Κόρυδον, τὸν χαλκότυπον, πεφύλαξο,
ἢν μέν σοι νομιεῖς αὐτὸν μηδὲν καταλείψειν·
μηδ' ὄψον κοινῇ μετὰ τούτου πώποτε δαίσει
τοῦ Κορύδου (προλέγω σοι)· ἔχει γὰρ χεῖρα κραταιάν,
χαλκῆν, ἀκάματον, πολὺ κρείσσονα τοῦ πυρὸς αὐτοῦ.

« Similis vaticiniorum color apud Aristophanem Eq. 1049 (996), et Horatium Sat. 1, 9, 31. » *E M.* Qui ex uno codice C edidit χαλκοτύπον, his annotatis : « fabrum ferrarium cur dicat Corydum, non perspicio. Num χαλκότυπον (sic PVL) explicandum χαλκοῦ κεκροτημένον, ex ære factum sive æneum, propter invictas manus? » Nihil contortius duriusque. Recte tamen ad vulgatum χαλκότυπον rediit vir doctus; sed hoc longe aliud significare arbitror, scil. stigmatiam, ardenti ferro ustum, ut Juvenalis utar verbis Sat. 14, 22. Maleficus igitur fuit iste Corydus, furtisque frequentibus infamis, a quibus perpetrandis ne vi quidem abstinebat, quo pertinet χεὶρ κραταιὰ, etc. Facete, qui hæc dicit, interlocutorem abstinere jubet commercio talis nebulonis, si quidem ipse credat, eum, quamvis sic ditatum, nihil sibi olim hereditate relicturum esse (ἢν μέν, non μή, σοι καταλείψειν). Versu 2 libri ἢν μή σοι, etc., perverso sensu, quemadmodum etiam Arist. Lysistr. 876, aliisque scriptorum locis μὲν et μὴ commutata invenias. Lobeck. ad Phryn. p. 458, οὐ μή σοι νομιεῖς. V. 3 τούτου vel contemnentis est, ut passim οὗτος apud Aristophanem, Sophoclem, etc., vel additum, ut homo distinguatur ab ave cognomini. Lobeckius μετὰ τοῦδ' οὐπώποτε δ. V. 5 vulgo κρείσσω, sed voce κρείσσονα posita hexametrum venustissimum, bucolicum, poetæ restitui.

VII. ΧΕΙΡΩΝ.

Athen. 11, p. 460, F, de κυλικείῳ disserens : Κρ. δ' ὁ νεώτερος ἐν Χείρωνι,

— Πολλοστῷ δ' ἔτει
ἐκ τῶν πολεμίων οἴκαδ' ἥκω· ξυγγενεῖς,
καὶ φράτορας, καὶ δημότας, εὑρὼν μόλις
εἰς τὸ κυλικεῖον ἐνεγράφην· Ζεὺς ἔστι μοι
ἕρκειος, ἔστι φράτριος· τὰ τέλη τελῶ.

Versu 2 præter necessitatem Mein. ἥκων, Jacobsio Specim. animadv. ad auct. vett. p. 111 et Porsono Adv. p. 123 auctoribus. V. 3 φράτερας cod. Ad

---

TARENTINI.

Mos eorum est, si quem imperitum,
undecumque ingressum *in urbem*, offenderunt,
explorandæ ejus eloquentiæ, hominem commovere ac turbare
antithetis, finitionibus, membris similibus (orationum),
evagationibus, magnitudinibus, callide.

TITANES.

Corydum, ferro percussum, cave,
si quidem putabis, tibi eum nihil relicturum esse;
neque unquam opsonium cum hoc Corydo communica
(prædico tibi) : nam habet manum fortem,
æneam, infatigabilem, ipsum ignem longe vincentem.

CHIRON.

— Multisque exactis annis
ab hostibus reversus domi adsum; et propinquis
vix inventis curialibusque et popularibus,
in abacum inscriptus sum : (*itaque*) Juppiter est
domesticus, est curialis; tributa solvo. [nihi

quod recepit Mein. V. 4 libri ἐγράφην, ἐν- syllaba forte oblitterata ante εγ. Eust. ad Iliad. p. 1271, 31 : κυλικεῖον ἡ τῶν κυλίκων σκευοθήκη... « εἰς τὸ κυλ. ἐνεγράφην », ἤγουν εἰς τὸ συμπόσιον, ὡς οἷα πολιτογραφηθείς που. Hinc Porson. et alii ἐνεγράφην. V. 5 φράτριος Bergk. Commentt. p. 108; libri φρατόριος.

VIII. ΨΕΥΔΥΠΟΒΟΛΙΜΑΙΟΣ.

1.

Diog. Laert. 3, 28 : τοιοῦτος δ' ὢν (Plato) ὅμως ἐσκώφθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν κωμικῶν... Κρ. Ψευδυποβολιμαίῳ,

α. Ἄνθρωπος εἶ; β. Δηλονότι. α. Καὶ ψυχὴν ἔχεις;
β. Κατὰ μὲν Πλάτων' οὐκ οἶδ' (ἄν), ὑπονοῶ δ' ἔχειν.

Versu 1 sic Meinekius; vulgo, non distinctis personis Ἄνθρ. εἶ δηλ. καὶ ψ. ἔχεις; V. 2 libri οἶδα, ὑπονοῶ δ', quod correxi.

2.

Pollux 7, 211 : παρὰ δὲ τῷ νεωτέρῳ Κρατίνῳ ἐν Ὑποβολιμαίῳ βιβλιοθήκη. « Videtur eadem fabula designari. Nisi Ἀπημπολημένῃ (*Vendita*) scribendum, quod præbet cod. Paris. A. » *Mein.*

INCERTORUM DRAMATUM FRAGMENTA.

1.

Schol. Platonis Charm. p. 324 Bekk. : παροιμία « Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα. »... οἱ δὲ εἶπον αὐτὴν οὐχ οὕτως ἔχειν, ἀλλὰ μόνον « Ἐγγύη ἄτη, » καὶ παρέχουσι μάρτυρα τούτου Κρατῖνον τὸν νεώτερον, λέγοντα

α. Εἰς ἐγγύας τρεῖς εἰσπεσὼν ἀνῃρέθην.
β. Οὔπω τότ' ἐν Δελφοῖσιν ἦν τὰ γράμματα,
τὴν ἐγγύην ἄτην λέγοντ'; α. Ἦν· ἀλλ' ἐγὼ φιλέταιρον εἶχον ἦθος.

« Libri v. 1 πεσὼν, v. 2 οὕτω ποτ', v. 4 ἔθος, omissis v. 3 ἦν et λέγοντ', quod Buttmanno debeo. » *Bekker.*

2.

Clemens Alex. Strom. 5, p. 569, B Par., 673 Pott. : καλεῖται δὲ οὕτως (ζάψ) ἡ θάλασσα, ὡς Εὐφορίων... Διονύσιός τε ὁ Ἴαμβος ὁμοίως

Πόντου μαινομένοιο περιστένει ἡ ἁλυκὴ ζάψ.

(Male codd.. Π. μ. περιστείνει ἁλ. ζ. Inusitatum περιστείνειν. Ἡ haustum fuerit ab -ει prægresso. Hiatus non reprehendendus in hoc genere carminum) ὁμοίως δὲ Κρ. ὁ νεώτερος, κωμικὸς,

Καρῖδας ἡ ζὰψ ἐκφέρει, χἰχθύδια.

« Libri καὶ ἰχθύδια. Scripsi χἰχθύδια, quæ perrara crasis est, cujusque nullum apud Atticos poetas exemplum novi. Sed Archilochus apud schol. Ar. Avium 1762 :

Αὐτός τε χἰόλαος, αἰχμητὰ δύο.

Item incertus Quintil. 1, 3, 14 :

Αἰσχρὸν σιωπᾶν χἰσοκράτην ἐᾶν λέγειν.

Sed frequens est apud infimæ ætatis Græculum, Dicæarchi nomen mentitum, velut dicit Descript. Græciæ 97 :

Πόλις Λεβάδεια, χἰερὸν Τροφωνίου. »

E M.

3.

Athen. 11, p. 469, C : μνημονεύει δ' αὐτῶν (τῶν ἡδυποτίδων) καὶ Ἐπιγένης ἐν Ἡρωΐνῃ... Σῆμος δὲ ἀνακεῖσθαί φησιν ἐν Δήλῳ χρυσῆν ἡδυποτίδα... Κρατῖνος δ' ὁ νεώτερός φησι

Παρ' Ἀρχεφῶντος ἡδυποτίδας δώδεκα.

Ita codd. VC. Mendose, neque Athenæi respectu habito, ABP ἡδυπότια. « De Archephonte parasito v. Athen. 6, p. 244, B, D. » *Mein.*

LV.

OPHELIO.

« Suidas. Ὠφελίων, κωμικός. μέμνηται τούτου καὶ Ἀθήναιος ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τῶν Δειπνοσοφιστῶν. φησὶ δὲ τῶν δραμάτων αὐτοῦ εἶναι ταῦτα, Δευκαλίωνα, Κάλλαισχρον, Κένταυρον, Σατύρους, Μούσας, Μονοτρόπους (probabiliter Toup. Emend. 1, p. 458 Μονότροπον). His addenda est *Ialemus*, quam item Amphis docuit, ut Theopompus *Callæschrum*. De ceteris fabulis, quas ex Athenæo se cognovisse dicit Suidas, nihil apud hunc legitur,

---

FALSO SUPPOSITUS.

a. An homo es? b. Scilicet. a. Et animam habes?
b. Secundum Platonem nescivero, sed suspicor me [habere.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

a. In tria vadimonia illapsus perii.
b. Nondumne tunc Delphis scriptum fuit,
« Vadimonium esse perniciem? » a. Fuit; sed ego sum more sodales amante.

2.

Squillas æstus maris ejicit et pisciculos.

3.

Ab Archephonte hedypotidas duodecim.

etsi ter ad partes vocat Ophelionem; et quas postremo ille nominat, fortasse per errorem, Σατύρους, Μούσας, et Μονότροπον, Phrynicho assignat. Ceterum mediæ poetis comœdiæ Ophelionem accensui maxime propter Platonis commemorationem Athen. 2, p. 66, D. Quodsi eundem, quem Theopompus, Callæschrum excogitavit, jam ante centesimam olympiadem (ante Chr. nat. 379-376) fabulas docuisse censendus est. » *E M.*

I. ΙΑΛΕΜΟΣ.

Athen. 3, p. 106, A, de nomine καρὶς disserens: καὶ Ὠφ... ἐν Ἰαλέμῳ,

Ὀρχοῦνθ', ἅπερ καρῖδες ἀνθράκων ἔπι
πηδῶσι κυρταί.

Versu 1 sic Meinekius. Libri, glossemate inconcinno, quo maculatus etiam est Eust. ad Il. p. 1220, 54, Ὠρχοῦντο ὥσπερ, VL. ὡς. Etiam in Arist. Lysistr. 84 stare posset ἅπερ, quamvis Acharn. 685 habeat eodem sensu ἅπερ, Cf., si tanti est, ann. ad Thuc. 8, 48.

II. ΚΑΛΛΑΙΣΧΡΟΣ.

Athen. ib.: Ὠφ. Καλλαίσχρῳ,

Κυρταὶ δ' ὁμοῦ καρῖδες ἐν ξηρῷ πέδῳ.

Vix aptum sententiæ ὁμοῦ: suspicor poetam dixisse ὅπως, intell. πηδῶσι quippe turbatæ squillæ atque anxiæ, in terram ejectæ.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

1.

Athen. 2, p. 43, F: Εὔβουλος (v. ann. ad ejus fragmenta incert. 11) εὑρετικούς φησι τὸ ὕδωρ ποιεῖν τοὺς πίνοντας αὐτὸ μόνον,

Τὸν δ' οἶνον ἡμῶν τῷ φρονεῖν ἐπισκοτεῖν.

Τὰ αὐτὰ δ' ἰαμβεῖα καὶ Ὠφελίων φησί.

2.

Athen. ib. p. 66, D: ὅτι εἰς τὸ πρόπομα καὶ ταῦτα ἐνεβάλλοντο, πέπερι, φυλλὶς, σμύρνα, κύπειρον, μύρον Αἰγύπτιον... Ὠφ.

Λιβυκόν τε θυμίαμα· (μὴ) καὶ βιβλίον
Πλάτωνος ἐμβρόντητον.

Libri Λιβυκὸν πέπερι θυμίαμα καὶ βιβλίον, quæ dupliciter depravata sunt: primum glossemate immisso, eoque falso: neque enim θυμίαμα Λιβυκὸν h. l. est piper, sed unguentum Africanum, μύρον Αἰγύπτιον, quod ille admisceri vino jubet, more Græcorum, de quo Ælianus V. H. 12, 31: μύρῳ οἶνον μιγνύντες οὕτως ἔπινον,... καὶ ἐκαλεῖτο ὁ οἶνος μυρίνης. Deinde, oblitterata forte particula μὴ post -μα, velut nervus sententiæ incisus est, siquidem his verbis admonentur Platonici, ne etiam librum aliquem stupidum (ἐμβρόντητον: v. Ar. Ecclesiaz. 793) Platonis afferant, prælegendum in propomate; quemadmodum philosophi irrideri a Comicis solent. Elmsl. Λιβυκόν τε πέπερι, θ., quod parum est.

3.

Athen. ibid. F: Καρικοῦ (scil. ἐλαίου μνημονεύει) Ὠφ.

— Ἐλαίῳ Καρικῷ δ' ἀλείφεται.

Forte δ' excidit ante α (Δ' A), quod suspicatus est Mein.

4.

Hesychius, Ἶσις: ἔνιοι ὀμνύοντες τὴν Ἶσιν ἐξ ἑτοίμου ἐνόσουν. (Specta superstitionem illius etiam Græcorum ævi, ne nomen quidem deæ sanctissimæ tuto pronuntiari posse existimantis!) Ὅθεν ὁ Φιλήμων διὰ τὸ συνεχὲς τῶν νόσων ἐχρήσατο τῇ λέξει. « Ita Musurus; at codex ὠφελίμων. Ophelionis nomen restituendum esse monui præf. ad Menandrum p. xi. De Isidis juramento v. ad Philem. p. 430 (ed. pr.). » *Mein.*

LVI.

ALEXIS.

« Alexis, Thurio, quæ urbs antea Sybaris vocata fuit, oriundus, ut testantur Suidas v. Ἄλεξις et Anonymus in Bibl. Coislin. p. 597, Atticæ civitati adscriptus est (Stephanus Byzant. p. 510, Οἶον: δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. ἐξ Οἴου Ἄλεξις. Cf. Meurs. De pop. Att. p. 85); neque solus ille, sed Thurii quum circiter olymp. 97, 3 (ante Chr. nat. 389) in servitutem abacti sint a Lucanis

---

IALEMUS.

Saltabant, ut squillæ super carbones
exsiliunt curvæ.

CALLÆSCHRUS.

Curvæ simul (sicut?) squillæ in arido solo.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Vinumque nobis intelligentiam obscurare.

2.

Libycumque unguentum; cave etiam librum
Platonis absurdum *injicias*.

3.

Oleo autem Carico ungitur

(Strab. 6, p. 404, B, et Heyn. Opusc. Acad. 2, p. 141), quumque Al. minimum ad olymp. 123, 1 (ante Chr. nat. 287) ætatem produxerit, completis sex supra centum annis (v. Hypobolimæum fabulam, Plut. De defectu orac. p. 420, E, Clintoni Fast. p. 187 Kr.), satis probabili ratione efficitur, natales ejus incidere in initium olympiadis 97, et parentes, metu Lucanorum, ejusdem olympiadis anno 2, una cum filiolo; patria relicta, Athenis domicilium collocasse. Ibi etiam obiit Al., et quidem, ut fama fuit, in theatro et coronatus. (Plut. De senis admin. reip. p. 785, B: Φιλήμονα τὸν κωμικὸν, καὶ Ἄλεξιν ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἀγωνιζομένους καὶ στεφανουμένους ὁ θάνατος κατέλαβεν.) De ceteris viri rebus domesticis nihil compertum habemus, nisi quod Menandri patruus fuisse fertur, filiumque Stephanum, etiam ipsum comœdiarum scriptorem, habuisse secundum Suidam l. l. et Eudociam p. 60; qua tamen in re potest ut Al. commutatus sit cum Antiphane, cujus de filio Stephano idem narrat Anonymus De Com. p. xv, simul referens, nonnullos Menandrum ab Alexide educatum dixisse. Consentaneum est, poetam, proprie mediæ comœdiæ, a quibusdam etiam novæ accenseri propter longævitatem. Fabulas docuisse perhibetur a Suida 245, in quibus complures addubitatas a veteribus; quemadmodum fuerunt, qui Antidoto Πρωτόχορον et Ὁμοίαν, Antiphani autem Ἄντειαν, Ἀλείπτριαν et Ὕπνον tribuerent. In tanta dramatum multitudine, quorum nonnulla latine versa fuisse auctor est Gellius N. A. 2, 23, non est mirum, Alexin subinde eosdem versus diversis locis usurpasse, et alios quoque interdum poetas, v. c. Eubulum (v. Ath. 1, p. 25, F), exscripsisse. Fragmentorum hujus Comici ea indoles est, ut in iis et ingenii ubertas, et mirum elegantiæ omnisque generis facetiarum studium appareant. De recentiore vocum quarundam forma et usu in locis singulis dicetur. » *E Mein.*, qui de singularum fabularum titulis egregie disseruit Hist. crit. Com. p. 377-403.

I. ΑΓΚΥΛΙΩΝ.

« Tempus fabulæ scriptæ indicat Platonis irrisio, quæ movit Clintonum Fast. Hellen. p. 127, ut Ancylionem cum ceteris fabulis, in quibus mentio fit philosophi (scil. Meropide, Olympiodoro et Parasito), ad olymp. 106 (ante Chr. nat. 355-352) referret. De argumento dramatis cf. Eubuli Ancylionem. » *E M.*

Diogenes Laert. 3, 27, de Platone: τοιοῦτος δ' ὢν ὅμως ἐσκώφθη ὑπὸ τῶν κωμικῶν... Ἄλεξις Μεροπίδι... καὶ ἐν Ἀγκυλίωνι,

Λέγεις περὶ ὧν οὐκ οἶσθα, συγγενῶς τρέχων
Πλάτωνι, καὶ γνώσει λίτρον καὶ κρόμμυον.

« Συγγενῶς τρέχων Πλάτωνι significat, opinor, *similis Platoni*, ut Πυθοκλεῖ ἴσα βαίνειν dicitur noto proverbio, de quo Buttmann. in Friedemanni Miscell. 2, 1, p. 50, nos ad Menandri fragm. p. 260, et similiter apud Athen. 15, p. 683, E, Nicander dixit ἰσοδρομεῖν. Photius Lex. p. 551, 8, Συνᾴδων: ἁρμόττων, σ υ ν τ ρ έ χ ω ν (τινὶ, *conspirans cum aliquo*, ut tunc loquebantur, labente græcitate), ὁμοφωνῶν, etc. Cf. Wyttenbach. ad Plut. De sera num. vind. p. 70. Λίτρον καὶ κρόμμυον, videtur proverbialiter dictum fuisse de iis qui omnia scire satagunt. De Platonicis cf. Epicratis Incert. 1. Λίτρον, antiquioris atticismi forma, pro qua νίτρον Alexandri M. demum temporibus invaluisse suspicatur Lobeck. Phryn. p. 395. » *E M.* Versu 2 libri γνώσῃ.

II. ΑΓΩΝΙΣ ἢ ΙΠΠΙΣΚΟΣ.

Agonis erat nomen meretricis (Suidas, Ἀγωνίς: ὄνομα ἑταίρας), Ἱππίσκος autem muliebris vestimenti genus; v. Pollux 7, 13, et Hesych., Cratin. jun., Omphales fr. 2. Fabulam circa olymp. 109 actam videri ostendit Meinek.

1.

Athen. 8, p. 339, C, de Misgola Collytensi, pulchrorum citharœdorum perdito amatore, testimonia scriptorum afferens: Ἀλ. δὲ ἐν Ἀγωνίδι ἢ Ἱππίσκῳ,

Ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε, μὴ 'πίσειέ μοι
τὸν Μισγόλαν· οὐ δὲ κιθαρῳδός εἰμ' ἐγώ.

Versum 1 Euripidis esse, Or. 249, vidit Toup. ad Longinum 15, 2. Codd. AP μὴ πείσειε. Versu 2 libri οὐ γὰρ κιθ., voce præcipua κιθ. tota posita in thesi; quod nefas. De δὲ causali, itemque de γὰρ et δὲ sæpius confusis, res nota. De Misgola Mein. præterea laudat Antiphanem Piscatoribus, Timoclem Sapphone, Æschinem C. Timarch. p. 66 Reisk., etiam ab ipso Ath. commemoratum. « Eundem in longo recensu hominum τὸ ἄρρεν διωκόντων cum Chabria conjungit Libanius Pro saltat. p. 500, D: Εὐμνηστος, Λάϊος, Θράσυλλος, Ἀριστογείτων, Παμμένης, Δημοχράτης, Χαβρίας, Μισγέλαος (leg. Μισγόλαος vel Μισγόλας), Καλλίας, Κριτίας, Παυ-

ANCYLIO.

Loqueris de rebus quas nescis, congener
Platonis, cognoscesque nitrum et cepam.

AGONIS vel EQUULEUS.

O mater, oro te, ne impingas mihi
Misgolam: neque enim ego sum citharœdus.

σανίας, Ἀρχίδαμος, ex quibus conjicere licet, Alexin hanc fabulam docuisse circiter olymp. 109 (ante Chr. nat 343-340) Cf. Clinton. Fast. Hellen. p. 127. » *E M.*

2.

Idem 11, p. 502, F : Ἄλ. δ' ἐν Ἱππίσκῳ ψυκτηρίδιον καλεῖ διὰ τούτων « Ἀπήντων * τῷ ξένῳ, » etc., et 6, p. 230, B : Ἄλ. δ' ἐν Ἱππίσκῳ νεανίσκον παράγων ἐρῶντα, καὶ ἐπιδεικνύμενον τὸν πλοῦτον τῇ ἐρωμένῃ, ταῦτα ποιεῖ λέγοντα « Τοῖς παισί τ' εἶπα, » etc. Ita scribamus :

— α. Ἀπήντων τῇ ξένῃ
εἰς τὴν κατάλυσιν, ᾗ συνῆν Αἴθων ἀνὴρ,
τοῖς παισί τ' εἶπα (δύο γὰρ ἦγον οἴκοθεν)
τἀκπώματ' εἰς τὸ φανερὸν ἐκνενιτρωμένα
θεῖναι· κύαθος δ' ἦν ἀργυροῦς· τοὔκπωμά τοι
ἦγεν δύο δραχμὰς, κυμβίον τε τέτταρας
ἴσως ἑτέρας, ψυκτηρίδιον δὲ δέκ' ὀβολοὺς,
Φιλιππίδου λεπτότερον. β. Ἀλλὰ ταῦθ' ὅμως
πρὸς ἀλαζονείαν οὐ κακῶς νενοημέν' ἦν,
κἀγὼ δὲ πολίτην πτωχαλαζόν' (ἂν) τινα
ἡμέτερον οἶδα.

Versu 1 et 2 libri Ἀπ. τῷ ξένῳ εἰς τ. κατ., * ἡ τόνην αἴθων ἀν., quæ emendavit Grotius Excerpt. p. 557, recte Αἴθωνα (Αἴθων enim scribendum est pro αἴθων) Æthiopem, comitem vel servum exquisitum puellæ (cf. Terent. Eun. 1, 2, 85.), intelligens. Theognis 1209 :

Αἴθων μὲν γένος εἰμὶ, πόλιν δ' εὐτείχεα Θήβην
οἰκῶ, πατρῴας γῆς ἀπερυκόμενος.

V. 5 libri τἀκπώματα : at singuli dicitur pondus poculi. V. 6 τε omittit Ath. libro 11, ibidemque v. 7 verba ἴσως ἑτέρας, quæ et sententiæ et metro conveniunt. Libro 11 δύ' pro δέκ'. V. 8 de *Philippidis* gracilitate v. ad Aristophontis Platonem et Pythagoristen. Cf. etiam Æliani V. H. 10, 6. Quæ sequuntur verba Ἀλλὰ... ἦν, Alexidis, non Athenæi, esse, intellexerunt Porsonus Advers. p. 68 et Jacobsius Additt. p. 139; neque Stephanum et Grotium fugit, etiam illa κἀγὼ... οἶδα ipsius comœdiæ saporem redolere. Ceterum libri ὅλως pro aptiore ὅμως, quæ adverbia commutari solere ostendit Jacobs. ad Anthol. Palat. 3, p. 674. V. 10 codd. temere trajectis verbis οἶδα δὲ κἀγώ τινα πολ. ἡμ. πτωχαλαζόνα.

3.

Idem 15, p. 678, E : εὑρίσκω δὲ καὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς χυλιστόν τινα καλούμενον στέφανον.... Ἄλ. δ' ἐν μὲν Ἀγ. ἢ Ἱππ.

— α. Ὁ τρίτος οὗτος δ' ἔχει
σύκων χυλιστὸν στέφανον. β. Ἀλλ' ἔχαιρε καὶ
ζῶν τοῖς τοιούτοις.

« Quos hæc loquentes induxit poeta, mortuorum quorundam hominum imagines contemplari videntur. » *Mein.*, qui alterum interlocutorem immittendum esse suspicabatur. Idem correxit quod legebatur v. 1 δ' οὗτος, « nisi præstabat scribere οὗτος φέρει. »

4.

Idem 11, p. 471, E, de Thericleis poculis (cf. Eubul. Καμπτ. 2, Aristophon. Philon.) dicens : Ἄλ..... καὶ ἐν Ἱππ.

Μεστὴν ἀκράτου Θηρίκλειον ἔσπασε
καλὴν, ὑπερθέουσαν.

Versu 2 codd. inepte κοίλην. De α et οι permixtis v. index Thucydidis.

5.

Idem 3, p. 120, B : Φειδίππου δὲ (καὶ γὰρ οὗτος ταριχοπώλης) Ἄλ. ἐν Ἱππ. κἀν Σωράκοις. « De Phidippo salsamentario plura attulit Athen. Cf. Bergkii Epist. ad Schillerum p. 156. » *E M.*

III. ΑΔΕΛΦΟΙ.

Athen. 6, p. 223, F, de verbis δοῦναι et ἀποδοῦναι agens : Ἄλ. δ' ἐν Στρατιώτῃ... καὶ ἐν Ἀδελφοῖς,

α. Ἐγὼ δ' ἔδωκα γάρ τι ταύταις; εἰπέ μοι.
β. Οὒκ, ἀλλ' ἀπέδωκας, ἐνέχυρον δήπου λαβών.

2.

— a. Obviam ivi in deversorium
hospitæ, quam Æthiops comitabatur,
puerosque jussi (duos enim domo ducebam)
pocula nitro purgata in aperto
ponere : erat autem cyathus argenteus; poculum [certe
pendebat duas drachmas, et cymbium quattuor
fortasse alias; refrigeratoriumque vas decem obo- [los,
Philippide levius. b. At sane hæc
ad ostentationem non male excogitata erant;
novique etiam ipse nostrorum quendam civium
in mendicitate ostentatorem.

3.

— a. Tertius autem hic
tortam habet coronam ficulneam. b. At talibus
gaudebat etiam in vita.

4.

Plenum meraci Thericleum poculum hausit
venustum, superfluens.

FRATRES.

a. Egone aliquid dedi his mulieribus? dic mihi.
b. Non, sed reddidisti, quippe pro pignore acceptum.

Perperam libri Ἐγὼ δέδωκα... ἀποδέδωκας. Posterius quidem emendavit Casaub.

IV. ΑΙΠΟΛΟΙ.

Suidas, Τὰ τρία τῶν εἰς θάνατον : τοῖς εἰς θάνατον κατακριθεῖσι τρία παρετίθουν, ξίφος, βρόχον, κώνειον.... μέμνηται Ἄλ. (Zenobius 6, 11 Ἀλέξανδρος) ἐν Αἰπόλοις. De hoc proverbio Lobeck. Aglaoph. p. 740 citat Mein.

V. ΑΙΣΩΠΟΣ.

Athen. 10, p. 431, D : Λύσανδρος ὁ Σπαρτιάτης (de quo v. Pausan. 9, 32, Corn. Nepos, etc.), τὸν οἶνον ὑδαρῆ πωλούντων τῶν καπήλων ἐν τῷ στρατοπέδῳ, κεκραμένον ἐκέλευσεν ἄλλον πωλεῖν, ἵν' αὐτὸς ἀκρατέστερον ὠνοῖτο. τὸ παραπλήσιον καὶ Ἄλ. εἴρηκεν ἐν Αἰσώπῳ οὕτως (Æsopo et Solone colloquentibus),

V. 22 αὔτως Jacobs. pro αὐτὸς, quod alienum. V. 23 libri βλ. δεῦρ' εἴπως αὐτὰ φράσεις. Meinek. auctore Dobr. δευρί· πῶς αὐτὰ φράσεις; V. 25 similiter Aristoph. Ran. 1426 et 1427 nostræ ed. Versus 27 et 28 inepte sic leguntur

ὡς τῶν ὄψων ἐφθῶν ὄντων,
ὀπτῶν ὄντων, ψυχρῶν ὄντων.

V. 29 vulgo λέγων et ἐλαία. V. 31, 32 θύννου ... γόγγρου. « Eosdem pisces eodem ordine recenset Ephippus Cydone, fr. 1. V. 33 scripsi φοξῖνος ex Dalecampii testimonio. Nostri libri φοξίχινος. *Phoxinus* fluviatilis piscis est, de quo Aristot. H. A. 6, 12, 2; 13, 2, etc. V. 35. Athen. 7, p. 301, D : ἠλακατῆνες. Μνησ. Ἱπποτρόφῳ « Σκόμβρος, θύννος (sic), κωβιὸς, ἠλακατῆνες· » unde nostro loco restituit Casaub.; nam libri ἠλακατῖνος. Verba κωβιὸς, ἠλακατῆνες, κυνὸς οὐραῖον ascivit Menander Athenæi 7, p. 301, D. Quæ v. 36 sequuntur τῶν καρχαριῶν (sic Schweigh. pro καρχαρίων) usque ad κόκκυξ v. 39 iterum apposuit Athen. 7, p. 322, E, ubi de σαύρῳ pisce agitur. V. 38 βρέγχος pro βρίγχος Dindorf. ex libro 7 et Ephippi loco ibidem. Porro versus 40 et 41 apposuit Athen. etiam p. 329, D : ubi pro θρᾶττα v. 41 Dorotheum refert legisse θέττα, sive malo codice usum, sive quod ipse nominis θρᾶττα insolentia offensus ita correxisset. Quod v. 40 post σπάρος additum legebatur σκάρος, delevit Schweigh. abestque libro 7. Versibus 40-44 paucis mutatis usus est Ephippus. » *E M.* Conf. etiam Aristoph. Holcad. fr. 12. Versu 38 suspectum τρίγλη producta penultima. Τριγόλα, cuculus, piscis commemoratur ab Athen. p. 324, F. Versu 43 πουλυπ. Meinek. pro πολυπ. V. 45 idem criticus restituit ἄρκτος. Cod. B ἄρτος, ceteri ἄρτοι. Sed panes jam supra v. 11 memorati, et piscis nomen requiritur. V. 47 « οἰὸς dixit penultima brevi, ut Eubulus Pann. 4 οἴας, quod frustra tentavit Pors. (Cf. ann. ad Iliad. 23, 792, Philisci Incert. 2. *Both.*). Versus 52-55 habet omisso nomine poetæ Eust. ad Odyss. 5, p. 1524, 8. V. 53 δεύει Dind. pro εὔει. Aristoph. apud Pollucem 7, 24 :

βράττω, μάττω, δεύω, πέττω.

Versus 54 et 55 sic exhibent libri

χαίρει, παίζει, πηδᾷ, δειπνεῖ,
πίνει, σκιρτᾷ, λορδοῖ, κεντεῖ, βινεῖ.

Quorum postremum seclusit Meinek.; ego cetera quoque τοῦ λορδοῖ glossemata. V. 56 ἀγαναὶ Jacobs.

---

cantio, sonitus, strepit, spirat;
et casiæ ex terra marina Syria advectæ
filia sancta nares quassat,
libanotidis, mari, myrrhæ, calami,
styracis, lindi.
Talis domos nebula tegit,
omnium jucundorum plena.

Libri ἄγαν αἱ. Possis etiam ἅμα γ' αἱ. V. 57 vulgo μολπᾷ, κλαγγᾷ. Nominativos præbuit cod. C et Eust. cod. A μολπή, κλαγγή. Omnes autem θράττει, νεῖται, πνεῖται, quorum secundum jàm seclusit Meinck. Sequentes versus 58-61 sic scribuntur in libris :

κούραν κασίας
ἀπὸ γᾶς ἁγίας ἀλίας Συρίας
ὀσμὴ σεμνὴ μυκτῆρα δονεῖ
λιβάνου, μάρου, σμύρνης, καλάμου,
στύρακος, βάρου,
λίνδου, κίνδου, κισθοῦ, μίνδου.

In quibus primum recte Meinek. : « fortasse κούρα κασίας, ut odor casiæ filia dicatur. » V. 59 Dalecamp. tentabat ἀπὸ γᾶς Ἀσίας. Delendum erat autem manifestissimum glossema ὀσμὴ σεμνή, quod ipsa dialecto proditur. Deinde βάρου haud dubie ortum ex μάρου, in libris scripto μακροῦ (emendavit Dalecamp.). Libri στύρακος καὶ βαρολίνδου, Eustath. autem ad Iliad. 2, 656, p. 315, 18, et cod. C στύρακος, λίνδου, prorsus ut nos. Postrema κίνδου, κισθοῦ, (alii codd. μισθοῦ), μίνδου, clarum est orta fuisse ex λίνδου : exsulare jussi ab librariis immissa, non scripta a poeta. « Hesych. Μᾶρον : ὄρος. καὶ πόα. Eam herbam describit Dioscorid. 3, 49, et ad unguenta adhibitam esse docet Plinius 12, 24 ; 13, 1 et 2. Cf. Salmas. De homonymis silv. iatr. p. 12. Eust. ad Odyss. 5, 66, p. 1524, 12 : λίνζος ἀνθηρόν τι εὐῶδες, ὁμώνυμον Λίνδῳ, τῇ Ῥοδίᾳ πόλει. μίνθος δὲ οὐ πάντως κόπρος ἡ παρὰ τῇ κωμῳδίᾳ παρ' ὑπόνοιαν, ἀλλ' ἡ λεγομένη διαλελυμένως μὲν καλὰ μίνθη, συνθέτως δὲ καλαμίνθη, περὶ δὲ κίνδου ζητητέον. » *E M.* V. 63 ἀγαθῶν friget post ἀγαθῶν πλήθη, v. 51. Quare scribam ἀγανῶν.

V. ΙΣΘΜΙΟΝΙΚΗΣ

Ælianus H. A. 13, 4, de callionymo pisce (de quo bis Aristoteles in H. A.) : οὐ ῥᾳδίως δὲ αὐτοῦ ἀμνημονεύουσιν ἐν ταῖς ὑπερτέρων (meliorum) ἰχθύων πανθοινίαις (vitiose libri μνημονεύουσιν ἐν ταῖς ὑπὲρ τῶν ἰχθ. π.), ὧν τι καὶ ὄφελός ἐστι ποιητῶν θεμένων σπουδὴν εἰς μνήμην ἔνθεσμον, Ἐπίχαρμος μὲν ἐν Ἥβας γάμῳ, καὶ Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ, καὶ προσέτι Μούσαις, Μνησ. δὲ ἐν τῷ Ἰσθμιονίκῃ. Athen. 7, p. 282, D confert Mein.

VI. ΦΑΡΜΑΚΟΠΩΛΗΣ.

Schol. Aristoph. Avium 471 : τῶν δὲ μύθων οἱ μὲν περὶ ἀλόγων ζώων εἰσὶν Αἰσώπειοι, οἱ δὲ περὶ ἀνθρώπων Συβαριτικοί. εἰσὶ δέ τινες, οἳ τοὺς βραχεῖς καὶ συντόμους λέγουσι Συβαρίτιδας (intell. ἱστορίας vel quiddam simile. Meinek. requirebat Συβαριτικούς) καθάπερ Μνησίμαχος (ita Menagius pro Μνησίλοχος) ἐν Φαρμακοπώλῃ.

VII. ΦΙΛΙΠΠΟΣ.

« Argumentum fabulæ ad Macedoniæ regem pertinuisse haud temere conjicias. » *Mein.*

1.

Athen. 10, p. 421, B : Μνησ. δὲ ἐν Φιλίππῳ διὰ τὸν ὑπερβάλλοντα κόρον ἐν τοῖς δείπνοις παράγει τι συμπόσιον, πολέμου παρασκευὴν ἐπαγγελλόμενον, καὶ ὡς ἀληθῶς ... πολέμου ἐργαστήριον. λέγει δ' οὕτως,

Ἆρ' οἶσθ', ὁτιὴ πρὸς ἄνδρας ἐστί σοι μάχη,
οἳ τὰ ξίφη δειπνοῦμεν ἠκονημένα,
ὄψον δὲ δᾷδας ἡμμένας καταπίνομεν;
ἐντεῦθεν εὐθὺς ἐπιφέρει τραγήματα
ἡμῖν ὁ παῖς μετὰ δεῖπνον ἀκίδας Κρητικὰς,
ὥσπερ ἐρεβίνθους, δορατίων τε λείψανα
κατεαγότ', ἀσπίδας δὲ προσκεφάλαια, καὶ
θώρακας, ἔχομεν, πρὸς ποδῶν δὲ σφενδόνας
καὶ τόξα, καταπέλταισί τ' ἐστεφανώμεθα.

Versu 1 libri plures μαχητέον, quare Porsonus

— Ἆρ' οἶσθα σὺ
ὁτιὴ πρὸς ἄνδρας ἐστί σοι μαχητέον.

V. 2 frustra inculcatus articulus, et perperam ξίφη positum in thesi. Scribo igitur

οἳ ξιφίδι' ἂν δειπνοῦμεν ἠκονημένα,

quod Meinek. recepit ex Eust. ad Iliad, 16, 764, p. 1085, 47 : nam Athenæi libri ἠκονημένοι. « Hæc dicta putes a milite jactatore Macedonici exercitus, vel ab ipso Philippo. » *E M.* V. 9 unus cod. C καταπέλταις δ', reliqui -λται vel -λταις δ'. Correxit Porson.; ego τ' pro δ' posui.

2.

Ib. p. 418, B : καὶ Φαρσάλιοι δὲ κωμῳδοῦνται ὡς πολυφάγοι. Μνησ. γοῦν ἐν Φιλίππῳ φησὶ

PHILIPPUS.

1.

Scin', viros tibi esse impugnandos,
qui gladios cœnamus acutos,
et pro opsonio faces incensas bibimus?
inde statim bellaria puer affert
nobis post cœnam sagittas Creticas,
tanquam cicera, et lanceolarum reliquias
fractas; cervicalia vero scuta habemus
et thoraces, tum ad pedes fundas
arcusque, et catapultis coronati sumus.

— α. Τῶν Φαρσαλίων
ἥκει τις, ἵν' αὐτὰς τὰς τραπέζας καταφάγῃ;
β. Οὐδεὶς πάρεστιν. α. Εὖ γε δρῶντες! ἆρά που
ὀπτὴν κατεσθίουσι πόλιν Ἀχαϊκήν.

Versu 2 αὐτὰς excidisse videtur inter -α et τάς. Libri ἵνα τάς. Minus verosimiliter Grotius ἵνα καὶ τὰς τρ. κατ. PVL καταταφάγοι.

3.

Athen. 9, p. 387, B, de phasianis disserens: Μνησ. δ' ἐν Φιλίππῳ (εἷς δὲ καὶ οὗτός ἐστι τῶν τῆς μέσης κωμῳδίας ποιητῶν) φησὶ

— Καὶ τὸ λεγόμενον
σπανιώτερον πάρεστιν ὀρνίθων γάλα,
ὡς φασιανὸς ἀποτετιλμένος καλῶς.

Versu 2. « Notum est proverbium γάλα ὀρνίθων de rebus raris et pretiosis: v. ann. ad Menandri fragm. p. 275 seq. ed. pr. Malim autem σπανιώτατον. » *E M.* Versu 3 libri, ὡς et καὶ confusis (de quo in indice Aristoph.), præbent καὶ φασ.

4.

Ib. p. 338, B, de Dorione aulœdo: ὅτι δ' ἦν ὁ Δωρίων οὗτος ἐπὶ ὀψοφαγίᾳ διαβόητος, φανερὸν ἐξ ὧν λέγει Μνησ. ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Φιλ. δράματι,

Οὐκ ἄλλα καὶ τῆς νυκτός ἐστι Δωρίων
ἔνδον παρ' ἡμῖν, λοπαδοφυσητής.

Versu 1 scribam Οὐκ ἄλλα, i. e. οὐκ ἄλλως. Libri Δωρ. ἐστὶν ἔνδον, quæ in ordinem redegit Porson. Verba Coqui, assentientis alicui, qui dixerat, Dorionem semper esse apud illum. V. 2 ridicule λοπαδ., non αὐλοφυσητής, tibiarum inflator, sicut consentaneum fuisset. Versum suppleturus verosimiliter scribas λοπαδοφυσητής γέ τις: facile enim hæc neglecta fuerint post -της. Eustath. ad Hom. p. 1151, 13: ἐκ τῆς φύσης δὲ καί τις ὀψοφάγος λοπαδοφυσητὴς ἐσκώφθη.

EX INCOGNITA FABULA.

Schol. Hom. Iliad. 14, 232: Μνησ. ὁ κωμικὸς περὶ ὕπνου διαλεγόμενός φησιν, ὅτι

Ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια.

Sic libri pro captu quidem imperiti artis grammatici. Scribendum est,

Ὕπνος (δὲ) θανάτου μικρά τινα μυστήρια.

Τὰ ortum videatur ex τινά, quod *insignem rem* significare dicas, ut in locis illis, quæ laudat Herm. ad Viger. ann. 112, pag. 731. « Hunc versum servavit etiam Eust. p. 981, 3. Plut. Consol. p. 107, D: Οὐκ ἀμούσως ἔδοξεν ἀποφήνασθαι ὁ εἰπὼν τὸν ὕπνον τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια. » *E M.*

LXIX.

PHILISCUS.

« Hunc quoque mediæ poetam comœdiæ fuisse, fabularum tituli indicant, quos hoc ordine recenset Suidas: Ἄδωνις, Διὸς γοναί, Θεμιστοκλῆς, Ὄλυμπος, Πανὸς γοναί, Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης γοναί, (γοναὶ) Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος. Sic etiam Eudocia, nisi quod omisit Ἑρμοῦ καὶ Ἀφρ. γονάς. Philiscum floruisse circa olymp. 100 (ante Chr. 379-376), colligas ex Plinio H. N. 35, 10, ubi quæ Parrhasii tabula commemoratur, in qua Philiscum et Liberum patrem, adstante Virtute, pinxerit, eam tabulam ad hunc nostrum spectare monuit Næk. Sched. crit. p. 26. Cf. Sillig. Catal. Artif. p. 320. — *Themistoclem* ut ab nostro Philisco scriptam fuisse credam, vix a me impetro, ac valde vereor ne Philisci tragici fabula illa fuerit: historicorum enim argumentorum, a Tragicis græcis tractatorum, exempla quædam posui Miscell. quæst. 1, p. 30. » *E M.* Φιλάργυροι, sive (quod Mein. malit) Φιλάργυρος, drama nescio quo casu omissum est apud Suidam et Eudociam.

ΦΙΛΑΡΓΥΡΟΙ.

Stob. Floril. 73, 53, cum lemmate Φιλίσκου Φιλαργύρων (Mein. Φιλαργύρῳ).

Εἰς τὸ μεταπεῖσαι ῥᾳδίως, ἃ βούλεται,
πιθανοὺς ἔχειν εἴωθεν ἡ κλίνη λόγους.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Stob. Floril. 29, 40, cum lemm. Φιλίσκου.

2.

— a. An Pharsaliorum
venit aliquis, ut ipsas mensas devoret?
b. Nemo adest. a. Bene faciunt! igitur
assatam aliquam comedunt urbem Achaicam.

3.

— Et, quod rarius esse
dicitur, adest avium lac,
siquidem phasianus bene deplumatus.

4.

Non aliter; etiam noctu Dorion est
intus apud nos, patinarum inflator.

EX INCERTA FABULA.

Somnus autem mortis parva quædam mysteria.

AVARI.

Ad dissuadendum facile, quæ vult,
probabilia verba lectus habere solet.

Οὐκ ἔστιν, ὦ μάταιε, σὺν ῥαθυμίᾳ
τὰ τῶν πονούντων μὴ πονήσαντας λαβεῖν.

2.

Anthol. Palat. cap. 11, 441.

Ὁ Πειραιεὺς κάρυον μέγ' ἐστὶ καὶ κενόν.

Prior Aristophanes dixit Πειραιεῖ media brevi Pac. 145, ubi v. ann., et alii a Porsono et Meinek. collati.

3.

Dicæarchus Vita Græc. p. 30 ed. Buttm. : δουλεύοντες γὰρ (Chalcidenses Euboici) πολὺν ἤδη χρόνον, τοῖς δὲ τρόποις ὄντες ἐλεύθεροι, μεγάλην εἰλήφασιν ἕξιν τοῦ φέρειν ῥαθύμως τὰ προσπίπτοντα. ὁ στίχος Φιλίσκου·

Χρηστῶν σφόδρ' ἔσθ' ἡ Χαλκὶς Ἑλλήνων πόλις.

4.

« Dubitanter his addo Polluc. 3, 56 : τοῦτο... πολιτογραφεῖν Φίλιστος καλεῖ, ubi cod. Falkenb. super στ habet σκ. » *Mein.*

LXX.
SIMYLUS.

« Hunc poetam archonte Diotimo, h. e. Olymp. 106, 2 (ante Chr. 355) fabulas docuisse, manifestum est e titulo ap. Bœckh. Inscriptt. 1, p. 353, ubi ex fabulæ indice extremæ tantum litteræ σιᾳ supersunt. Bœckhius Ἐφεσίᾳ fuisse conjicit. Idem cum Salmasio Simylum hunc non diversum fuisse suspicatur a Simylo histrione tragico. Quod mihi haudquaquam probabile videtur, qui non credam alium unquam histrionem tragicum simul comœdiarum actorem fuisse : quam in rem Platonis loco uti licebit, Polit. 3, p. 395, B : ἀλλ' οὐδέ τοι ὑποκριταὶ κωμῳδοῖς τε καὶ τραγῳδοῖς οἱ αὐτοί. » *E M.*

ΜΕΓΑΡΙΚΗ.

Pollux 10, 42 : τάχα δὲ καὶ περιστρώματα· εἴρηται γὰρ παρά τε Φιλίστου ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ ἐν τῇ Σιμύλου Μεγαρικῇ.

LXXI.
SOPHILUS.

« De hoc ita Suidas : Σώφιλος, ὄνομα κύριον, Σικυώνιος ἢ Θηβαῖος, κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας. δράματα αὐτοῦ Κιθαρῳδός, Φίλαρχος (apud Athen. Φύλαρχος), Τυνδάρεως ἢ Λήδα, καὶ Δηλία (ita Kuster. e codd. pro Δημία, quod servat Eudocia), ὥς φησιν Ἀθήναιος, καὶ Χειρίδιον (immo Ἐγχειρίδιον, ut Athen.; inepte Eudocia Χοιρίδιον) καὶ Παρακαταθήκη, quam et ipsam citat Athen., qui præterea commemorat Sophili Συντρέχοντας et Ἀνδροκλῆ. Eandem fab. eidem Valcken. restituebat 2, p. 67, F : τὸ δὲ ῥῆμα (ἀρτῦσαι) κεῖται παρὰ Σοφοκλεῖ,

— ἐγὼ μάγειρος ἀρτύσω καλῶς,

corrigens παρὰ Σωφίλῳ ἐν Ἀνδροκλεῖ. Sed ea valde dubia conjectura est. *Citharœdi, Tyndarei* vel *Ledæ*, et *Deliæ*, nullum hodie in Athenæi exemplaribus vestigium. Denique Sophili Γάμοι (sic) laudatur a Diogene Laert. 2, 120 : προσεσκώφθη δὲ (Stilpo philosophus) ὑπὸ Σωφίλου τοῦ κωμικοῦ ἐν δράματι Γάμῳ (ita Cobet.; codex Reg. γάμοι, ceteri γάμου, vulgo Γάμοι)·

Στίλπωνός ἐστι βύσμαθ' ὁ Χαρίνου λόγος·

At pro Σοφίλου cod. Arund. et ed. Frobeni Φίλου, quod in Διφίλου cum Aldobrandino mutavit Menag., et recte quidem, ut opinor, siquidem Stilponem floruisse constat sub Ptolemæo Sotere et Demetrio, Antigoni filio, vix ut Sophilus, quem circa olymp. 108 (ante Chr. nat. 347-344) vixisse suspiceris, Stilponem commemorare potuerit. Adde quod Γάμος in Diphili fabulis recensetur ab Athenæo, et Διφίλου nomen in Φίλου abiit etiam in ejus libris 4, p. 133, F, et 6, p. 226, E : quanquam, quum illud Διφίλου mera conjectura e Φίλου effictum sit, non minus probabiliter nomen Philemonis, cujus notissima fabula est Γάμος, reponendum conjicias. » *E M.*

I. ΑΝΔΡΟΚΛΗΣ.

1.

« In hac fabula demagogorum Atticorum furores exagitatos existimem. » *Mein.*

Athen. 3, p. 123, E : τὸ δὲ χλιαρὸν ὕδωρ μετάκερας Ἀθηναῖοι καλοῦσιν, ὡς Σώφιλος ἐν Ἀνδροκλεῖ.

2.

Idem 6, p. 228, B, et inde Eust. ad Iliad. p. 867, 60 : τὸ δὲ ἔθος τοῦτο καὶ Ἀθήνησιν εἶναι ἀξιοῖ Σώφιλος ἐν Ἀνδροκλεῖ ὀψονόμους * ἀξιῶν αἱρεῖσθαι ὑπὸ τῆς βουλῆς δύ' ἢ καὶ τρεῖς. Fortasse Soph. dixit

---

EX INCERTIS FABULIS.

1.

O stolide, non sic agitur, ut molli otio
Præmia laborum non laborantes ferant. H. Gr.

2.

Piræeus nux est magna et vacua.

3.

Optimarum Chalcis est civitas Græcorum.

Ὑπὸ τῆς (δὲ) βουλῆς ὀψονόμους δύ' αἰτιῶ γ' αἱρεῖσθ' ἄν, ἢ καὶ τρεῖς.

II. ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

Athen. 10, p. 431, A, de mixtura vini ἴσον ἴσῳ vocata (v. Aristoph. Plut. 1128) disserens: Σώφιλος ἐν Ἐγχειριδίῳ,

Συνεχὴς ἄκρατος ἐδίδοτ', ἴσον ἴσῳ· πάλιν
τὴν μείζον' ᾔτουν.

Versu 1 modulatius scribetur

Συνεχὴς ἐδίδοτ' ἄκρατος, etc.

III. ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗ.

Athen. 14, p. 640, D, de ἐπιδορπίσματι disserens: Σώφ. ἐν Παρακαταθήκῃ,

Ἡδύ γε μετ' ἀνδρῶν ἐστιν Ἑλλήνων ἀεὶ
συνάγειν· τὸ πρᾶγμα χάριεν, οὗ « Χίου δύο
κυάθους », ἀνεβόησέν τις, « ὑπόχει! κωμάσαι
πρὸς τὴν Ταναγρικὴν δεῖ γάρ, ἵν' ἐκεῖ κατακλιθεὶς
ἐπιδορπίσηται τὰς ὑείας ματτύας. »

Versu 2 οὗ Χίου pro οὐχὶ Dobr. Advers. 2, p. 348. V. 4. *Tanagra*, Bœotiæ mediterraneæ oppidum, non modo gallis gallinaceis, sed etiam formosis mulieribus (velut Corinna, γυναικῶν τότε καλλίστη τὸ εἶδος, Pausan. 9, 22, 3) clara fuit. « Ταναγρικὴ γυνὴ ex Menandro affertur a Stephano Byz. v. Τανάγρα. *Tanagræam meretricem* dixit Cicero Or. Pro domo cap. 3. » *E M.* Versu 5 pessime librarii ὀνείας ματτ., quasi asinos edissent Græci. Confundi solent υ, ου, ον, in codicibus; inde error: nam suillæ carnes expetebantur: v. Aristoph. Eq. 340, etc.

IV. ΣΥΝΤΡΕΧΟΝΤΕΣ.

Athen. 3, p. 125, E: ἐν δὲ τοῖς ἐπιγραφομένοις Συντρέχουσι κνισολοιχίαν εἴρηκεν (Soph.) ἐν τούτοις,

Ὁ πορνοβοσκὸς γάρ μ' ὑπὸ κνισολοιχίας
χορδήν τιν' αἱματῖτιν αὑτῷ σκευάσαι
ἐκέλευσε ταυτηνί γε.

Versu 3 libri ταυτὴν ἐμέ (με cod. B). Schweigh ταυτηνί.

V. ΦΥΛΑΡΧΟΣ.

1.

Athen. 3, p. 100, A, de usu verbi χορτάζεσθαι dicens: Σώφ. δ' ἐν Φυλάρχῳ (sic) libri hic et sequenti loco: utrobique Dindorf. Φιλάρχῳ),

Γαστρισμὸς ἔσται δαψιλής· τὰ προοίμια
ὁρῶ........ χορτασθήσομαι.
Νὴ τὸν Διόνυσον, ἄνδρες, ἤδη στρηνιῶ!

Versu 3 στρηνιῶ, v. Antiph. Διδύμων 1, schol. Ar. Pluti 176.

2.

Ib. p. 125, E: ὁ κνισολοιχός ἐστι παρὰ μὲν Σωφίλῳ δ' ἐν Φ. οὕτως,

Ὀψοφάγος εἶ καὶ κνισολοιχος.

Sumpsit hinc Eustath. p. 1817, 38. Κνισ., cf. Amphidis Γυναικομαν. 2.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Athen. 2, p. 54, F: Θεόφραστος δ' ἐν Φυτικοῖς (De plantis 8, 5) τῶν ἐρεβίνθων τινὰς καλεῖ κριούς. καὶ Σώφ.,

Ὁ πατὴρ ὁ ταύτης πολὺ μέγιστός ἐστί (τις)
κριὸς ἐρέβινθος.

Malim Πατὴρ ὁ ταύτης. In fine versus τις quomodo

ANDROCLES.

2.

A senatu eligendos esse censeo
duo, vel etiam tres, opsonomos.

PUGIO.

Continuum dabatur merum, par pari: rursus
majorem *calicem* poscebam.

DEPOSITUM.

Suave quidem est compotare cum viris
Græcis. Quam libenter auditur, si quis ibi clamat:
« Chii duo cyathos suffunde! comissari enim
ad Tanagricam oportet eum, ut ibi accumbens
suillas mattyas superedat. »

CONCURRENTES.

Leno enim gulosus me
farcimen quoddam ex sanguine sibi
parare hoc jussit.

TRIBUI PRÆFECTUS.

1.

Voratio larga erit: procœmia
video. . . . . pabulabor.
Per Bacchum, viri, jam gestio!

2.

Opsophagus es et nidoris linctor.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Pater hujus feminæ maximum est
cicer arietinum.

neglectum sit, apparet. « Ab arietini capitis similitudine hoc ciceris genus appellatum esse scribit Plinius H. N. 18, 12, 32. Comparatio spectat fortasse ad hominis salacitatem, siquidem ἐρέβινθος familiare Comicis pro αἰδοίῳ. » *E M.* Conf. Aristoph. Acharn. 756, etc.

2.

Athen. 4, p. 158, A :

Τραγικὸν γὰρ ἡ φακῆ 'στὶν, Ἀρχάγαθόν τ' ἔφη
καί που γεγραφέναι τῆς νόσου πεπαυμένον
ῥοφοῦντ' Ὀρέστην,

φησὶ Σώφ. ὁ κωμῳδιοποιός. Libri Ἀρχ. ἔφη πο γεγραφέναι ἧς καὶ ῥοφοῦντ' Ὀρέστην τῆς νόσου πεπαυμένον, φησὶ, etc. Recte, ut videtur, Schweigh. Archagathum intelligit medicum illum, cujus mentionem fecit Plinius in H. N. Dobræus de *Agatharchi* (sic enim corrigit) pictura quadam cogitabat, quæ hic rideretur.

—

LXXII.

SOTADES.

« Atheniensis, mediæ comœdiæ poeta, probe distinguendus (v. Athen. 7, p. 293, A) a Sotade Maronita, cantilenarum ionicarum scriptore celeberrimo, cui Comici Ἐγκλειομένας et Παραλυτρούμενον male tribuunt Suidas v. Σωτάδης et Eudocia p. 384. » *E M.*

I. ΕΓΚΛΕΙΟΜΕΝΑΙ.

1.

Athen. 7, p. 293, A : Σωτάδης... ποιεῖ καὶ αὐτὸς ἐν Ἐγκλειομέναις (οὕτω γὰρ ἐπιγράφει τὸ δρᾶμα) τοιάδε μάγειρον λέγοντα·

Καρῖδας ἔλαβον πρῶτον· ἀπεταγήνισα
ταύτας ἁπάσας. Γαλεὸς εἴληπται μέγας·
ὤπτησα τὰ μέσα, τὴν δὲ λοιπὴν γρυμέαν
ἕψω, ποιήσας τρῖμμα συκαμίνινον.
Γλαύκων φέρω κεφάλαια παμμεγέθη δύο
ἐν λοπάδι μεγάλῃ ταῦτα, λιτῶς προσαγαχλόην, κύμινον, ἅλας, ὕδωρ, ἐλάδιον. [γὼν
Λάβρακα μετὰ ταῦτ' ἐπριάμην καλὸν σφόδρα·
λιπαρᾶς δι' ἅλμης ἑφθὸς ἔσται γ' ἐν χλόῃ.
Ἀποδοὺς δ' ὅσ' ἦν τιν' ἀπ' ὀβελίσκων ὀπτάν', ἃς
τρίγλας καλὰς ἠγόρασα καὶ κίχλας καλὰς,
ἔρριψα ταύτας ἐπὶ τὸν ἄνθραχ', ὡς ἔχει,
ἅλμῃ τε λιπαρᾷ παρατίθημ' ὀρίγανον.
Ταύταις προσέλαβον σηπίας, καὶ τευθίδας·
ἀστεῖον ἑφθὴ τευθὶς ὡνθυλευμένη,
καὶ πτερύγι' ἁπαλῶς σηπίας ὠπτημένα.
Τριμμάτιον ᾠκείωσα τούτοις ἀνθινὸν
παντοδαπόν· ἑψητῶν δὲ μετὰ ταύτας τινῶν
ὀξὺ, λιπαρόν θ', οὕτως ἔδωκα χυμίον.
Γόγγρων ἐπὶ τούτοις ἐπριάμην παχὺν σφόδρα,
(κατέπνιξ' ἐν ἅλμῃ τοῦτον εὐανθεστέρᾳ,)
κωβίδι' ἄττα, καὶ πετραῖα δή τινα
ἰχθύδια· τούτων ἀποκνίσας τὰ κρανία
ἐμόλυν' ἀλεύρῳ (λευκὰ) τοιούτῳ τινὶ,
πέμπω τε ταῖς καρῖσι τὴν αὐτὴν ὁδόν.
Ἀμίαν τε χήραν, θηρίον καλὸν σφόδρα,
θρίοισι πάντη γ', ἅλις ἐλαδίῳ διεὶς,

2.

Tragica res est lens, et Archagathum quidam
scripsisse dixit, hanc sorbentem nescio quî
Orestem morbum removisse.

INCLUSÆ.

1.

Squillas sumebam primum : patinis has
injeci omnes. Galeus sumptus est magnus :
assavi media, et ceteras quisquilias
coquam, facto intrito e moris.
Glaucorum affero capita duo prægrandia
hæc in magna patina, simpliciter additis
herbis, cumino, salibus, aqua, oleo aliquo.
Deinde lupum emi pulcherrimum ;
in pingui muria et herbis coquetur.
E verubus autem abstractis assis, quotquot erant, quos
mullos venustos turdosque venustos emi,
eos injeci carbonibus, ut sunt,
muriaque pingui origanum appono.
His assumebam sepias et loligines :
elegans res est cocta loligo farta,
et pinnulæ sepiæ tenere assatæ.
Intritum hisce accommodavi floridum
omnigenum, et postea pisciculorum quorundam
acrem, opimum, sic dedi succulum.
Congrum præter hæc emebam valde crassum,
(hunc suffocavi in muria floridiore,)
gobiones quosdam et petrarum scilicet aliquot
pisciculos ; horum abscissa crania conspersi
(alba) frumento quodam hujusmodi,
mittoque eos squillis eadem via.
Amiam quoque viduam, animal pulcherrimum,
oleo satis rigatam, velut pannis omnino

ἐσπαργάνωσα, περιπάσας ὀρίγανον,
ἐνέκρυψά θ' ὥσπερ δαλὸν εἰς πολλὴν τέφραν.
Ἀφύαν θ' ἅμ' αὐτῇ παρέλαβον Φαληρικὴν,
(εἷς κύαθος ἐνταῦθ' ὕδατος ἐπιχυθεὶς πολὺ,)
τεμὼν δὲ λεπτὴν τῆς χλόης, καὶ πλείονα,
κἂν ᾖ δικότυλος λήκυθος, καταστρέφω.
Τί λοιπόν; οὐδὲν ἄλλο. Τοῦτ' ἔσθ' ἡ τέχνη,
οὐκ ἐξ ἀπογραφῆς, οὐδὲ δι' ὑπομνημάτων.

In his plura sunt, quod proverbii loco dici solet, arena sine calce. Ea supplevi, condidi, correxi, interpunxi, ut sine offensione legerentur. Loquitur autem Coquus, frequens in his comœdiis persona, res gestas narrans, artemque suam prædicans. Igitur libri versu 1 ἀπετηγάνισα, quod correxit Meinek., Casaubonus autem quod v. 4 legebatur τρίμμα συκάμινον. Versu 5 libri γλαύκου, quod mutavi, ne quis ineptus bicipitem glaucum somniaret. V. 7 ἐλάδιον recte Casaub., pro ἔλαιον, quod inconcinnum. Versus 9-11 sic legebantur

ἔσται δι' ἅλμης λιπαρὸς ἐφθὸς ἐν χλόῃ.
Ἀποδοὺς ὅσ' ἐστὶν ἀπ' ὀβελίσκων ὀπτανὰ,
τρίγλας etc.,

'Απ' ὀβελ. quidem a Schweigh. repositum pro ἀποβελισον. Quæ multo reddidi concinniora. V. 14 libri ταύταισι πρ. V. 15 ἐφθὴ Dobræus pro eo quod est in libris ὤφθη. Eorundem ἁπλῶς versu 16 correxit Dindorf. Versus 18 et 19 ita scribebantur ex correctione Dobræi,

παντοδαπόν· ἑψητὸν δὲ μετὰ ταύτας τινὰ,
ὀξυλίπαρον τούτοις ἔδωκα χυμίον.

Cod. A δὲ μετὰ ταῦτ' αστινα. B δὲ ταῦτ' ἀστίνα. Vulgo δὲ μετὰ ταῦτ' ἐστίν. Ταύτας, intell. σηπίας et τευθίδας. Sed alter quoque versus laborabat. Versu 24 vulgo :

ἐμόλυν' ἀλεύρῳ.... τοιούτῳ τινί.

Verosimile est, λευκὰ forte neglectum esse post λεύρῳ. Τοιούτῳ, dictum putes *tostum* frumentum, colore ab albis craniis discrepans. V. 26 « χήραν, i. e. *inconditam*. Simililer ὀρφανὸν ταρίχιον dixit Pherecrates Autom. 4, 4, et de amiæ σκευασίᾳ Archestratus Athen. p. 278, C :

ἐν συκῆς φύλλοις καὶ ὀριγάνῳ οὐ μάλα πολλῷ.
Μὴ τυρὸν, μὴ λῆρον, ἁπλῶς δ' οὕτως θεραπεύσας
ἐν συκῆς φύλλοις σχοίνῳ κατάδησον ἄνωθεν,
εἶθ' ὑπὸ θερμὴν ὦσον ἔσω σποδόν. » *E M.*

Versu 27 libri θρίοισι ταύτην ἅλας, quorum posterius correxit Porson., prius ego. V 30 ἀφύην malit Meinek. V. 32 ad λεπτὴν intelligas forte μερίδα, nisi potius legendum sit λεπτὴν τὴν χλόην.

2.

Antiatt. p. 102, 28, Κλέπτρια : Σωτ. 'Εγκλειομένοις (sic). « Dubium est utrum hic 'Εγκλειομέναις, an apud Athen. fragm. 1 'Εγκλειομένοις scribendum sit. » *E M.*

II. ΠΑΡΑΛΥΤΡΟΥΜΕΝΟΣ.

Athen. 9, p. 368, A, de usu nominis παροψὶς agens : Σωτ. δ' ὁ κωμικὸς ἐν Παραλυτρουμένῳ,

Παροψὶς εἶναι φαίνομαι τῷ Κρωβύλῳ·
τοῦτον μασᾶται, παρακατεσθίει δ' ἐμέ.

Quod jurisconsulti dicere solent, *extra ordinem*, h. l. tropice mensam secundam significat. *Crobylus* hic non est ὀψοποιὸς Æliani V. H. 4, 16, sed nescio quis, tunc notus, gulo vel parasitus.

LXXIII.

TIMOTHEUS.

« Suidas : Τιμόθεος Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἦν Πύκτης, Παρακαταθήκη, Μεταβαλλόμενος ἢ Μεταφερόμενος. καὶ Κυνάριον Τιμοθέου δρᾶμα, ὥς φησιν Ἀθήναιος ἐν τοῖς αὐτοῦ (6, p. 243, D). Ceterarum fabularum nihil servatum est. Πύκτης in Timoclis fabulis connumeratur. Παρακαταθήκην docuerunt Aristophon, Sopater, Sophilus, Timostratus, Μεταφερομένους Posidippus. » *E M.*

ΚΥΝΑΡΙΟΝ.

Athen. 6, p. 243, C, de Chærephonte parasito : Τιμόθεος Κυναρίῳ,

Πειρώμεθ' ἀποδύντ' ἐς τὸ δεῖπνον ἀπιέναι!
ἐς δ' ἑπτάκλινον δ' ἐστὶν, ὥς ἔφραζέ μοι,
ἂν μὴ παράβυστός που γένηται Χαιρεφῶν.

---

involvi, et, circumsparsam origano,
abscondidi, ut titionem, in cinere multo.
Et in apuam una cum illa sumptam Phalericam,
(unus hic cyathus aquæ infusus multum est,)
herbis secatis teneris pluribusque,
vel duas cotylas capientem lecythum inverto.
Quid plura? nihil aliud. Hæc est ars,
non ex apographo, neque ex commentariis.

INIQUIUS REDEMPTUS.

Paropsis esse videor Crobylo :
hunc cœnat; me edit extra ordinem.

CATELLUS.

Conemur instructi ad cœnam ire!
erit autem septem lectorum, ut mihi dicebat,
nisi forte inferciatur Chærephon.

Versu 1 ἀποδύντ', *exuti*, ut pugiles aut gladiatores nudi, h. e. metaphorice *parati*, etc. Libri ἀποδόντες, quod emendavit Schweigh. V. 3 *Chærephon*, non discipulus scilicet Socratis (Aristoph. Nub. 104), sed similis tunc quidam Crobylo apud Sotadem Παραλυτρουμένῳ. Libri errore frequente, qui metro arguitur, ἐὰν μὴ π.

EX INCERTA FABULA.

Appendix Florent. Stobæi Gaisf. p. 23, 7, cum lemmate Τιμοθέου.

Θεῶ! πτερωτὸς ἰξὸς ὀμμάτων Ἔρως,
ὁ (δὲ) Κύπριδος κυναγὸς, ἡ φρενῶν ἀκὶς,
ὁ μὴ τίων θεοῖσιν ὁρκίων δίκας.

Versu 1 codex θ' ὁ πτερ. Meinek. ἔσθ' ὁ πτερ., *hic quem tu vides*, *Amor est*. Verosimilius videtur θ' ὁ ortum esse ex θεῶ. Præterea ἰξὸς, i. e. ὁ ἰξὸς, scribendum fuit pro ἰξός. Ordo : ἰξὸς ὀμμ. Ἔρως (ἐστὶ) πτερωτός. Adspicere jubetur aliquis Amorem pictum. V. 2 codex ὁ κύπριος. « Κύπριδος legendum, si Attici poetæ locus est. » *E M.* Suffulsi vacillantem versum. V. 3 τίων scripsi. Codex metro corrupto τίνων priore longa. « Memorabilis audacia metaphorarum. Timothei comici num sit locus, vehementer dubito; nec vero lyrico poetæ tribuerim cum Bergkio Corp. p. 863, qui Οὔθ' ὁ πτερ. Ad tertii versus sententiam facit versus proverbialis

Ἀφροδίσιος γὰρ ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος. »

E M.

LXXIV.

TIMOCLES.

« Timocles Atheniensis, recentiorum unus Comicorum maxime ingeniosus atque elegans, summæque simul dicendi libertatis, qua Demosthenem, Hyperidem, Callimedontem, aliosque perstrinxit. Cum Antiphane memorat Plutarch. Vitt. oratt. p. 845, B. Suidæ errorem, duos distinguentis hujus nominis Comicos, quorum alteri tribuit. Δημοσατύρους, Κένταυρον, Καυνίους, Ἐπιχαιρέκακον, Φιλοδικαστὴν, Πύκτην, alteri autem Διονυσιαζούσας, Πολυπράγμονα, Ἰκαρίους, Δῆλον, Λήθην, Διόνυσον, Κονίσαλον, Πορφύραν, Ἥρωας, Δρακόντιον, Νέαιραν, Ὀρέστην, Μαραθωνίους, hunc igitur errorem post Meursium et Kusterum recte notavit Schweigh., non distincto tamen Comico Timocle a Tragico ignotiore, cujus mentionem facit Athen. 9, p. 407, B (Τιμοκλῆς ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητής· ἦν δὲ καὶ τραγῳδίας [intell. ποιητής]). Quem Photius Bibl. cod. 167, p. 113 ed. Bekkeri, inter poetas a Stobæo excerptos enumerat, Timocles a Comico non differt. Timoclem Syracusanum, Orphicorum librorum scriptorem, laudat Suidas; alium cognominem Photius Epist. 55, p. 111, qui quidem insignis mendaciorum architectus fuit, Ὀφιοχανῶν ἐκείνων, οὓς αὐτὸς ὑπεστήσατο (h. e. *esse credidit*, fortasse Ophiophagos ad sinum maris Rubri, de quibus Plin. H. N. 6, 29), γένος καὶ φύσιν καὶ πολιτείαν καὶ μάχας καὶ νίκας καὶ βίων αἰῶνας καὶ ἡλικίας καὶ εὐδαιμονίας, οὐκ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ φυτῶν καὶ ζώων καὶ γῆς καὶ θαλάσσης καὶ ἀέρος, καθ' ὑπερβολὴν ψευσμάτων τερατευσάμενος. » *E Mein.*, qui de titulis comœdiarum qui traduntur accurate agit in Hist. crit. p. 428-433.

I. ΑΙΓΥΠΤΙΟΙ.

Athen. 7, p. 300, A, de Ægyptiorum superstitione afferens testimonia : Τιμοκλῆς δ' ἐν Αἰγυπτίοις,

Πῶς ἂν μὲν οὖν σώσειεν ἶβις, ἢ κύων;
ὅπου γὰρ εἰς τοὺς ὁμολογουμένους θεοὺς
ἀσεβοῦντες οὐ διδόασιν εὐθέως δίκην,
τίν' αἰελούρου βωμὸς ἐπιτρέψειεν ἄν;

« Versu 2 ABCP εἰς θεοὺς ὁμολ. Edd. olim εἰς θεοὺς τοὺς ὁμολ. Casaub. delevit θεούς. Confirmavit Phædrus Epicureus De nat. deorum p. 25 ed. Peters. (Vol. Hercul. p. 154) : διόπερ ἔμοιγε τὸ τοῦ Τιμοκλέους εἰρημένον ἐν Αἰγύπτῳ (sic) δράματι περὶ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ θεῶν ἐπὶ τούτους ἐπέρχεται μεταφέρειν, ὅπου γὰρ κτλ. V. 4 αἰελούρου (attice : v. Arist. Acharn. 826) cod. A et Vol. Hercul., ubi superest Α.Ε.ΟΥΡΟΥ. Codd. PVL αἰλούρου, inconcinne et ἑλληνικῶς, ut Aristoteles H. A. 5, 2, 3, etc. » *E M.* Ibidem libri mendose ἐπιτρίψειεν. Imo ἐπιτρέψειεν, *ad se converterit*, velut servaturus? Grotius altero male probato :

altare felis quomodo aliquem everterit?

II. ΒΑΛΑΝΕΙΟΝ.

Pollux 10, 154 : οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἀγγείου γλωττόκομον παρὰ τοῖς νεωτέροις ἔστιν εὑρεῖν, ὡς ἐν τῷ Τιμοκλέους Βαλανείῳ « Καὶ τὸ γλωττόκομον (libri γλωττοκομεῖον) βαλανεύεται. » Ineptam sententiam emendes scribendo

---

EX INCERTA FABULA.

Specta! alatus *est* viscus oculorum Amor,
Cypridisque venator, animorum acies,
qui diis non reddit rationem juramentorum.

ÆGYPTII.

Quomodo igitur servaverit ibis, aut canis?
ubi enim qui in confessos deos
peccant, non dant extemplo pœnas,
quemnam felis ara ad se convertat?

Καὶ γλωττοκομεῖον (οὖν, ἐν ᾧ) βαλανεύεται.

Immissa illa facile exciderint : cf. Lysipp. com. Βάκχαις 4, eodem loco, et, monente Mein., Lobeck. ad Phryn. p. 98.

III. ΔΑΚΤΥΛΙΟΣ.

Athen. 7, p. 295, B, de galeo pisce : Τιμ. δ' ἐν Δακτυλίῳ φησὶ

Γαλεοὺς (καλοὺς) καὶ βατίδας, ὅσα τε τῶν γενῶν
ἐν ὀξυλιπάρῳ τρίμματι σκευάζεται.

Iterum apponit Athen. 9, p. 385, A, ob ὀξυλιπάρου mentionem. Utroque loco libri Δακτύλῳ, quod correxit Casaub. Versu 1 similia γαλεοὺς et καλοὺς (v. Cratini Incert. 178 etc.) alteri offecit alterum. Τῶν, i. e. τούτων.

IV. ΔΗΛΟΣ (?).

Athen. 8, p. 341, E : καὶ Ὑπερείδης δὲ ὁ ῥήτωρ ὀψοφάγος ἦν, ὥς φησι Τιμ. ὁ κωμικὸς ἐν Δήλῳ (sic libri), διηγούμενος τοὺς παρὰ Ἁρπάλου δωροδοκήσαντας· γράφει δ' οὕτως,

α. Δημοσθένης τάλαντα πεντήκοντ' ἔχει.
β. Μακάριος, εἴπερ μεταδίδωσι μηδενί.
α. Καὶ Μοιροκλῆς εἴληφε χρυσίον πολύ.
β. Ἀνόητος ὁ διδούς, εὐτυχὴς δ' ὁ λαμβάνων.
α. Εἴληφε καὶ Δήμων τι, καὶ Καλλισθένης...
β. Πένητες ἦσαν, ὥστε συγγνώμην ἔχω·
α. Ὅ τ' ἐν λόγοισι δεινὸς Ὑπερείδης ἔχει.
β. Τοὺς ἰχθυοπώλας οὗτος ἡμῖν πλουτιεῖ,
ὀψοφάγος, ὥστε τοὺς λάρους εἶναι Σύρους.

Titulus abhorrens ab argumento, nec verosimile est Δήλιος. Malim Κηλὸς, h. e. εὔκηλος, ἀδιάφορος, *tranquillus*, *deleniens*, qualem se ostendit altera harum personarum, altera irata oratoribus corruptis ab Harpalo aliisque ducibus Alexandri M. Harpalus quidem, præfectus ejus, cum maxima parte opum Babylone aufugit in Græciam, ibique acta est ejus causa olymp. 113, 2 (ante Chr. nat. 326); quo igitur tempore, vel paulo post, hanc fabulam actam esse animadvertit Meinek. De δ et κ permixtis v. Cratin. Thratt. 2. V. 3 « Μοιροκλῆς Valesius ad Harpocrat. p. 129, A et B libris confirmantibus. Reliqui Μητροκλῆς, C Μυροκλῆς. Cf. Ruhnken. Hist. crit. orat. p. 79. » *E M.* Eum Alexander depoposcit in pœnam secundum Demosthenem et Arrianum. V. 5 sic codd. VL ; ceteri εἶτ' εἴληφε. Deinde τι pro τε Mein. et Dobr. *Demo* cognatus quidam fuit Demosthenis : quem cum Callisthene (de quo ad Antiph. Ἁλιευομ. 1, 10) Antipater sibi tradi jussit, teste Plut. Vit. Demosth. p. 856, E. V. 9 libri ὀψ. γὰρ ὥστε, sed glossema expunxit Casaub. « Ὥστε ... Σύρους, i. e, ut lari, piscium avidissimi, præ Hyperide Syri sint; qui piscium esu fere abstinebant : v. ann. ad Menandri fragm. p. 44 ed. pr. » *E M.* Cf. Ovid. Fast. 2, 474 seq.

V. ΔΗΜΟΣΑΤΥΡΟΙ.

« Δημοσάτυροι dici videntur demagogi populi turpiter obsequiosi, quos δημοπιθήκους dixit Aristoph. Ran. 1085, et simpliciter πιθήκους Phrynichus ap. schol. Av. 11. » *Mein.*

Athen. 4, p. 165, F, de Ctesippo, Chabriæ filio : Τιμ. δ' ἐν Δημοσατύροις φησὶν

— Οὐδ' ὁ Χαβρίου Κτήσιππος ἐπιτρὶς κείρεται,
ἐν ταῖς γυναιξὶ λαμπρὸς, οὐκ ἐν ἀνδράσιν;

Versu 1 scripsi ἐπιτρίς. Libri vitiose ἔτι τρὶς vel τρεῖς. « De *Ctesippo* v. Menandri Org. fr. 1. In perditis atque effeminatis hominibus memoratur etiam a Libanio Orat. 19, p. 500, D, et Æliano H. A. 3, 42. Cf. Wolf. proleg. ad Demosthenis Lept. p. 53. » *E M.* Leptinen accusavit : v. Athen. 12, p. 552, etc.

VI. ΔΙΟΝΥΣΙΑΖΟΥΣΑΙ.

Athen. 6, p. 223, B : Τιμ. δ' ὁ κωμῳδιοποιὸς, κατὰ πολλὰ χρησίμην εἶναι λέγων τῷ βίῳ τὴν τραγῳδίαν, φησὶν ἐν Διονυσιαζούσαις,

Ὦ τᾶν, ἄκουσον, ἄν τί σοι μέλλω λέγειν!
ἄνθρωπός ἐστι ζῶον ἐπίπονον φύσει,

ANNULUS.

Galeos (pulchros), et batidas, et quotquot horum [generum
in acido ac pingui jure parantur.

DELUS (?).

a. Demosthenes habet quinquaginta talenta.
b. Beatus, si his impertit neminem.
a. Etiam Mœrocles multum auri accepit.
b. Insanus, qui dat; felix, qui sumit.
a. Accepit et Demo aliquid, et Callisthenes...
b. Pauperes erant, ut ignoscam.
a. Et gravis orator Hyperides habet.
b. Hic piscium venditores nobis ditabit,
opsonans ita, ut lari sint Syri.

DEMOSATYRI.

Et nonne Chabriæ filius Ctesippus ter tondetur,
inter feminas conspicuus, non inter viros?

MULIERES BACCHANALIA AGENTES.

Bone vir, audi, si tibi aliquid dicam!
homo animal miserum est natura,

καὶ πολλὰ λυπήρ' ὁ βίος ἐν ἑαυτῷ φέρει.
Παραψυχὰς οὖν φροντίδων ἀνεύρετο
ταύτας· ὁ γὰρ * νοῦς τῶν ἰδίων λήθην λαβών,
πρὸς ἀλλοτρίῳ τε ψυχαγωγηθεὶς πάθει,
μεθ' ἡδονῆς ἀπῆλθε, παιδευθεὶς ἅμα.
Τοὺς γὰρ τραγῳδοὺς, πρῶτον, εἰ βούλει, σκόπει,
ὡς ὠφελοῦσι πάντας! ὁ μὲν ὢν γὰρ πένης,
πτωχότερον αὑτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον
γενόμενον, ἤδη τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει·
ὁ νοσῶν τι μανικὸν Ἀλκμαίων' ἐσκέψατο·
ὀφθαλμιᾷ τις, εἰσὶ Φινεΐδαι τυφλοί·
τέθνηκέ τῳ παῖς, Νιόβη κεκούφικεν·
χωλός τίς ἐστι, τὸν Φιλοκτήτην ὁρᾷ·
γέρων τις ἀτυχεῖ, κατέμαθεν τὸν Οἰνέα.
Ἅπαντα γὰρ τὰ μείζον' ἢ πέπονθέ τις
ἀτυχήματ' ἄλλοις γεγονότ' ἐννοούμενος
τὰς αὐτὸς αὑτοῦ συμφορὰς ἧττον στένει.

Eadem Stobæus Floril. 124, 19, cum lemmate Τιμοκλέους. Qui versu 1 pro μέλλω habet δοκῶ (quod in altera edit. prætulit Mein.) v. 11 οὕτω pro ἤδη, v. 12 Ἀλκμένωνα, v. 19 ἧττον στένει, quod merito placuit viro doctissimo præ ταυτολόγοις Athenæi ῥᾷον φέρει. Præterea v. 1 Mein. mallebat ἂν pro ἣν (sic enim libri), cui assentior. » Telephum Euripideum dicit : cf. Horatius A. P. 96, Ennius apud Leopard. Emend. 8, 24, Aristoph. Nub. 897, etc. » *E M.* V. 4 libri ἀνεύρατο, quod correxit Dindorf. Versus 5 negligenter scriptus. Malim

ταύτας· ὁ γὰρ ἰδίων (τε) νοῦς λήθην λαβών.

Versu 7 Meinck. malit παιδευθείς θ' ἅμα, præcedente autem versu ἀλλοτρίων scribendum censeo pro ἀλλοτρίῳ. Versum 11 inelegantem sic emendo

γενόμενον, ἤδη ῥεῖα τὴν πενίαν φέρει.

V. 12 sic Stob.; Athenæus ὁ νοσῶν δὲ μανικῶς. Deinde ille Ἀλκμένων', qui non aliud sibi vult quam Athen. Ἀλκμαίων', et frustra esse judico Elmsleium ad Eur. Bacch. 337. Versum 14 sic scribo :

τέθνηκε παῖς, Νιόβη γε τὸν κεκούφικεν.

De *Œneo*, item Euripidis, v. 16, vide Aristoph. Acharn. 417. V. 19 συμφορὰς ῥᾷον φέρει Athen.; vide superius dicta.

VII. ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

Athen. 9, p. 407, E : ὅτι δὲ καὶ τῶν δήμων Ἀχαρνεὺς ὁ Τηλέμαχος, ὁ αὐτὸς ποιητής φησιν (Timocles) ἐν Διονύσῳ οὕτως,

α. Ὅ γ' Ἀχαρνικὸς Τηλέμαχος ἔτι δημηγορεῖ·
οὗτος δ' ἔοικε τοῖς νεωνήτοις Σύροις.
β. Πῶς, ἢ τί πράττων; βούλομαι γὰρ εἰδέναι.
α. Θανατηγὸν ..... * καλὴν χύτραν φέρει.

Versu 1 libri ὁ δ' Ἀχ. quod mutavi ob ea quæ sequuntur v. 2, ubi νεώνητοι Σύροι significant, ni fallor, homines nequissimos, ut *Syri venales* apud Cic. De orat. 2, § 265. Versu 4 fuit quum legendum esse suspicarer

Θάνατον ὅτι κακαλιῶν (ἀεὶ) χύτραν φέρει.

Nota κακαλία, *cacalia*, e Dioscoride et Linnæo, qua voce generatim viles herbæ, pauperum interdum cibi, contemni videantur. Θάνατον *rem invisissimam* dixerit Noster, ut Alexis Æsopo. Θανατηγὸν glossema putes; ἀεὶ forte haustum fuerit ab antecedente vocabulo. » *Telemachi ollam* in proverbium abiisse docet Eust. ad Odyss. p. 1394, 26 : παροιμία ἡ λέγουσα Τηλεμάχου χύτρα ἐπὶ τῶν διὰ πενίαν ἐν ὀσπρίοις ἢ ὅλως εὐτελέσιν ἐδεστοῖς πολυφαγούντων, οὐκ ἐκ τοῦ Ὁμηρικοῦ εἴληπται ἥρωος, ἀλλά τινος Ἀττικοῦ Τηλεμάχου, Ἀχαρνέως τὸν δῆμον. Hic enim Telemachus ridebatur ὅτι κυάμων χύ-

---

multasque ærumnas vita fert.
Solatia igitur curarum invenit
hæc : quippe mens, et propriorum oblita,
et alienis malis se confirmatam sentiens,
cum voluptate abit, simul edocta.
Specta enim primum, si vis, Tragicos,
quam juvent omnes! pauper scilicet
ubi accepit, egentiorem se Telephum
fuisse, jam facilius fert mendicitatem;
ægrotans aliqua insania Alcmæonem considerare [solet;
dolet ab oculis? Phinidæ erant cæci;
obiit puer patri? hunc Niobe erigit;
claudus est aliquis? Philoctetem intuetur;
senex aliquis et infortunatus est? edidicit Œneum.
Omnibus enim, quæ quis passus est,
aliorum majores calamitates reputans
suas ipsius clades minus deplorat.

BACCHUS.

a. Acharnensis quidem Telemachus adhuc con-[cionatur;
hic autem recens emptis Syris comparandus est
b. Quomodo, vel quo facto? nam scire volo.
a. Mortem enim (tussilaginum semper) ollam cir-[cumfert.

τρας ἀεὶ σιτούμενος ἦγε Πυανέψια πορδὴν ἑορτήν. » *E Mein.*, qui nunc edidit

α. Θάργηλον οὗτος ἀγκάλῃ χύτραν φέρει,

de quibus vide H. Steph. Thes. v. Θαργηλία, p. 251 ed. novæ.

VIII. ΔΡΑΚΟΝΤΙΟΝ

Athen. 6, p. 237, D : χαρακτηρίζει δ' οὐκ ἀρρύθμως τὸν παράσιτον, ὁποῖός τις ἐστὶ, Τιμ. ἐν Δρακοντίῳ οὕτως,

Ἔπειτ' ἐγὼ παράσιτον ἐπιτρέψω τινὶ
κακῶς λέγειν; ἥκιστά γ'· οὐδέν ἐστι γὰρ
ἐν τοῖς τοσούτοις χρησιμώτερον γένος.
Εἰ δή 'στι τὸ φιλέταιρον ἕν τι τῶν καλῶν,
ἀνὴρ παράσιτος τοῦτο ποιεῖ διὰ τέλους.
Ἐρᾷς, συνεραστὴς ἀπροφάσιστος γίγνεται·
πράττεις τι, πράξει συμπαρὼν, ὅ τι ἂν δέῃ,
δίκαια ταὐτὰ τῷ τρέφοντι νενομικώς,
κἀπαινέτης θαυμαστὸς οἷος τῶν φίλων.
Χαίρουσι δείπνων ἡδοναῖς ἀσυμβόλοις·
τίς δ' οὐχὶ θνητῶν, ἢ τίς ἥρως ἢ θεὸς
ἀποδοκιμάζει τὴν τοιαύτην διατριβήν;
ἵνα μὴ δὲ πολλὰ μακρολογῶ δι' ἡμέρας,
τεκμήριόν τι παμμέγεθες οἶμαί γ' ἐρεῖν
ὁ τῶν παρασίτων ὡς τετίμηται βίος·
γέρα γὰρ αὐτοῖς ταὐτὰ τοῖς τὠλύμπια
νικῶσι δίδοται χρηστότητος οὕνεκα,
σίτησις· οὗ δὲ μὴ τίθενται συμβολαὶ,
πρυτανεῖα ταῦθ' ἅπαντα προσαγορευτέα.

Dicta adversus contemptores parasitorum. Versu 2 γ' accessit ex BP. Versu 3 libri τοιούτοις. Immo oportebat ἐν τοῖς τοσούτοις, *inter tot* spectatores. Jocus. V. 4 libri minus bene εἰ δ' ἔστι. Quod sequitur τὸ additum a Casaub. Versu 5 occultata est in thesi vox gravissima παράσ. Scribo

παράσιτος (ἂν) ἀνὴρ τοῦτο ποιεῖ etc.

Versibus 6 et 7 ita Dindorf. pro γίνεται et πράσσεις. V. 9 vulgo, duriore asyndeto, ἐπαινέτης. Tum malim θαυμαστόν. Versu 10 « cod. B ἢ συμβόλοις pro ἀσυμβόλοις. Ante hunc versum forsan alius excidit, cujus in fine hæc verba fuerint τάχ' ἂν λέξαις ὅτι vel ἴσως λέξεις ὅτι. » *Mein.* Versu 11 corrigendum puto ἢ τίς ἥρως καὶ θεός. V. 13 libri ἵνα δὲ μὴ πολλὰ, quod facile emendavit Grotius. Sed inconcinna hæc judico, neque necessariam particulam δέ. Imo absorptum erat δὴ simili δι' :

ἵνα μὴ μακρολογῶ πολλὰ δὴ δι' ἡμέρας.

Versu 16 non videtur congruere pluralis γέρα ... ταὐτὰ cum singulari qui sequitur σίτησις. Scribam γέρας γὰρ αὐτοῖς ταὐτὸ τ. V. 17 libri εἵνεκα. « Οὕνεκα, quod posuit Dindorf., est ex solemni decretorum formula. » *Mein.* V. 18 libri negligenter οὐ γὰρ ... post γέρα γὰρ ... Sæpe δὲ et γὰρ commutata in scriptis. V. 19 libri ταῦτα πάντα προσαγορεύεται. Dedi melioribus numeris ταῦθ' ἅπαντα. Sequens vocabulum optime correxit Meinek. « Inest in hac argumentatione (v. 16-19) acumen sophisticum. Vis scire, ait, quanto in pretio sint parasiti? cogita eundem haberi honorem virtutis ergo parasitis, qui habetur Olympionicis : τὴν σίτησιν nempe et victum de alieno. Poterat objici, res dissimiles componi, quia parasiti quidem in privatorum ædibus os alienum rodant, at Olympionicæ in Prytaneo cibum capiant publicum. It iste obviam, et in loco ullum momentum esse negat : nam et vulgo illa omnia loca censeri prytanea ac solita nominari, ubi convivari licet nullis collatis symbolis. » *Casaub.*

XI. ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

1.

Athen. 6, p. 240, E, de Tithymallo parasito testimonia Comicorum apponens : Τιμοκλῆς ... ἐν δ' Ἐπιστολαῖς,

Οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἐρῶ! μὰ τοὺς θεοὺς,
Τιθύμαλλος οὐδεπώποτ' ἠράσθη φαγεῖν

DRACONTIUM.

Tandemne ego patiar, ut parasito quisquam
maledicat? minime : neque enim
inter tot homines utilius genus est.
Sane si quod bonorum est sodalis amor,
vir parasitus eum prorsus exercet.
Amas? simul amat sine excusatione;
agis aliquid? idem aget præsens, quo opus fuerit,
eadem, quæ qui nutrit, justa putans,
mirusque laudator amicorum.
Gaudent *parasiti* cœnarum deliciis sine symbola :
quis vero non *gaudet* mortalium, aut quis heros et deus
vilipendit ejusmodi voluptatem?
Ne multa garriam per totum diem,
maximum rei testimonium afferre me arbitror,
honorem, quo parasitorum fruitur vita :
præmium enim illis idem, quod
Olympionicis, datur bonæ frugis causa,
cibus : ubi vero non conferuntur symbolæ,
prytanea hæc omnia sunt appellanda.

EPISTOLÆ.

1.

Heu me miserum, ut amo! per deos,
Tithymallus nunquam tam vehementer cupivit

οὕτω σφόδρ', οὐδὲ Κόρμος ἱμάτιον λαβεῖν,
οὐ Νεῖλος ἄλφιτ', οὐ Κόρυδος ἀσύμβολος
κινεῖν ὀδόντας.

Versu 4 quum Α et Ν litteræ interdum commutatæ sint (v. ann. ad Aristoph. Plut. 179), malis Νῖνος, usitatum viri nomen; vel potius Νίλλος, ut νίλλου in codice A apud Euphronem Mus. fr. 6, Athen. 8, p. 343, B. Hoc ipso loco meliores codd. νεῖλλος. Sed in sequentibus male occultatum nomen Κόρυδος. Scribo

Οὐ Νίλλος ἄλφι, Κόρυδος οὔτ' ἀσύμβολος.

2.

Ib. p. 243, B : Τιμ. δ' ἐν Ἐπιστολαῖς καὶ ὡς Δημοτίωνι τῷ ἀσώτῳ παρασιτοῦντος αὐτοῦ (Chærephontis) μνημονεύει·

Ὁ Δημοτίων δὲ παραμενεῖν αὐτῷ δοκῶν
τἀργύριον οὐκ ἐφείδετ', ἀλλὰ παρέτρεφεν
τὸν βουλόμενον· * ὁ Χαιρεφῶν μὲν παντελῶς
οἴκαδε βαδίζειν ᾦετ', ὦ ταλάντατος.
Καὶ μὴν ἔτι (τοῦτό γ' ἔστ' ἀνάξιον μόνον)
τὸν παραμασήτην λαμβάνει δίκρουν ξύλον·
οὔτ' εὔρυθμος γάρ ἐστιν, οὔτ' ἀχρήματος.

Versu 1 vulgatum παραμένειν correxit Schweigh. Versus 3 et 4 vitium contraxisse apparet. De posteriore Dindorf. : « ᾦετ' V, ᾤετο BP, ᾤεθ' L. ὦ ταλάντατος BP, ὠταλάντατος V, et simili quodam modo videtur A. ὁ ταλ. L. » Corrigo

τὸν βουλόμενον· οἷ Χαιρεφῶν μὲν πάνθ', ὅπως
οἴκαδε, βαδίζειν ᾦετ' ἄν, ὁ ταλάντατος,

apta sententia quam in latinis reddidi. Versu 5 ἔτι τοῦτ' ἔστιν ἄξιον μόνον. Toupii est ἀνάξιον. V. 6 δίκρουν ξύλον tropice intelligas hominem; qui duplici modo vivere potest, sive ut parasitus, sive (οὐκ ἀχρήματος) ut liber. *Chærephon* recentior quidam dicitur, non ille Socratis amicus.

X. ΕΠΙΧΑΙΡΕΚΑΚΟΣ.

Athen. 6, p. 241, A, de Corydo parasito (cf. Epist. fr. 1) : μνημονεύει δ' αὐτοῦ Τιμ. ἐν Ἐπιχαιρεκάκῳ οὕτως,

Ἀγορὰν ἰδεῖν εὔοψον εὐποροῦντι μὲν
ἥδιστον· ἂν δ' ἀπορῇ τις, ἀθλιώτατον·
ὁ * γοῦν Κόρυδος ἄκλητος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
γενόμενος ὀψωνεῖ παρ' αὐτὸν οἴκαδε·
ἦν δὲ τὸ πάθος γελοῖον, οἶμαι· τέτταρας
χαλκοῦς ἔχων ἄνθρωπος, ἐγχέλεις ὁρῶν,
θύννεια, νάρκας, καράβους, ἡμωδία·
καὶ ταῦτα πάντη μὲν περιελθὼν ἤρετο,
ὁπόσου, πυθόμενος δ' ἀπέτρεχ' εἰς τὰς μεμβράδας.

Versu 3 modulatius legas ὁ Κόρυδος οὖν ἄκλ. V. 4 Schweighæus. malebat ὠψώνει. V. 5 scripsi οἶμαι. Inepte libri οἴμοι. V. 7 ἡμ. Casaub. pro ἡμωδία. V. 8 πάντη recte Dind. pro πάντα. Cod. P πάντα ἡμέν. V. 9 sic Casaub. pro ἀποτρέχεις in ABP, ἀπότρεχ' εἰς VL, ἀποτρέχει εἰς C.

Cum extremis Meinek. confert Pomponium ap. Non. v. *Revortit* :

Cœnam quæritat mœstus : si eum nemo vocat,
Domum revortit ad menam miser.

XI. ΗΡΩΕΣ.

1.

Athen. 6, p. 224, A, de verbis δοῦναι et ἀποδοῦναι a Demosthene oppositis lusus Comicorum afferens :

α. Οὐκοῦν κελεύεις νῦν με πάντα μᾶλλον ἢ
τὰ προσόντα φράζειν; πάνυ γε δράσω τοῦτό σοι.

---

vesci, neque Cormus vestem auferre,
non Nilus farinam, neque Corydus sine symbola
5 dentes movere.

2.

Demotion autem, mansurum sibi esse putans
argentum, ei non parcebat, sed simul nutriebat
id cupientes, quo Chærephon quidem pessimus
plane, ut domum, ire sibi videbatur.
5 Insuperque etiam (id quidem est maxime indi- [gnum)
convivam sumit, qui est biceps lignum :
neque enim vel commodus est, vel inops.

IN MALIS ALIENIS GAUDENS.

Forum videre opsoniis refertum fortunato quidem
suavissimum; si quis autem eget, miserrimum.
Corydus igitur invocatus, ut mihi videtur,
apud se ipsum opsonat domi;
5 fuit autem ridicula res, opinor : homo quattuor
æreos *nummos* habens, conspectis anguillis,
thynnorum frustis, torpedinibus, carabis, dentibus [dolebat;
et, hæc quanti constarent, ubique circumibat [quærens,
pretioque audito, ad membradas cucurrit.

HEROES.

1.

a. Nonne jubes nunc me omnia potius
quam præsentia loqui! plane hoc tibi faciam.

β. Καὶ πρῶτα μέν σοι παύσεται Δημοσθένης
ὀργιζόμενος. α. Ὁ ποῖος; β. Ὁποῖος ὁ Βριαρεύς,
ὁ τοὺς καταπέλτας τάς τε λόγχας ἐσθίων,
μισῶν λόγους ἄνθρωπος, οὐδὲ πώποτε
* ἀντίθετον εἰπὼν οὐδὲν, ἀλλ' Ἄρη βλέπων.

Imo ἀντίθεον. Vituperatur enim Demosthenes, tanquam longe repetita tractare solitus, neque humaniter colloquens aut *divinum* appellans quenquam, sed bellum, h. e. lites rixasque, minitans. Opponitur autem Demosthenes Homero minime maligno, qui plures viros egregios ἀντιθέους dixit (v. Iliad. 1, 264; 10, 112; 11, 322; 16, 865; 21, 91; Odyss. 19, 216; 21, 254, etc.), quos quum induxisset ridicule noster, id significare videatur inscriptio dramatis. Versu 1 με τὰ πάντα libri. Articulum delevit Elmsl. Versibus 3 et 4 α. persona dicit, fore ut Demosthenes jam non succenseat alteri, quippe se imitato alienis rebus referendis. Verba ὁ ποῖος addiderunt Meinek. et Dobræus; ille ὁ Βριαρεύς. Libri ὁ Βριάρεως. Versum 7 supra correxi.

2.

Athen. 10, p. 455, F, de figurato usu dicendi disserens : Τιμ. δ' ἐν Ἥρωσιν,

— α. Ὡς δ' ἦν ἠρμένη
βίου τιθήνη, πολεμία λοιμοῦ, φύλαξ
φιλίας, ἰατρὸς ἐκλύτου βουλιμίας
τετράπεζος... β. Ὡς περίεργα, νὴ τὸν οὐρανόν,
ἐξὸν φράσαι « τράπεζα » συντόμως!

Cf. Eustath. ad Odyss. p. 1586, 20. Versu 2 libri λιμοῦ, quum sequatur vox βουλιμίας. V. 4 libri βουλιμίας

τράπεζα. β. Περιέργως (γε) νὴ τὸν οὐρανόν,

γε addito a Casaub. Quod vitiosum esse, ex alterius interlocutoris verbis luce clarius apparet.

XII. ΙΚΑΡΙΟΙ ΣΑΤΥΡΟΙ.

Ἰκαρίους Icari insulæ in mari Ægæo incolas dictos putes, fortasse piscatores.

1.

Athen. 8, p. 339, D : Πυθιονίκην δέ φησι (Antiphanes) φιληδεῖν ταρίχῳ, ἐπεὶ ἐραστὰς εἶχε τοὺς Χαιρεφίλου τοῦ ταριχοπώλου υἱούς, ὡς Τιμοκλῆς ἐν Ἰκαρίοις (ita Casaub. pro Νικοκλῆς ἐν Ἀχαρίοις) φησιν, « Ἄνυτος ὁ παχὺς πρὸς Πυθιονίκην ὅταν ἐλθὼν φάγῃ τι· καλεῖ γὰρ αὐτόν, ὥς φασιν (AB φησιν) ὁπόταν Χαιρεφίλου τοὺς δύο σκόμβρους ξενίσῃ μεγάλους ἡδομένη. » Sic quidem libri, verbis depravatis et temere trajectis, numeris nullis. Scribo

Ἄνυτος ὁ παχὺς πρὸς Πυθιονίκην ἦλθε, πᾶν
φαγεῖν· ἐκάλει γὰρ αὐτόν, ὅταν ξενίσῃ (ποτὲ)
τοὺς Χαιρεφίλου σκόμβρους δύ', ἡδομένη μέγα,
ὥς φασιν.

In quibus Casaub. scribi jussit μεγάλως, ad sensum recte, sed ἀμέτρως. Ceterum hæc Timoclis respexit Alexis in Epidaurio :

Τοὺς Χαιρεφίλου δ' υἱεῖς Ἀθηναίους, ὅτι
εἰσήγαγεν τάριχος, οὓς καὶ Τιμοκλῆς
ἰδὼν ἐπὶ τῶν ἵππων δύο σκόμβρους ἔφη
ἐν τοῖς σατύροις εἶναι.

Rursus Athen. eodem loco : καὶ πάλιν

2.

Ἡ Πυθιονίκη δ' ἀσμένως σε δέξεται,
καί σου κατέδεται τυχὸν ἴσως, ἃ νῦν ἔχεις
λαβὼν παρ' ἡμῶν δῶρ'· ἄπληστός ἐστι γάρ·
ὅμως δὲ δοῦναί σοι κέλευσον σαργάνας
αὐτήν· τάριχος εὐπόρως γὰρ τυγχάνει
ἔχουσα, * καὶ σύνεστι σαπέρδαις δυσίν,
καὶ ταῦτ' ἀνάλτοις καὶ πλατυρρύγχοις τισίν.

---

b. Et primum quidem irasci tibi desinet
Demosthenes. a. Quis? b. Qualis Briareus,
catapultarum et lancearum devorator,
orationis osor homo, qui neminem unquam
« deo similem » dixit, sed bellum spectans

2.

— a. Ut autem ablata fuit
vitæ nutrix, inimica perniciei, custos
amicitiæ, medicus enecti bulimi
quadrupes.... b. Quantæ ambages, per cœlum,
quum breviter dici possit « mensa »!

ICARII SATYRI.

1.

Anytus obesus ad Pythionicen ire solebat, omnia comesurus. quippe invitabat eum, quando excipiebat
lætissima duos Chærephili scombros,
ut aiunt.

2.

Pythionice autem libens te excipiet,
et tua fortasse comedet, quæ nunc habes
a nobis accepta dona : insatiabilis enim est.
Jube tamen eam tibi dare
sargos : salsamentum enim abunde habet,
ut quæ convivet saperdis duobus,
et insulsis quidem et crassis rostris.

His verbis compellari videtur adolescens venustus, adhuc donis virorum locupletatus, nunc autem Pythionices amore flagrans. Versu 4 σαργάνας (sic enim Porson. pro σαργανίας) intelligo σάργους, nisi forte ponendum est σαργίνους media brevi. V. 5 libri solœce ταρίχους. V. 6 aptius est ἔχουσά γ', ὡς σύνεστι σαπέρδαις δυοῖν. Præstat ὡς causale, siquidem apud saperdas salsamento abundare per jocum dicitur meretrix. Καὶ et ὡς sæpius confusa : v. Anaxandr. Incert. 7, etc. Mein : « Anytum quum παχὺν dicit, dubitari potest, *obesum*, an *opulentum* significare voluerit poeta. Σκόμβρους autem vocat Chærephili filios eodem sensu, quo in altero fragmento dicuntur τάριχος et σαπέρδαι, quæ stultorum hominum sunt convicia : v. Casaub. h. l. et ad Athen. 3, p. 119, C, collato etiam Alexidis Epidaurio. »

3.

Athen. 8, p. 342, A : καὶ Ὑπερείδης δὲ ὁ ῥήτωρ ὀψοφάγος ἦν, ὥς φησι Τιμ. ὁ κωμικὸς ἐν Δήλῳ ... καὶ ἐν Ἰκαρίοις δὲ ὁ αὐτὸς ποιητής φησι

Τόν τ' ἰχθυόρρουν ποταμὸν Ὑπερείδην πέρα,
ὃς, * ἠπίαις φωναῖσιν ἔμφρονος λόγου
κόμποις παφλάζων, ἠπίοις πυκνώμασιν
* πρὸς πᾶν δύσας ἔχει,
μισθωτὸς ἄρδει πεδία τοῦ δεδωκότος.

Versu 1 extremo et initio 2 libri πέρασον σηπίαις, pro quo Jacobsius πέρα, ὃς ἠπίαις. Pro repetito ἠπίοις versu 3 Dobræus αἱμύλοις. Versu 4 sic Schweigh.; libri προσπανδύσας. Exclusis glossematis ego sic scribo,

ὃς, ἠπίοισιν ἔμφρονος πυκνώμασι
λόγου παφλάζων, πρός τε πᾶν δύσεις ἔχων.

Quæ in latinis reddo.

4.

Athen. 9, p. 407, F, de Telemacho Acharnensi disserens, allato Timoclis fragmento e Dionyso, ita pergit : ἐν δ' Ἰκαρίοις σατύροις φησὶν

Ὥστ' ἔχειν οὐδὲν παρ' ἡμῖν· ἰκτεράσας δ' (ἂν) ἀθλίως
πρῶτα μὲν σκληρῶς καθεύδω, κεἶθ' ὁ Θουδίππου Κλέων
παντελῶς ἔπηξεν ἡμᾶς· εἶθ' ὁ λιμὸς ἥπτετο,
ἔφερέ τ' οὖν με (πρὸς Δίωνα) τὸν διάπυρον· ἀλλὰ γὰρ
οὐδ' ἐκεῖνος οὐδὲν εἶχε. Πρὸς δὲ τὸν χρηστὸν δραμὼν
Τηλέμαχον Ἀχαρνέα, σωρόν τε κυάμων καταλαβὼν
ἁρπάσας, τούτων ἐνέτραγον· ὁ δ' ὄνος, ἡμᾶς ὡς ὁρᾷ
(εἰσθορεῖν), Κηφισόδωρος περὶ τὸ βῆμ' ἐπέρδετο.

Versu 1 posui ἰκτεράσας. Libri mendose νυκτερεύσας, ν littera adhærente, qua finitur ἡμῖν, tum ι in υ, α in ευ, mutato. Inserui ἄν. V. 2 pro vulgatis librorum εἶτα Θούδιππος ὁ λέων ingeniose Bergkius εἶθ' ὁ Θουδίππου Κλέων. « Vult enim poeta, *tum vero frigus me vexavit*, pro ipso frigore ludibrii causa Cleonem nominans. Cleonem vero intelligit eum, in quem Isæus composuit orationem de Astyphili hereditate, in qua oratione Cleo disertim Thudippi filius vocatur § 17, aliisque locis. Qui Thudippus fortasse is est, quem Athenienses olymp. 115, 3 (ante Chr. natum 317) simul cum Phocione supplicio affecerunt; v. Plut. Vit. Phocionis c. 35 et Apophth. p. 189, B. » *E M*, Versu 4 libri ἐφέρετο πρὸς Δίωνα. V. 5 « χρηστὸν dicit fortasse *fatuum* : v. Ruhnken. ad Tim. p. 132. » *Mein.* Cf. etiam Lethen fabulam. V. 7 ἐνέτραγον ex B codice Dind. pro ἀνέτραγον. V. 8 εἰσθορεῖν forte neglectum esse mihi visum est post similia ὡς ὁρᾷ. Lacunoso versui Meinek. succurrens minus probabiliter : ὡς ὁρᾷ, (ὥσπερεὶ) Κηφ., recte autem articulum ὁ delens, qui in libris est ante Κηφ. De Cephisodoro oratore citat Ruhnken. Hist. crit. orat. p. 82, et commode a Bergkio allata Harpocrationis verba p. 171 : Κηφισόδωρος ... κεκωμῴδηται δὲ οὗτος ὡς ὀνώδης.

3.

Piscibusque fluentem Hyperidem fluvium transi,
qui, lenibus prudentis orationis modulationibus
æstuans, et accessus ad omnia habens,
mercede accepta rigat campos datoris.

4.

Ita ut nihil habeam apud nos : ictero autem misere laborans
primum quidem ægre dormio, et deinde Thudippi Cleon
prorsus nos congelabat : postea fames me prehendit
rapuitque hinc ad Dionem fervidum : sed
ne is quidem habuit quidquam : quare ad bonum Telemachum
Acharnensem cucurri, et fabarum acervum, quem inveneram,
abreptum devoravi ; asinus autem, ut nos videt (irruere), Cephisodorus gradu *tam magno* attonitus, pepedit

XIII. ΚΑΥΝΙΟΙ.

Caunus urbs antiqua in ora Cariæ.

Athen. 6, p. 240, D, de Tithymallo parasito : Τιμ. ... ἐν ... Καυνίοις,

Ἤδη προσενήνεκται· τί μέλλεις; σπεῦδέ τι,
ὦ 'τᾶν! ὁ γὰρ Τιθύμαλλος οὕτως ἀνεβίω
κομιδῇ τεθνηκὼς, τῶν ἀν' ἐκτῇ τοὐβολοῦ
θέρμους μαλάξας· οὐκ ἀπεκαρτέρησε γὰρ
ἐκεῖνος, ἀλλ' ἐκαρτέρησ', ὦ φίλτατε,
πεινῶν.

Versu 1 Προσενήνεκται intell. ἡ τράπεζα, mensa escaria. Libri μέλλει (quod correxit Jacobsius); σπεύδετε. Sæpius confusum τε et τι, *aliquantum* : v. Thuc. 2, 89, etc. V. 3 libri τῶν ἂν (Casaub. ἀν') ὀκτὼ τοὐβ. Scripsi ἐκτῇ pro ἐκτέα : v. grammaticos. V. 4 μαλάξας, sc. dentibus, lupinis manducatis, comesis. V. 6 bene Meinek. πεινῶν pro πίνων, quod prorsus alienum est : v. Aristophon Pythag. 1.

XIV. ΚΕΝΤΑΥΡΟΣ ἢ ΔΕΞΑΜΕΝΟΣ.

Athen. 6, p. 240, D, item de Tithymallo parasito : Τιμ. Κενταύρῳ ἢ Δεξαμενῷ,

Τιθύμαλλον αὐτὸν καὶ παράσιτον ἀποκαλῶν.

Sic quidem libri, delitescente voce παράσιτον contra jus fasque poeticum. Scribo

Τιθύμαλλον, ἢ παράσιτον αὐτὸν ἀποκαλῶν.

Confusa sunt ἢ et καὶ, ut Aristoph. Eccles. 473. Ἀποκαλῶν deteriore sensu : v. Musgrav. ad Soph. « Ajacem versu 673. Apollodorus 2,5,5 : Ἡρακλῆς δὲ εἰς Ὤλενον πρὸς Δεξαμενὸν ἧκε, κἀκεῖ κατῴκει. καὶ κατέλαβε τοῦτον μέλλοντα δι' ἀνάγκην μνηστεύειν Εὐρυτίωνι Κενταύρῳ Μνησιμάχην τὴν θυγατέρα. Ex quo conjicias, etiam Herculis magnas partes fuisse in hac comœdia. » *E M.*

XV. ΚΟΝΙΣΑΛΟΣ.

Κονισαλὸς accentu mutato in nomine proprio. Etiam in Aristoph. Lysistrata, 915, scribendum Κονισαλὸς pro Κονίσαλος.

Athen. 10, p. 430, F, de variis modis vini miscendi : ἴσον ἴσῳ δὲ Τιμ. ἐν Κονισαλῷ (libri Κονισάλῳ),

— Πατάξω σ' ἴσον ἴσῳ ποτηρίοις
μεγάλοις ἅπασαν τὴν ἀλήθειαν φράσαι.

Libri πατάξω τ', litteris σ et τ commutatis, ut sæpe; cf. Neæræ 2. Πατάξω dictum est κατ' ἐξοχὴν pro πατάξας ἀναγκάσω. « Formula ἴσον ἴσῳ absolute utitur, ut Sophilus Enchir., Athen. 10, p. 431, A (Συνεχῆς ἐδίδοτ' ἄκρατος ἴσον ἴσῳ), et alii. » *E M.*

XVI. ΛΗΘΗ.

Athen. 9, p. 407, C, de Telemacho Acharnensi (v. Icar. fr. 4), fabarum amatore eximio : Τιμ. ... ἐν μὲν δράματι Λήθῃ φησὶ

Μετὰ τοῦτό γ' αὐτῷ Τηλέμαχος συνετύγχανεν·
καὶ τοῦτον ἀσπασάμενος ἡδέως πάνυ
ἔπειτα « Χρῆσόν μοι σὺ, φησὶ, τὰς χύτρας,
ἐν αἷσιν ἕψεις τοὺς κυάμους. » Καὶ ταῦτά τε
εἴρητο, καὶ παριόντα Φειδίππον πάλαι,
τὸν Χαιρεφίλου, πόρρωθεν ἀπιδὼν, τὸν παχὺν,
ἐπόππυσ', εἶτ' ἐκέλευσε πέμπειν σαργάνας.

Versu 1 libri mendose Μετὰ τοῦτον. V. 4 libri ἐν αἷς συνῆψας. Scripserunt ἧψες, sed malui ἕψεις, commutatis, ut alias non semel, ε et η, ει et α. V. 5 libri εἴρηται et Φίλιππον, quod correxit Porson. In fine scripsi πάλαι. Vulgo πάνυ, ut v. 2, inepte quidem. Meinek. πάλιν. De *Phidippo* salsamentario cf. Alexis Agon. 5. Versu 6 malo ἐπόππυσεν, εἶτ'

XVII. ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΙ.

Athen. 13, p. 570, F : ἢ ἥδιστόν ἐστί σοι, ὡς ἐν Μαραθωνίοις φησὶ Τιμ.,

---

CAUNII.

Jam apportata est *mensa* : quid cunctaris? festina [parumper,
o bone! nam Tithymallus sic revixit
plane mortuus, lupinis; quorum sextarius obolo [constat,
mollitis : scilicet non desperavit
ille, sed perduravit, carissime,
esuriens.

CENTAURUS vel DEXAMENUS

Tithymallum vel parasitum eum appellans.

CONISALUS.

— Feriam te paris pari mixti poculis
magnis, ut omnem veritatem dicas.

OBLIVIO.

Postea occurrit ei Telemachus,
quo amicissime salutato
deinde, « Commoda tu mihi, inquit, ollas,
in quibus coquis fabas. » Et hæc ut
dixit, simul modo prætergressum Phidippum,
Chærephili filium, e longinquo conspiciens, [crassum illum,
sibilavit; tum sargos mittere jussit.

Ὅσον μεταξὺ μετὰ κορίσκης καὶ μετὰ
χαμαιτύπης τὴν νύκτα κοιμᾶσθαι! βαβαὶ,
ἡ στιφρότης, τὸ χρῶμα, πνεῦμα δαίμονος,
τὸ μὴ σφόδρ' εἶναι πάνθ' ἕτοιμα, δεῖν δέ τι
ἀγωνιᾶσαι καὶ ῥαπισθῆναί σε, καὶ
πληγὰς λαβεῖν ἁπαλαῖσι χερσὶν, ἡδύ γε,
νὴ τὸν Δία τὸν μέγιστον!

Versu 1 libri Θεόν. Quod in ὅσον mutavit Jacobsius. Cogitabam de Θεοῦ. Deorum enim dicuntur excellentia et beatissima quæque, velut *noctes cœnæque deûm* apud Horatium Sat. 6, 65. Plautus in re simili Curc. 1, 3, 11. *Sum deus*, h. e. fortunatissimus. Propertius eleg. 2, 12 :

Si dabit hæc multas, fiam immortalis in illis;
Nocte una quivis vel deus esse potest.

Ibidem apte dicatur καὶ μάλα χαμαιτύπης, ut μάλα πολὺς Iliad. 2, 798, etc. Μάλα et μετὰ etiam Odyss. 21, 93 confusa; inutile autem est, neque usitatum, alterum μετά. V. 3 πνεῦμα δαίμονος, h. e. πνεῦμα δαιμόνιον, ut δαιμονίοις ὄμμασιν Aristoph. Thesmoph. 125, etc. Perperam libri δαίμονες. V. 4 δέ τι Porsonus pro δ' ἔτι, Meinek. initio τό τε μὴ σφ. V. 5 libri ῥαπισθῆναί γε, quod correxi. V. 7 nomen Δία in thesi collocatum : malo νὴ τὸν μέγιστον Δία. « Attigit Timoclis locum Ruhnken. Epit. crit. p. 71 » *Mein.*

XVIII. ΝΕΑΙΡΑ.

1.

Athen. 13, p. 567, E : διὸ καὶ θρηνῶν τις αὐτὸν παράγεται ὑπὸ Τιμοκλέους ἐν Νεαίρᾳ,

— Ἀλλ' ἔγωγ' ὁ δυστυχὴς,
Φρύνης ἐρασθεὶς, ἡνίκ' ἔτι τὴν κάππαριν
συνέλεγεν, οὔπω τ' εἶχεν ὅσαπερ νῦν ἔχει,
πάμπολλ' ἀναλίσκων ἐφ' ἑκάστῳ, τῆς θύρας
ἀπεκλειόμην.

Spectat huc Athen. etiam 13, p. 591, D : εἴρηκε δὲ περὶ τοῦ πλούτου αὐτῆς (Phrynes meretricis) Τιμ. ὁ κωμικὸς ἐν Ν., etc. Cf. Ælian. V. H. 9, 32, Valer. Max. 4, 3.

2.

Suidas, Ἀνάριστος μᾶλλον ἢ ἀναρίστητος ... Τιμ. Νεαίρᾳ (ita pro νεαρὰν Leopard. Emend. 19, 7),

Ἔπειτα διὰ σὲ ταῦτ' ἀναρίστητος ὤν.

Libri διά τε. De qua confusione cf. Κονισ. fragm. Bernhardy διά γε ταῦτ'.

XIX. ΟΡΕΣΤΑΥΤΟΚΛΕΙΔΗΣ.

1

Athen. 13, p. 567, E : καὶ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δ' Ὀρεσταυτοκλείδῃ ὁ αὐτὸς Τιμοκλῆς φησι

— Περὶ δὲ τὸν πανάθλιον
εὕδουσι γρᾶες, Νάννιον, Πλαγγὼν, Λύκη,
Γνάθαινα, Φρύνη, Πυθιονίκη, Μυρρίνη,
Χρυσὶς, Κοναλλὶς, Ἱερόκλεια, Λεπάδιον.

Versu 2 libri Λύκα. Nota *Lyce* ex Horatio, ut Chrysis ex Terentii Andria. Sunt η et α commutata. Mendo contrario schol. Arist. Nub. 766 ἡ λέξις pro Ἄλεξις, etc. V. 4 Λεπάδιον B codex, quod merito Mein. maluit præ vulgato Λοπάδιον. Idem conjicit Κοβαλίς. Nam cod. A κοναλίς. Dobræus Advers. 2, p. 342 : « Ridetur Tragici cujusdam (Æschyli, ut puto, Eum. 46 seqq.) descriptio Orestis, in templo Delphico inter dormientes Furias sedentis. Hinc autem intelligitur, argumentum fabulæ versatum esse in comparandis Oreste et Autoclida. » Meinekius Hist. crit. Com. p. 432 : « Autoclidem illum quum Æschines C. Tim. § 52 et Aristogiton ap. Harpocrat. p. 40, 15 testentur puerorum amoribus infamem fuisse, haud levis oboritur suspicio, ut apud tragicos poetas Orestem a Furiis propter parricidium, ita in hac comœdia Autoclidem propter puerorum amores a meretricibus vexatum fuisse : describitur enim in illis versibus, ex prologo, ut suspicor, petitis, Autoclides puerilium amorum causa vexatus a meretricibus, quæ, hominem persecutæ

MARATHONII.

Quantum interest cum virgine et cum
scorto noctem transigere! papæ,
firmitas, color, halitus divinus,
non nimis parata omnia, et quod necesse est, te aliquantum
pugnare ac virgari, plagasque
tenerarum manuum te accipere, suave quidem,
per magnum Jovem!

NEÆRA

1.

— At ego infelix,
Phrynen amans, quando adhuc capparin
colligebat, necdum habebat, quæ nunc habet,
plurima impendens singulatim, foribus
excludebar.

2.

Denique propter te jentaculo carens.

ORESTAUTOCLIDES.

1.

— Circa miserrimum autem
dormiunt anus, Nannion, Plango, Lyce,
Gnathæna, Phryne, Pythionice, Myrrhine,
Chrysis, Conallis, Hierocle a, Lepadion.

propterea, in Orthanæ, Conisali, vel Tychonis, antistitum pæderastiæ, sacrario, lassitudine oppressæ jam dormiunt. Nec defuisse novo illi Oresti judices, qui causam ejus cognoscerent, indicare videtur Harpocratio p. 146, 3.

2.

Παράβυστον : οὕτως ἐκαλεῖτό τι τῶν παρ' Ἀθηναίοις δικαστηρίων, ἐν ᾧ ἐδίκαζον οἱ ια' (v. Pausan. 1, 28, 8.) ... μνημονεύουσι δ' αὐτοῦ ἄλλοι τε τῶν κωμικῶν, καὶ Τιμ. ἐν Ὀρεστ. Itaque Areopago poeta Parabystum, et Areopagitis undecimviros, substituit, qui de quibusvis maleficiis judicium exercebant. Fortasse autem non Æschyli, ut olim putabam, sed Carcini Tragici (conf. Hist. crit. p. 505 seqq.), vel Theodectæ vel Timesithei, Orestes intelligendus est. »

XX. ΠΟΛΥΠΡΑΓΜΩΝ.

Athen. 8, p. 339, E : περὶ δὲ Καλλιμέδοντος τοῦ Καράβου, ὅτι καὶ φίλιχθυς ἦν, καὶ διάστροφος τοὺς ὀφθαλμούς, Τιμ. ἐν Πολυπράγμονι,

— Εἶθ' ὁ Καλλιμέδων ἄφνω,
ὁ * Κάραβος, προσῆλθεν, ἐμβλέπων δ' ἐμοί,
ὡς γοῦν ἐδόκει, πρὸς ἕτερον ἄνθρωπόν τινα
ἐλάλει, συνεὶς δέ γ' οὐδὲν εἰκότως ἐγώ,
ὧν ἔλεγεν, ἐπένευον διακενῆς· τῷ δ' ἄρα
βλέπουσι χωρὶς ἢ δοκοῦσιν αἱ κόραι.

Versu 2 scribendum est ὁ Καράβου. V. 3 ὡς γοῦν Porson.; vulgo ὡς δ' οὖν, « quarum particularum nullus hic locus est. » *E M.* V. 4 codd. BP συνεὶς δ', nonnulli συνιεὶς δ'. Prætulimus vulgatum : v. Bæhr. ad Herodot. 1, 24. V. 6 libri vitiose χωρὶς καὶ δοκ.

XXI. ΠΟΝΤΙΚΟΣ.

Stobæus Floril. 96, 22, cum lemmate Τιμοκλέους Ποντικοῦ.

Πολλοὺς γὰρ ἐνίοθ' ἡ πενία βιάζεται
ἀνάξι' αὑτῶν ἔργα παρὰ φύσιν ποιεῖν.

« Eodem titulo inscriptæ fabulæ ferebantur Alexidis et Epigenis, quarum divinet argumentum, qui meminerit, Ponticos plerosque salsamentarios fuisse, vel philosophorum scholas Athenis frequentasse, fere ludibrio habitos ab nasutioribus Atticis. Diogenes Laert. 6, 1, 3, de Antisthene : πρὸς τὸ Ποντικὸν μειράκιον, μέλλον φοιτᾶν αὐτῷ, καὶ πυνθανόμενον, τίνων αὐτῷ δεῖ, ἔφη « Βιβλιδαρίου καινοῦ, καὶ γραφείου καινοῦ, καὶ πινακιδίου καινοῦ, » τὸν νοῦν παρεμφαίνων. Quibus adde Stratonici dictum Athen. 8, p. 351, E, et Gnathænæ apud Machonem Ath. 13, p. 580, F. » *E M.*

XXII. ΠΟΡΦΥΡΑ.

Vide *Xenarchi* fabulam cognominem.

XXIII. ΠΥΚΤΗΣ.

Athen. 6, p. 246, F : κοινῇ δὲ περὶ παρασίτων εἰρήκασι, Τιμ. μὲν ἐν Πύκτῃ, ἐπισιτίους καλῶν αὐτοὺς ἐν τοῖσδε,

— Εὑρήσεις δὲ τῶν ἐπισιτίων
τούτων τινάς, οἳ δειπνοῦσιν ἐσφυδωμένοι
τἀλλότρι', ἑαυτοὺς ἀντὶ κωρύκων λέπειν
παρέχοντες ἀθληταῖσιν.

Versu 1 codd. nonnulli τε τῶν. V. 2 « ἐσφυδωμένοι, *cibis distenti et quasi tumentes.* Hesych. Διασφυδῶσαι : αὐξῆσαι, ἀπὸ τοῦ σφύζειν. Casaub. scribebat ἐφηνωμένοι. V. 3 λέπειν scripsi pro (inepto) λέγειν. H. e. *verberare* : v. Plato com. in dramate inscripto Αἱ ἀφ' ἱερῶν Antiatt. p. 106. *Coryci* sunt sacci sabulo, vel farina, vel ficuum granis, pleni, quos a lacunari suspensos athletæ manibus verberabant et apprehendere studebant. Id ζυγομαχεῖν τῷ κωρύκῳ appellat Comicus incertus Aristot. Rhet. 3, 11. Cf. Antyll. in Matthæi Medicis Gr. p. 124, et Mercurial. De arte gymnast. 2, 5, p. 123. » *E M.* V. etiam Gesner. Thes. v. Corytus.

XXIV. ΣΑΠΦΩ.

Athen. 8, p. 339, A, de Misgola citharœdo, ἐσπουδακότι περὶ κιθαρῳδοὺς καὶ κιθαριστὰς ὡραίους : ... καὶ Τιμ. ἐν Σαπφοῖ φησὶν

Ὁ Μισγόλας οὐ προσιέναι σοι φαίνεται,
ἀνθοῦσι τοῖς νέοισιν ἠρεθισμένος.

CURIOSUS.

— Deinde statim Callimedon,
Carabi filius, advenit, meque adspiciens,
ut quidem videbatur, alterum quendam hominem
compellabat verbis, quibus nimirum a me non [intellectis
temere annuebam : spectant autem
ei pupillæ alio quam videntur.

PONTICUS.

Multos enim paupertas interdum cogit
indigna ipsis contra naturam facere.

PUGIL.

— Inveniesque horum convictorum
aliquos, qui cœnant distenti
aliena, pro corycis verberandos se
præbentes athletis.

SAPPHO

Misgolas manifesto ad te non accedit,
in florentibus adolescentulis commotus.

« De Misgola, inquit, nihil tibi (h. e. exoleto alicui pathico, vel ipsi Sapphoni vetulæ) timendum est [aut sperandum. *Both.*] : is enim adolescentulorum amore insanit. » *E M.* Cf. Antiph. Ἀλ. fr. 1, Mein. Hist. crit. Com. p. 386 seq.

XXV. ΣΥΝΕΡΙΘΟΙ.

Stob. Floril. 125, 10 : Τιμοκλέους Συνεργικά (fuit hoc procul dubio Συνεργικοί, quod glossema visum Meinek. probabiliter mutavit in Συνέριθοι) :

Τοῖς μὲν τεθνεῶσιν Ἔλεος ἐπιεικὴς θεός,
τοῖς ζῶσι δ' ἔφεδρος ἀνοσιώτατος Φθόνος.

Versu 2 egregie Meinekius δ' ἔφεδρος pro eo quod libri præbent δ' ἕτερον. Ex iisdem meliores (AB) ἀνοσιώτατος masculino; vulgo ἀνοσιώτατον. « Timocli idem locus tribuitur a Theophilo Ad Autolycum p. 378, F : τούτοις ἀκόλουθα εἴρηκε καὶ Τιμ. λέγων « Τεθνεῶσιν ἔλεος ἐπιεικὴς θεός. » *E M.*

XXVI. ΦΙΛΟΔΙΚΑΣΤΗΣ.

Athen. 7, p. 245, B : ὅτι δ' ἦν ἔθος, τοὺς γυναικονόμους ἐφορᾶν τὰ συμπόσια, καὶ ἐξετάζειν τῶν κεκλημένων τὸν ἀριθμόν, εἰ κατὰ νόμον ἐστί, Τιμ. ἐν Φιλοδικαστῇ φησιν οὕτως,

Ἀνοίγετ' ἤδη τὰς θύρας, ἵνα πρὸς τὸ φῶς
ὦμεν καταφανεῖς μᾶλλον, ἐφοδεύων ἐὰν
βούληθ' ὁ (γοῦν) γυναικονόμος ἀριθμὸν λαβεῖν
κατὰ τὸν νόμον τὸν καινόν, ὅπερ εἴωθε δρᾶν,
τῶν ἑστιωμένων. Ἔδει δὲ τοὔμπαλιν
τὰς τῶν ἀδείπνων ἐξετάζειν οἰκίας.

Versu 3 libri hoc ordine, λαβεῖν ἀριθμόν. Addidi γοῦν, quod forte exciderit ante γυν.

XXVII. ΨΕΥΔΟΛΗΣΤΑΙ.

Athen. 3, p. 109, C, ex Tryphone Alexandrino : παρὰ δὲ τὰς ὀπτήσεις ὀνομάζεσθαι ἰπνίτην (ἄρτον), οὗ μνημονεύειν Τιμοκλέα ἐν Ψευδολησταῖς οὕτως,

— Καταμαθὼν δὲ κειμένην
θερμὴν σκάφην θερμῶν ἰπνιτῶν ἤσθιον.

Mendosa hæc esse puto. Scribam cum tmesi (de qua Matth. Gr. § 594, 2)

— Κατὰ δὲ κειμένην
θερμῶν μαθὼν σκάφην ἰπνιτῶν ἤσθιον.

De comœdia inscripta Γεωργὸς v. fr. incert. 5.

INCERTORUM DRAMATUM FRAGMENTA.

1.

Stob. Floril. 79, 17, cum lemmate Τιμοκλέους.

Ὅστις φοβεῖται τὸν πατέρα κἀσχύνεται,
οὗτος πολίτης ἀγαθὸς ἔσται κατὰ λόγον,
καὶ τοὺς πολεμίους δυνάμενος κακῶς ποιεῖν.

Versu 2 ὄντως πολ. codex A. Primum sic equidem scripserim :

Ὅστις φοβεῖται πατέρα, κἀπαισχύνεται.

2.

Ib. 91, 15, cum eodem lemmate.

Τἀργύριόν ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς·
ὅστις δὲ μὴ 'χει τοῦτο, μηδ' ἐκτήσατο,
οὗτος * μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατεῖ.

Versus 3 immodulate et contra artem procedit τῷ τεθνηκὼς occultato in thesi. Scribo

Οὗτος τεθνηκὼς περιπατεῖ ζώντων μέτα.

3.

Athen. 1, p. 25, F : μαρτυροῦνται γὰρ καὶ Χῖοι οὐκ ἔλαττον τῶν προειρημένων ἐπὶ ὀψαρτυτικῇ. Τιμ.

— Χῖοι πολὺ
ἄριστ' ἀνευρήκασιν ὀψαρτυτικήν.

Inusitatus modus loquendi ἀνευρήκασιν. Scribo ἂν

SOCII LABORIS.

Mortuis quidem Misericordia convenit dea,
viventibus autem assidet impiissimus Livor.

JUDICUM AMANS.

Aperite jam fores, ut ad lucem
magis conspicui simus, si circumiens
gynæconomus (quidem) numerare vult
secundum novam legem, ut solet,
convivantes. Deberet autem e contrario
incœnium domos explorare.

FALSI LATRONES.

— Quem stare videram
alveum lupinorum in furno coctorum edebam.

EX INCERTIS FABULIS.

1.

Qui patrem timet et reveretur,
is bonus civis erit, ut solent dicere,
et hostibus infestandis aptus.

2.

Argentum est sanguis et anima mortalibus;
qui vero id non habet, neque adeptus est,
ille mortuus circumit inter vivos.

3.

— Chii omnium
optime dixerunt de arte coquendi.

εἰρήκασιν. « Simonactides, artis culinariæ scriptor celeber (v. Pollux 6, 71), patria fuit Chius. » *E M.*

4.

Plut. Vit. decem oratt. p. 845, D, de Demosthene : προελθὼν πάλιν εἰς τὰς ἐκκλησίας νεωτερικῶς τινα λέγων διεσύρετο, ὡς κωμῳδηθῆναι αὐτὸν ὑπὸ Ἀντιφάνους καὶ Τιμοκλέους,

Μὰ γῆν, μὰ κρήνας, μὰ ποταμούς, μὰ νάματα!

Idem Vit. Demosthenis cap. 9 : Ἐρατοσθένης μέν φησιν αὐτὸν ἐν τοῖς λόγοις πολλαχοῦ γεγονέναι παράβακχον· ὁ δὲ Φαληρεὺς Δημήτριος, τὸν ἔμμετρον ἐκεῖνον ὅρκον ὀμόσαι ποτὲ πρὸς τὸν δῆμον, ὥς ἐνθουσιῶντα, « Μὰ γῆν ... νάματα. » Respicit hæc schol. Arist. Avium 196.

5.

Clemens Alex. Strom. 4, p. 204 Sylb., 566 Pott. : οἱ στρωματεῖς ἡμῶν, κατὰ τὸν γεωργὸν Τιμοκλέους τοῦ κωμικοῦ, « σῦκ', ἔλαιον, ἰσχάδας, μέλι » προσοδεύουσι, καθάπερ ἐκ παμφόρου χωρίου. δι' ἣν εὐκαρπίαν ἐπιφέρει « Σὺ μὲν εἰρεσιώνην, οὐ γεωργίαν λέγεις. » Probabiliter Mein. ex his verbis collegit, nostrum edidisse fabulam inscriptam Γεωργός. Scribamus igitur κατὰ τὸν Γεωργὸν Τιμοκλέους, ipsius autem poetæ hæc tantum haberi possunt,

— Σῦκ', ἔλαιον, ἰσχάδας, μέλι.
β. Σὺ μὲν εἰρεσιώνην, οὐ γεωργίαν λέγεις.

Notum est εἰρεσιώνην vocari ramum oleaginum vel laureum, lana obvolutum, quem, circumpendentibus arborum fructibus, ante januas ædium suspendere solebant ex oraculi præcepto ἀφορίαν deprecantes, v. schol. Aristoph. Eq. 725.

6.

Hesych. * Ἀπυξίνου : ἀπονεύρου. Τιμοκλῆς. « Probabiliter (? *Both.*) H. Stephanus ἀπεξίνου (ab ἀπεξινόω) et ἀπενεύρω. Codex Ἀποξῖνος : ἀπονεύρ·· Τιμοκλέους. » *Mein.*

—

LXXV.

XENARCHUS.

« Hunc mediæ poetam comœdiæ fuisse ostendit fragmentorum indoles, in quibus frequentes Tragicorum parodiæ, veterumque dubitatio, utrum Xenarcho an Timocli tribuenda esset fabula inscripta Πορφύρα. Meursii, Fabricii, aliorumque errorem, comicum poetam confundentium cum Xenarcho mimographo, Sophronis filio, attigit Hermann. ad Aristot. A. P. p. 93. » *E M.*

I. ΒΟΥΤΑΛΙΩΝ.

Athen. 2, p. 63, F, sed omisso titulo, quem e Suida addendum esse vidit Casaub., servavit hæc :

— Φθίνει δόμος,
ἀσυστάτοισι δεσποτῶν κεχρημένος
τύχαις, ἀλάστωρ τ' εἰσπέπαικε Πελοπιδῶν
ἄστυτος οἶκον, κοὔτι βυσαύχην θεᾶς
Δηοῦς σύνοικος, γηγενὴς βολβός, σιφλοῖς
ἐφθὸς βοηθῶν, δυνατός ἐστ' ἐπαρκέσαι·
μάτην δὲ πόντου κυανέαις δίναις τραφεὶς
φλεβὸς τροπωτήρ, πουλύπους, ἁλοὺς βρόχων
πλεκταῖς ἀνάγκαις γ', ὡς τροχηλάτου κύτος
πίμπλησι λοπάδος στερροσώματον κόρην.

Versu 2 sic Dindorf. et Blomfield. Libri ἀσυντάτοισι, VL cum Eustath. p. 1283, 28 ἀστύτοισι. V. 4 scripsi οἶκον pro οἶκος, quanquam falsa scriptura deceptus etiam Eust. p. 862, 44. Ridicule nescio quis dæmon ἄστυτος Pelopidas invasisse dicitur ita, ut impotentes mares sterilesque feminas nec bulbi, nec polypi juvent. Polyporum hac in re usum ignoro ; nec præstiterim hæc, quæ Mein. annotavit ad v. 8 : « Quum τροπωτὴρ proprie sit lorum, quo remi ad scalmos alligati impelluntur et reducuntur, non male φλεβὸς τροπωτῆρα explices venæ alligatorem, quo nervus, tanquam remus, muliebri parti quasi paxillo ita inseritur atque illigatur, ut et impelli possit et reduci. » Eodem versu 4 libri κοὔτε. V. 5 σιφλοῖς Jacobs. pro mendoso φίλοις

4.

Per terram, per fontes, per amnes, per fluenta!

5.

— Ficus, oleum, caricas, mel.
b. Tu quidem iresionen, non agriculturam dicis.

BUTALIO.

— Perit domus
infirmis dominorum fatis,
perditorque non arrigens irruit
in Pelopidarum ædes, nec brevi collo
cohabitator deæ Cereris, terrigena bulbus, imbecillis
coctus auxiliator, quidquam juvare potest;
frustraque nutritus in maris cæruleis vorticibus
venæ alligator, polypus, captus in retium
plexis necessitatibus, velut fictilis cavum
patinæ, virginis implet durum corpus.

« Illud, ut de omni corporis vitio, ita etiam de ἀστύτοις recte dicitur. » *E. M.* Δηοῦς Schweigh. pro Δηοῦν. V. 8 βρόχων Porsonus pro βροτῶν. Versibus 9 et 10 libri ἀνάγκαις τῆς τροχηλάτου (C τροχηλάτης) κόρης πίμπλησι λοπάδος στερνοσώματον κύτος. Recte Lobeck. ad Phryn. p. 176 στερροσώματον. Correxi reliqua verba τῆς-κόρης, et male trajecta ordinavi.

II. ΔΙΔΥΜΟΙ.

1.

Athen. 15, p. 693, B : Ξέναρχος ἐν Διδύμοις,

Ὡς, εἴ ποτε, νυστάζειν γε κἀυτὸς ἄρχομαι·
συνέσεισέ μ' ἐκποθεῖσα φιάλη παντελῶς
ἡ τοῦ* δὲ σωτῆρος Διὸς τάχιστά τε
ἀπώλεσε ναύτην καὶ κατεπόντωσέν μ', ὁρᾷς.

Versu 1 libri mendose ὡς εὔποτε. Post hunc versum legitur ἡ τἀγαθοῦ δαίμονος, glossema verborum ἡ τοῦ σωτῆρος : v. schol. ad Aristoph. Pacem 300. Versum 3 sic scribo ἡ τοῦ Διὸς σω τῆρος, (ὃς) τάχιστά τε. Ὃς haustum ab -ος vicino. Lepide conjuncta σωτῆρος et ἀπώλεσε.

2.

Athen. 10, p. 426, B :

Πίμπλη σὺ μὲν ἐμοὶ, σοὶ δ' ἐγὼ δώσω πιεῖν!
ἀμύγδαλ' ἡμῖν παιζέτω παρ' ἀμυγδάλων·

ταῦτα δ' ἔφη Ξέν. ἐν Διδ.

Versu 1 libri Πίμπλα. Atticum restituit Meinek. V. 2 vulgo ἀμυγδαλῆ μὲν παιζ. παρ' ἀμυγδαλῆν. Παρ' (apud) ἀμυγδάλων, cf. Soph. Antig. 890, etc.

III. ΠΕΝΤΑΘΛΟΣ.

1.

Athen. 13, p. 569, A : ἐπιτιμᾷ δὲ καὶ Ξέν. ἐν Πεντάθλῳ τοῖς παραπλησίοις συμβιοῦσι (male codd. παραπλησίως σοι βιοῦσι), καὶ ἐσπουδακόσι περὶ τὰς μεγαλομίσθους ἑταίρας, καὶ τὰς ἐλευθέρας τῶν γυναικῶν, ταυτὶ λέγων,

— Δεινὰ, δεινὰ, κοὐκ ἀνασχετὰ
ἐν τῇ πόλει πράττουσιν οἱ νεώτεροι,
ὅπου, παρουσῶν μειράκων μάλ' εὐπρεπῶν
ἐπὶ τοῖσι πορνείοισιν, ἃς ἔξεσθ' ὁρᾶν
εἱληθερούσας, στέρν' ἀπημφιεσμένας,
γυμνὰς, ἐφεξῆς τ' ἐπὶ κέρως τεταγμένας,
ὧν ἔστιν ἐκλεξάμενον ἥ τις ἥδεται,
λεπτῇ, παχείᾳ, * στρογγύλῃ, μακρᾷ, ῥικνῇ,
νέᾳ, παλαιᾷ, μεσοκόπῳ, πεπαιτέρᾳ,
μὴ κλίμακα στησάμενον εἰσβῆναι λάθρα,
μηδὲ δι' ὀπῆς κάτωθεν εἰσδῦναι στέγης,
μηδ' ἐν ἀχύροισιν εἰσενεχθῆναι τέχνῃ·
αὗται βιάζονται γὰρ, εἰσέλκουσί τε,
τοὺς μὲν γέροντας ὄντας ἐπικαλούμεναι
« πατρίδια, » τοὺς δ' « ἀπφάρια », τοὺς νεωτέρους·
καὶ τῶνδ' ἑκάστην ἔστιν *ἀδεῶς, εὐτελῶς
μεθ' ἡμέραν, πρὸς ἑσπέραν, πάντας τρόπους·
ἃς δ' οὔτ' ἰδεῖν ἔστ', οὔτ' ἐρῶντ' ἰδεῖν σαφῶς,
ἀεὶ δὲ τετρεμαίνοντα καὶ φοβούμενον,
τὰς πῶς ποτ', ὦ δέσποινα ποντία Κύπρι,
βινεῖν δύνανται, τῶν Δρακοντείων νόμων
ὁπόταν ἀναμνησθῶσι προσκινούμενοι;

Versu 3 libri ὅπου γὰρ οὐσῶν. Correxit Meinek. Dobræus ὡς οὐ παρουσῶν. V. 4 scribam πορνείοισι, τὰς

GEMINI.

1.

Ipse enim quoque, si unquam, nutare incipio :
concussit me prorsus epota phiala
Jovis servatoris, qui et citissime
perdidit nautam me et mari mersit, ut vides.

2.

Imple tu quidem mihi, ego autem tibi dabo bibere!
amygdala nobis ludant apud amygdala.

QUINQUERTIO.

1.

— Mala, mala, nec tolerabilia
in urbe aiunt juniores,
ubi, quum venustissimæ puellæ
adsint in lupanaribus, has videre licet
ad solem, et pectore sine veste,
et nudas, ordine, aliam post aliam, stantes;
quarum qui elegit, quæ placuit,
gracilem, obesam, robustam, macram, rugosam,
juvenem, annosam, mediæ aliquam ætatis, maturiorem,
eum non oportet scalis positis clam ingredi,
neque infra per foramen tecti subire,
aut in palea importari per dolum :
ipsæ enim cogunt trahuntque intro
senes quidem, quos vocant
« paterculos, » et juniores « fraterculos ».
Et harum quamque parvo pretio videre licet
de die, ad vesperam, omni modo.
Quas autem neque videre est, neque amantem videre clare,
sed semper trementem atque metuentem,
illas quomodo unquam, o domina marina Cypri,
futuere poterunt, si Dracontiarum legum
meminerint concumbentes?

h. e. ταύτας. V. 5 sic Tyrwhittus; libri στέρνα τ' ἠμφιεσμ. V. 6 malim γυμνάς τ', ἐφεξῆς ἐπὶ κ. « Eodem versu Eubulus utitur in Nannio 4. Versum 9 affert Eustath. p. 883, 36. » *E M.* Versu 8 στρογγύλη : sed quis mulierem dicat στρογγύλην? potest ut Xenarchus dixerit σφριγανῇ, quod reddidi. V. 10 bene Mein. κλίμακα στησάμενον pro κλίμακ' αἰτησάμενον. V. 11 εἰσδ. Dobræus; libri ἐκδῦναι. V. 15 Eust. p. 1369, 29 : λέγει δ' ἀπφάρια κατὰ μέν τινας τὰ ἀδέλφια, μάλιστα δὲ τὰ, ὡς εἰπεῖν, πατέρια (paterna)· ἀπφῦς γὰρ δωρικῶς ὁ πατὴρ, ἀφ' οὗ δηλαδή τις ἔφυ. V. 16 ἑκάστην Dalecamp. pro ἕκαστον. Deinde vitiosum puto ἀδεῶς, scriboque ἂν ἰδεῖν. V. 18 putide libri οὔθ' ὁρῶντ' ἰδεῖν σαφῶς. Immo ἐρῶντα, *amantem*, qui clare videre vult, quam amet. Post hunc versum codd. plerique addunt

δεδιότα ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχοντα.

Cod. P ἔχειν, quod est versificatoris male feriati. Mitto criticorum tentamina non minus vana. Recte Meineck. hæc deleri jussit. « Formula (inquit) ψυχὴν ἐν χειρὶ ἔχειν de hominibus vitæ discrimen adeuntibus, cujus plurima exempla attulit ad h. l. Casaub., non nisi infimæ ætatis scriptoribus usitata fuit. Taliaque additamenta permultis locis ex margine in textum Athenæi illata esse, ne ipse quidem Dindorf. ignorabat, cujus vide præf. p. 20, collata Hermanni ad Drac. Strat. p. 24. Versus 20 totus ex Euripide effictus, Hipp. 393. V. 21 de *Dracontis* legibus in mœchos (Pausan. 9, 36, 8) dixit Taylor. Lectt. Lys. p. 303 Reisk. »

2.

Athen. 10, p. 440, E : ὅτι δὲ φίλοινον τὸ τῶν γυναικῶν γένος, κοινόν. οὐκ ἀχαρίστως δὲ καὶ ὁ Ξέν. ἐν τῷ Πεντ. γυναῖκά τινα εἰσάγει φρικτότατον (immo φορτικώτατον : terribile quidem non est hoc jusjurandum) ὅρκον ὀμνύουσαν τόνδε,

— Ἐμοὶ γένοιτο σοῦ ζώσης, τέκνον,
ἐλεύθερον πιοῦσαν οἶνον ἀποθανεῖν!

« Ἐλεύθερον οἶνον πίνειν dicit mulier bibacula pro eo, quod exspectes, ἐλεύθερον ὕδωρ, quæ satis frequens dicendi forma est de servis libertate donatis : v. ann. ad Antiphanis Ἀλειπτρ., et Casaub. ad Athen. 3, p. 123, C. Recte Casaub. interpretatur : *utinam, priusquam moriar, libertatem possem consequi.* » *E M.*

3.

Ib. p. 441, E : Ξέν. Πεντ.

Ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω.

« Itidem bibacitatem mulierculæ perstringens οἶνον substituit pro ὕδωρ. Helladius apud Phot. Bibl. cod. 279, p. 530, 16 : ὁ στίχος ὁ καὶ παροιμιαζόμενος,

ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω,

ἐστὶ μὲν Σοφοκλέους...., οἱ δὲ τὰς γυναῖκας σκώπτοντές φασιν

ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω.

Sic enim Scaliger pro mendoso γυναικῶν εἰς οἶκτον γρ. Phrynichus Appar. soph. p. 55, 17, Ὅρκον γυναικὸς εἰς ὕδωρ χρὴ γράφειν : ὅτι ἀπιστεῖν γυναικὶ δεῖ ὀμνυούσῃ. » *E M.*

IV. ΠΟΡΦΥΡΑ.

« Πορφύρα, quam in Timoclis fabulis Suidas commemorat, ab aliis Xenarcho tribuebatur : v. Athen. 6, p. 225, C; 7, p. 319, A; 10, p. 431, A. Eodem titulo fabulam docuisse Augeam dicit Suidas. A meretricis nomine ductum suspicari licet, quanquam nihil impedit, quominus de veste stragula cogitemus. Ita Καλάσιρις index fuit fabulæ Alexideæ. » *E M.*

1.

Athen. 6, p. 225, C, de piscariorum fraudibus : Ξέν. Πορφύρᾳ,

Οἱ μὲν ποιηταὶ λῆρός εἰσιν· οὐδὲ ἓν
καινὸν γὰρ εὑρίσκουσιν, ἀλλὰ μεταφέρει
ἕκαστος αὐτῶν ταὔτ' ἄνω τε καὶ κάτω·
τῶν δ' ἰχθυοπωλῶν φιλοσοφώτερον γένος
οὐκ ἔστιν οὐδὲν οὐδὲ μᾶλλον ἀνόσιον.
Ἐπεὶ γὰρ αὐτοῖς οὐκέτ' ἔστ' ἐξουσία
ῥαίνειν (ἀπείρηται δὲ τοῦτο τῷ νόμῳ),
εἷς τις θεοῖσιν ἐχθρὸς ἄνθρωπος πάλαι,
ξηραινομένους ὡς εἶδε τοὺς ἰχθῦς, * μάχην

2.
Mihi eveniat, ut, te vivente, filia,
liberum bibens vinum moriar!
3.
Jusjurandum autem ego mulieris vino inscribo.
PORPHYRA.
1.
Poetæ quidem sunt nugæ : nihil enim
novi inveniunt, sed transfert
eorum quisque eadem perpetuo;
piscariis autem sapientius genus
nullum est, neque improbius.
Quoniam enim illis non licet amplius
adspergere (quippe hoc lege prohibitum est),
quidam deorum inimicus dudum homo,
ut siccatos inutiliter vidit pisces,

ἐποίησ' ἐν αὐτοῖς ἐξεπίτηδες εὖ πάνυ·
ἦσαν δὲ πληγαὶ, καιρίαν δ' εἰληφέναι
δόξας καταπίπτει, καὶ λιποψυχεῖν δοκῶν
ἔκειτο μετὰ τῶν ἰχθύων· βοᾷ δέ τις
« Ὕδωρ, ὕδωρ! » ὁ δ' εὐθὺς ἐξάρας πρόχουν,
τῶν ὁμοτέχνων τις, τοῦ μὲν ἀκαρῆ παντελῶς
κατέχει, κατὰ δὲ τῶν ἰχθύων ἀπαξάπαν,
εἴποις τ' ἂν αὐτοὺς ἀρτίως ἡλωκέναι.

Versu 3 libri ταῦτ', unus B ταὐτά. V. 8 εἴς τις Hermann.; vulgo εἴ τις, codd. A εἶτ' εἰς. Ibid. libri satis frequente mendo πάνυ, quod sequitur v. 10, pro πάλαι. V. 9 ὡς εἶδε cod. C.; vulgo εἰσεῖδε. In fine μάχην alienum est, et v. 10 frustra ἐποίησ' ἐν αὐτοῖς pro ἐποίησεν αὐτοῖς. Scribo

— ὡς εἶδε τοὺς ἰχθῦς μάτην,
ἐποίησ' ἐναντί' ἐξεπίτηδες εὖ πάνυ.

Natum enim videtur -εν αυτοις ex εναντιως, glossemate τοῦ ἐναντία. V. 11 vitiosum ἦσαν δὲ πληγαὶ, καιρίαν δ' εἰλ. sic corrigo

ὡσεὶ δὲ πληγὴν καιρίαν γ' εἰληφέναι.

V. 14 alterum ὕδωρ addendum esse viderunt Jacobs. Add. Athen. p. 127, Porson. Miscell. p. 237. Cf. Arist. Thesmoph. 240. V. 16 libri κατέχεε et ἅπαξ ἐπάνω. Casaub. ἀπαξάπαν.

2.

Athen. 7, p. 319, A : τούτων (παγούρων) μέμνηται Τιμοκλῆς ἢ Ξέν. ἐν Π. οὕτως,

— Εἶθ' ἁλιεὺς (ἂν) ὢν σοφίαν ἄκρος
ἐν μὲν παγούροις, τοῖς* θεοῖς ἐχθροῖσι, καὶ
ἰχθυδίοις εὕρηκα παντοδαπὰς τέχνας,
γέροντα βούγλωττον δὲ μὴ ταχέως πάνυ
συναρπάσομαι; καλόν γ' ἂν εἴη.

Versu 1 addidi ἄν. Libri ἄκρος σοφίαν. Meinek. conjicit ὢν ἀκρόσοφος. V. 2 sic Mein. et Dobr. (libri enim ἐν παγούροις μὲν θεοῖς), recte quidem collocatis verbis μὲν παγ. et articulo, sed relicto dativo collidente θεοῖς, pro quo ponendum est θεῶν. Vid. Matth. Gr. § 385. V. 4 usurpanda fuit græca vox, ut ambigue βούγλωττος intelligi posset buglossus piscis, quoniam de piscibus dictum est, et *magniloquus*, gloriosus, βουγάϊος, cujus mentem insolentiamque se facile perspexisse dicit, qui hæc loquitur. Schweighæus. δὲ μὴ pro eo quod libri habent τὸ μή.

3.

Athen. 10, p. 431, A : Ξέν. ἢ Τιμοκλῆς ἐν Π.

Μὰ τὸν Διόνυσον, ὃν σὺ κάπτεις ἴσον ἴσῳ.

Versu 2 ὃν, haustum a vicino nomine, inseruit Toupius.

V. ΠΡΙΑΠΟΣ.

Athen. 11, p. 473, F : Ξέν. δ' ἐν Πριάπῳ φησὶ τάδε,

Σὺ δὲ μηκέτ' ἔγχει, παιδάριον, εἰς τἀργυροῦν,
εἰς βαθὺ δὲ πάλιν ἀγώμεθ'. Εἰς τὸν καθάριον,
παιδάριον, ἔγχει, νὴ Δία, νῦν τὸν κάνθαρον!

Versu 1 τἀργυροῦν, intell. πῶμα (poculum). Sic Dobræus; libri sine articulo ἀργυροῦν. V. 2 et 3 libri

εἰς τὸ βαθὺ δὲ πάλιν ἄγωμεν. εἰς τὸν κάνθαρον,
παιδάριον, ἔγχει νὴ Δία, νὴ τὸν κάνθαρον!

quæ manifesto corrupta sunt. Εἰς τὸ βαθὺ, h. e. βαθέως sensu tropico. Ἀγώμεθα, *vivamus*; cf. Soph. OEd. Tyr. 734, OEd. Col. 179. Meinekius scribebat εἰς τὸ βαθὺ δ' ἐπανάγωμεν.

VI. ΣΚΥΘΑΙ.

1.

Athen. 9, p. 367, A : σίναπι δὲ, ὅτι σίνεται τοὺς ὦπας .... Ξέν. δὲ ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Σκύθαις,

— Τουτὶ τὸ κακὸν οὐχ (ἓν) ἐστ' ἔτι
κακὸν, τὸ θυγάτριον δέ μου σεσινάπικε
διὰ τῆς ξένης.

---

contra egit optime ex industria :
quasi enim vulnus se letale putans
accepisse concidit, et animam efflare visus
jacebat inter pisces; clamatque quidam
« Aquam, aquam? » aliusque ejusdem ordinis,
statim urnam apportans, illum quidem pauxilla
perfudit aqua, pisces autem omni reliqua,
ut modo captos esse dixisses.

2.

— Tandem, piscator sapientissimus,
in paguris quidem, deorum odiis, et
pisciculis, inveni multiplices artes,
senem autem βούγλωττον non statim
intelligam? lepidum esset.

3.

Per Bacchum, quem tu sorbes par pari mixtum.

PRIAPUS.

Tu vero, puer, ne infunde amplius in argenteum,
sed splendide vivamus rursum. In elegantem,
puer, per Jovem, infunde nunc cantharum!

SCYTHÆ.

1.

— Hoc autem non amplius (unum) est
malum, sed filiola mea exacerbata est
per hospitam.

Versu 1 scripsi οὐχ ἓν ἐστ' pro οὐκ ἔστ. Sed malim etiam (ejectis τὸ κακὸν) Τουτὶ δέ γ' οὐχ ἕν ἐστ' ἔτι. V. 2 Meinek. δέ, libri τε. Eust. ad Iliad. p. 1061, 5 : ἐκ τοῦ σίνηπι καὶ ῥῆμά ἐστι κωμικὸν σιναπῶ, οἷον « τὸ θυγάτριόν μου σεσινάπηκεν διὰ τῆς ξ. » ἤγουν ἐδριμύξατο. Sic etiam Athenæi libri, quod correxit Dalecamp.

2.

Athen. 10, p. 418, E : Θετταλοὶ γὰρ τὰς ἀπήνας καπάνας ἔλεγον. Ξέν. Σκύθαις

α. Ἑπτὰ δὲ καπάνας ἔτρεφον εἰς Ὀλυμπίαν.
β. Τί λέγεις; καπάνας; α. Ναί· καπάνας Θετταλοὶ
πάντες καλοῦσι τὰς ἀπήνας. β. Μανθάνω.

Versum 2 ita restituit Hermann. apud Erfurdt. Observ. in Ath. p. 465. Libri τί λέγεις; καπάνας Θετταλοί. V. 3 ἀπήνας, *juga*, paria equorum vel mulorum, etc.; cf. Eur. Phœniss. 298.

VII. ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΣ.

Athen. 14, p. 679, E, de στεφάνῳ φιλυρίνῳ disserens : Ξέν. Στρατιώτῃ,

— Φιλύρας εἶχε γὰρ
ὁ παῖς ἄφυλλον στέφανον ἀμφικείμενον.

Hæc omnino male habent, et ridiculus hic στέφανος ἄφυλλος. Scribo

— Εἶχεν δ' ὁ παῖς
φιλύρας (γε) φύλλων στέφανον ἀμφικείμενον.

VIII. ΥΠΝΟΣ.

Athen. 13, p. 559, A : Ξέν. δ' ἐν Ὕπνῳ φησὶν

Εἶτ' εἰσὶν οἱ τέττιγες οὐκ εὐδαίμονες,
ὧν ταῖς γυναιξὶν οὐδ' ὁτιοῦν φωνῆς ἔνι;

« Mariti verba, de uxoris garrulitate conquerentis. De cicadarum feminis, sonum nullum edentibus, Schweigh. laudat Ælianum H. A. 1, 20, Tzetz. Chil. 8, 72. Cf. Eust. ad Odyss. p. 1423, 28. » *E M.* Aristot. H. A. 5, 24 : καλοῦσι δὲ τοὺς μὲν μεγάλους καὶ ᾄδοντας (τέττιγας) ἀχέτας. Cf. Stein. *Handb. d. Naturgesch.* p. 279 seq.

LXXVI.

THEOPHILUS.

Suidas, et Eudocia p. 232 : Θεόφιλος, κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν Ἰατρός, Ἐπίδαυρος (sic), Παγκράτεια (Athen. Παγκρατιαστής), Βοιωτία, Προιτίδες, Νεοπτόλεμος. Temere hunc veteribus Comicis annumerat Fabric. Bibl. Gr. 2, p. 500; τοῖς νεωτέροις autem Pollux 9, 15; quanquam ibi codd. pro Theophilo fere Diphili nomen habent. Mediæ poetam prodere videntur indices Προιτίδες et Νεοπτόλεμος, tum Callimedontis irrisio in Ἰατρῷ, et Laidis commemoratio in Φιλαύλῳ. Præter nominatas fabulas laudantur Theophili Ἀπόδημοι et Κιθαρῳδός. » *E M.*

I. ΑΠΟΔΗΜΟΙ.

Scholiasta Dionysii Thracis p. 724, 26 : ὁ γοῦν παρὰ Θεοφίλῳ τῷ κωμικῷ θεράπων ἐν τοῖς Ἀποδήμοις λέγει

Καίτοι τί φημι, καὶ τί δρᾶν βουλεύομαι;
προδοὺς ἀπιέναι τὸν ἀγαπητὸν δεσπότην,
τὸν τροφέα, τὸν σωτῆρα, δι' ὃν εἶλον νόμους
Ἕλληνας, ἔμαθον γράμματ', ἐμυήθην θεοῖς;

Versu 1 codex βούλομαι, quod correxit Bastius. V. 3 legebatur mendose εἶδον. Lenius corrigo quam Meinek., qui ἔγνων proposuit. V. 4 « Peregrinos patriis Atheniensium sacris initiari lege vetuit Eumolpus, ut narrat Tzetzes ad Lycophr. 1328; cf. Hemsterh. ad Ar. Plutum p. 367. Attigit hæc Lobeck. Aglaoph. p. 19, inde colligens, servos quoque ad sacra Eleusinia admissos esse, cujus rei vereor ut exemplum inveniatur. Mihi quidem libertus loqui videtur, sed qui in domo et clientela pristini domini mansisset. » *E M.*

II. ΒΟΙΩΤΙΑ.

Athen. 11, p. 472, D, de Thericleis poculis : Θεόφιλος δ' ἐν Βοιωτίᾳ,

Τετρακότυλον δὲ κύλικα κεραμέαν τινὰ

2.

a. Septem vero καπάνας alebant Olympiam mittendas.
b. Quid ais? καπάνας? a. Ita : καπάνας Thessali omnes vocant juga. b. Intelligo.

MILES.

— Habebatque puer
cinctam ex tiliæ foliis coronam.

SOMNUS.

Felices nonne sunt cicadarum mares,
Uxores quorum nullum de se edunt sonum!

H. GROT.

PEREGRINANTES.

Quanquam quid dico, quidque facere cogito?
abibo, prodens carum dominum,
altorem, servatorem, per quem cepi leges
Græcas, didici litteras, sacris initiatus sum?

BOEOTIA.

Quattuor cotylarum calicem fictilem quandam

τῶν Θηρικλείων πῶς δοκεῖς κεραννύειν
καλῶς, ἀφρῷ ζέουσαν; οὐδ' ἂν Αὐτοκλῆς
οὕτως, μὰ τὴν Γῆν, εὐρύθμως τῇ δεξιᾷ
ἄρας ἐνώμα.

Versu 2 libri κεράννυσι. Porson. κεραννύει. V. 3 Αὐτοκλῆς. « De sic nominatis Atticis hominibus v. Hœlscher. Vit. Lysiæ p. 145, et Bergk. Commentt. p. 252. » *E M.* Versu 4 libri μάτην τήν. Schweigh. et Pors. ad Eurip. Med. 744, μὰ τὴν γῆν. V. 5 libri ἄρασαν ὦμον. Correxerunt Jacobs. Additt. p. 255, et Porsonus.

III. ΕΠΙΔΑΥΡΙΟΣ.

Athen. 10, p. 417, A, hominum ἀδηφάγων exempla afferens: Θ. δ' ἐν 'Επιδαύρῳ (sic),

Ἀτρεστίδας τις Μαντινεὺς λοχαγὸς ἦν,
ἀνδρῶν ἁπάντων πλεῖστα δυνάμενος φαγεῖν.

IV. ΙΑΤΡΟΣ.

Athen. 8, p. 340, D: Θ. δὲ ἐν 'Ιατρῷ, ἅμα σκώπτων αὐτοῦ (Callimedontis Carabi) καὶ τὸ ἐν τοῖς λόγοις ψυχρόν,

Πᾶς δὲ φιλοτίμως πρὸς αὐτὸν τῶν νεανίσκων...
.... ἐγχέλειον παρατέθεικε τῷ πατρί.
« Τευθὶς ἦν χρηστή, πατρίδιον· πῶς ἔχεις
πρὸς κάραβον »;
« Ψυχρός ἐστιν· ἄπαγε! » φησί· « ῥητόρων
οὐ γεύομαι. »

Versu 3 « κάραβον Callimedontem sive Carabum dicit, Agyrrhii patrem. » *E M.*

V. ΚΙΘΑΡΩΔΟΣ.

Athen. 14, p. 623, F: « Μέγας » γάρ, ὦ μακάριοι, κατὰ τοῦ Θεοφίλου Κιθαρῳδόν,

θησαυρός ἐστι καὶ βέβαιος μουσικὴ
ἅπασι τοῖς μαθοῦσι παιδευθεῖσί τε.

VI. ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1.

Athen. 13, p. 560, A: καὶ Θ. δὲ ἐν Νεοπτολέμῳ ἔφη

Οὐ συμφέρον νέα 'στὶ πρεσβύτῃ γυνή·
ὥσπερ γὰρ ἄκατος,* οὐδὲ μικρὸν πείθεται
ἑνὶ πηδαλίῳ, τὸ πεῖσμ' ἀπορρήξασα δὲ
ἐκ νυκτὸς ἕτερον λιμέν' ἔχουσ' ἐξευρέθη.

Versu 1 Meinek. malit σύμφορον. Versibus 2 et 3 οὐδὲ — πηδαλίῳ affecta esse, nemo artis peritus infitiabitur. Mihi quidem glossema videtur πείθεται, scribamque

— ἄκατος, οὐχὶ πηδαλίῳ (γ') ἑνὶ
μικρὸν πέποιθε, πεῖσμ' ἀπορρήξασα δὲ etc.

Theognidis versus 457-460 manifesto imitatur Theoph., quos ipse Athen. adscripsit:

Οὔτοι σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι·
οὐ γὰρ πηδαλίῳ πείθεται ὡς ἄκατος,
οὐδ' ἄγκυραι ἔχουσιν· ἀπορρήξασα δὲ δεσμὰ
πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα.

2.

Athen. 14, p. 635, A: Θ. δ' ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Νεοπτ. καὶ τὸ τῇ μαγάδι διαψάλλειν μαγαδίζειν λέγει ἐν τούτοις,

Πονηρὸν υἱὸν καὶ πατέρα καὶ μητέρα
ἐστὶ μαγαδίζειν « ἐπὶ τροχοῦ καθημένους· »
οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ταὐτὸν * ᾄσεται μέλος.

Versu 1 melius scribas est Π. υἱόν, πατέρα τ' ἄν, καὶ μητέρα. V. 4 non nauci est librorum ᾄσεται. Corrige ἀσσᾶται. Vid. Schneideri Lex. v. 'Ασάομαι. Ταὐτὸν μέλος, h. e. ταὐτῷ μέλει, v. grammaticos. Rotam, supplicii genus, minantibus ita respondet unus servorum. In latinis *citharizare* dixi pro simili μαγαδίζειν, sensu tropico, ut *cantare* apud latinos Comicos.

---

ex Thericleis quam bene putas eum
miscere, spuma bullientem? neque Autocles,
per Terram, tam decenter dextra
allatam distribuebat.

EPIDAURIUS.

Atrestidas quidam Mantinensis fuit lochagus,
qui virorum omnium plurima comedere poterat.

MEDICUS.

Quisque autem juvenum certatim...
.... anguillam apposuit patri. [videtur » ?
« Loligo bona erat, patercule: quid tibi de carabo
« Frigidus est: apage! » inquit: « oratores non gusto. »

CITHAROEDUS.

— Magnus
thesaurus est et firmus musica
omnibus, qui didicerunt, et eruditis.

NEOPTOLEMUS.

1.

Non conducit juvenis uxor seni:
nam, sicut navis, non uni confidit
gubernaculo, sed fune rupto
per noctem alium portum tenere reperta est.

2.

Malum est, filium patremque et matrem,
citharizare « rotæ insidentes »:
nemo enim nostrûm eodem *jactato* verbo affligitur.

VII. ΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤΗΣ.

1.

Athen. 10, p. 417, B: ἐν Παγκρατιαστῇ παραγαγὼν (Theophilus) τὸν ἀθλητὴν ὡς πολλὰ ἐσθίοντά φησιν

— α. Ἑφθῶν μὲν σχεδὸν
τρεῖς μνᾶς. β. Λέγ' αὐτά. α. Ῥυγχίον, κωλῆν, πόδας
τέτταρας ὑείους.... β. Ἡράκλεις! α. Βοὸς δὲ τρεῖς,
ὄρνιθ'. β. Ἄπολλον! λέγ' ἕτερον. α. Σύκων δύο
μνᾶς. β. Ἐπέπιες δὲ πόσον; α. Ἀκράτου δώδεκα
κοτύλας. β. Ἄπολλον, Ὧρε, καὶ Σαβάζιε!

Versu 2 libri λέγ' ἄλλο, sed apparet scribendum fuisse quod edidimus. De commutatis interdum verbis ἄλλος et αὐτὸς v. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 121, 33, Thuc. 6, 31, Alexis Æsopo. Hos autem tres versus Athen. apposuit etiam 3, p. 95, A. Versu 4 corrigo ὄρνιθα πολλόν, quum versu 6 iterum legatur Ἄπολλον. V. 5 ἐπέπιες Jacobsius pro ἔπιες. V. 6 libri Ἀπολλόδωρε. Correxerunt Valck. in Epist. a Tittmanno editis p. 50, Lobeck. Aglaoph. p. 628, Dobr. Advers. 2, p. 325. « Vix dubitari potest, quin hac fabula Comicus athleticæ amorem immodicum perstringere et in contemptum adducere voluerit, ut pridem Solon (Diodor. Sic. Exc. Vatican. 16, 28), Xenophanes Colophonius (fragm. 19, p. 60 Karst.), Euripides (Autol. fragm. 1), aliique. » *E M.*

2.

Pollux 9, 15: παίζοντι δὲ τὸ στρατόπεδον ἔξεστι, κατὰ τὴν τῶν πολλῶν χρῆσιν, καὶ παρεμβολὴν ὀνομάσαι, παρεχόμενόν τινα τῶν νεωτέρων, Θεόφιλον (codd. fere Δίφιλον), ἐν Παγκρατ. εἰρηκότα

Εἶτ' ἐν χάρακι μὲν ταῦτα καὶ παρεμβολῇ.

Modulatius scribo εἶτ' ἐν μὲν αὐτὰ χάρακι καὶ π.

VIII. ΠΡΟΙΤΙΔΕΣ.

Athen. 11, p. 472, E, de poculis Thericleis: Θ... ἐν δὲ Προιτίσι

Καὶ κύλικα... Θηρίκλειον εἰσφέρει,
πλέον ἢ κοτύλας χωροῦσαν ἑπτ' ἀγαθῆς τύχης.

Versu 1 Dindorf. supplet μεγάλην, Meinek. κοίλην. Ego numeros corruptos sic restituo:

Καὶ κύλικα Θηρίκλειον εἰσφέρει, πλέον
χωροῦσαν ἢ (γ') ἑπτὰ κοτύλας ἀγαθῆς τύχης.

IX. ΦΙΛΑΥΛΟΣ.

1.

Athen. 13, p. 563, A: Θ. δ' ἐν τῷ Φιλαύλῳ,

Τίς φησι τοὺς ἐρῶντας οὐχὶ νοῦν ἔχειν;
ἦ πού τίς ἐστι τοὺς τρόπους ἀβέλτερος·
εἰ γὰρ ἀφέλοι τις τοῦ βίου τὰς ἡδονάς,
καταλείπετ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν τεθνηκέναι.
Ἐγὼ μὲν οὖν κιθαριστρίας καὐτός γ' ἐρῶν
παιδὸς κόρης, οὐ νοῦν ἔχω, πρὸς τῶν θεῶν,
κάλλει καλῆς, μεγέθει μεγάλης, τέχνῃ σοφῆς,
ἣν ἐστιν ἰδεῖν ἥδιον ἢ τὸ θεωρικὸν
ἔχουσιν ἡμῖν διανέμειν ἑκάστοτε;

Quattuor primos versus Antiphani tribuit Stob. Floril. 63, 12, qua de re v. ad Antiphanis Incert. 51. V. 4 Stob. οὐδὲν ἕτερον. V. 5 ἐρῶν Casaub. pro ἐρῶ. V. 6 παιδὸς κόρης, cf. Aristoph. Lysistr. 559. Versum 7 respicit Eustath. p. 1558, 14. V. 8 sic Burneius. Libri ἣν ἰδεῖν ἥδιόν ἐστιν. Ibidem θεωρικὸν pro θεωρητικὸν Canter. Nov. Lect. 4, 5. V. 9 ὑμῖν Grot. Excerpt. p. 707 maluit pro ἡμῖν, Emperius ἐχοῦσιν pro ἔχουσιν.

2.

Ib. p. 587, F, de meretricibus disserens: Θ. Φιλαύλῳ,

PANCRATIASTA.

— a. Coctorum quidem propemodum *edo*
tres minas. b. Dic ea. a. Rostrum, armum, pedes
quattuor suillos... b. Hercules! a. Bovisque tres;
gallum gallinaceum magnum. B. Dic porro. a. Ficuum duas
minas. b. Et quantum adbibisti? a. Meri duodecim
cotylas. b. Apollo, Hore et Sabazie!

2.

Deinde hæc quidem in vallo et castris.

PROETIDES.

Et calicem Thericleam bonæ fortunæ
affert, plus quam septem cotylas capientem.

TIBIARUM AMATOR.

1.

Quis ait amantes delirare?
is certe aliquis est insanis ipse moribus:
nam si quis ex vita eximat voluptates,
nihil aliud relinquitur quam mors.
Ego igitur citharistriam ipse quidem amans,
juvenem puellam, insanio, per deos,
pulchritudine pulchram, granditate grandem, arte sapientem,
quam videre suavius est distributione
theorici, quoties id accepimus?

Τοῦ μήποτ' αὐτὸν ἐμπεσεῖν εἰς Λαΐδα
φερόμενον, ἢ Μυκωνίδ', ἢ Σισύμβριον,
ἢ Βάραθρον, ἢ Θάλλουσαν, ἢ τούτων τινὰ,
ὧν ἐμπλέκουσι τοῖς λίνοις αἱ μαστροποί
[ἢ Νάννιον, ἢ Μαλθάκην].

« Hæc videntur esse verba patris de filio solliciti, ne meretricum amoribus irretiatur. Versu 4 libri λίθοις, recte Schweigh. λίνοις. Melius autem sic scribatur hic versus :

ὧν ἐμπλέκουσ' αἱ μαστροποὶ τοῖσιν λίνοις.

De fide verborum inclusorum in fine dubitans Meinek. tamen laterem lavit scribendo Ναννάριον ad metri normam, et de nomine meretricio Μαλθάκη evolvi jussit Hist. crit. Com. p. 329.

---

2. Ne ille unquam incidat concitatus
in Laidem, vel Myconidem, vel Sisymbrion,
vel Barathron, vel Thallusam, vel istarum aliquam,
quarum retibus implicant lenæ.

NOVÆ COMOEDIÆ RELIQUIÆ.

LXXVII.
PHILEMO.

LXXVIII.
MENANDER.

Horum pœtarum reliquias habes in eo volumine quod *Aristophanem* continet; ibi prætermissa quædam supplentur in fine voluminis hujus.

LXXVII.
DIPHILUS.

« Is Sinopen patriam habuit, urbem bonarum artium studiis florentem. Strabo 12, p. 546, ἄνδρας δὲ ἐξήνεγκεν (Sinope) ἀγαθοὺς τῶν μὲν φιλοσόφων Διογένη τὸν Κυνικὸν, καὶ Τιμόθεον τὸν Πατρίωνα (? fort. τὸν Πατρῆ' ὄντα, Patris in Achaja oriundum. *Both.*), τῶν δὲ ποιητῶν Δίφιλον τὸν κωμικόν. Anonymus De Com. p. xv : Δίφιλος Σινωπεὺς κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐδίδαξε Μενάνδρῳ (circa a. 337 ante Chr. nat.), τελευτᾷ δ' ἐν Σμύρνῃ. Qui eum præstantissimis novæ comœdiæ auctoribus accenset, quum aliquatenus mediæ referat ingenium mythicis argumentis, quæ frequentat; quo pertinet etiam fabula Sappho inscripta. Eodem Anonymo auctore docuit *centum* comœdias, in quibus erant quas ipse in scena egit, teste Lynceo Samio ap. Athen. 13, p. 583, F. Amavit præ aliis meretricibus, velut Myrrhina (Alciphr. Epist. 1, 37), Gnathænam. Orationis, qua utebatur, ea est ratio, ut et simplicitatis et elegantiæ laude commendetur; non desunt tamen, quæ ab antiquiorum Atticorum munditie et castitate longius recedant. » *Mein.*, qui docte de fabularum titulis disseruit Hist. crit. p. 449-457.

I. ΑΓΝΟΙΑ.

Erant qui hanc fabulam Calliadæ tribuerent, poetæ aliunde ignoto.

1.

Athen. 9, p. 401, A : καλοῦνται δέ τινες καὶ χελιδονίαι λαγωοί. μνημονεύει δ' αὐτῶν Δίφιλος ἢ Καλλιάδης ἐν Ἀγνοίᾳ οὕτως,

— α. Τί τοῦτο ; ποδαπὸς οὗτος ;
β. Χελιδόνειος ὁ δασύπους· γλυκεῖα δ' ἡ μίμαρκυς.

Vitiose libri γλαυκία δ', quod emendavit Mein. : « Χελιδόνειον leporem dicit, hirundinis instar, superiore parte pulla, ventre albo, ut est apud Varronem De re rust. 3, 12, ubi v. Schneider. p. 557. Eust. ad Odyss. p. 1925, 43 : ἰστέον ὅτι παρώνυμοι χελιδόνι παρὰ τῷ Δειπνοσοφίστῃ χελιδονίαι λαγωοί. τοιοῦτοι δὲ ἴσως οἱ ἄνω μὲν * μέλανες τὰ δὲ κάτω ὑπόλευκοι. » Immo ὑπομέλανες ... λευκοί. Permiscuerunt hæc, opinor, oscitantes librarii, et semel scripta mutare noluerunt metu lituræ. *Niveos* lepores dixit Calpurn. Eclog. 7, 58. Rari lepores nigri, neque de iis cogitavit Eusta-

---

INSCITIA.

1.

— a. Quid hoc? cujas hic?
b. Chelidonius lepus; dulcis autem est mimarcys.

thius. Ibid. 4 μίμαρχυς, cf. Aristoph. Acharn. 1040.

2.

Athen. 15, p. 700, D : Φερεκράτης δ' ἐν Κραπατάλοις τὴν νῦν λυχνίαν καλουμένην λυχνεῖον κέκληκε διὰ τούτων ... Δ. δ' ἐν Ἀγνοίᾳ,

— Ἅψαντες λύχνον
λυχνεῖον ἐζητοῦμεν.

Uno versu fortasse dixit D.

Λυχνεῖον ἐζητοῦμεν ἅψαντες λύχνον.

Ejusdem fabulæ mentionem injicere videtur Etymol. M. p. 127 init., sic a Meinekio suppletus : Ἀπολιβάξεις (Aristoph. Av. 1467) ... εἰς τὴν Λιβύην ἀπελεύσῃ. ὅμοιον τῷ ἐς κόρακας, ἀντὶ τοῦ [ἐς φθόρον. Δίφιλος] ἐν Ἀγνοίᾳ.

II. ΑΔΕΛΦΟΙ.

1.

Athen. 11, p. 499, D : οὐδετέρως δὲ (τὸ λαγύνιον) Δ. ἐν Ἀδελφοῖς εἴρηκεν,

— Ὦ τοιχωρύχου
ἐκεῖνο καὶ τῶν ἀδυνάμων, λαγύνιον
ἔχοντα βαδίζειν εἰς τὰ γεύμαθ' ὑπὸ μάλης,
καὶ τοῦτο πωλεῖν, μέχρι ἂν, ὥσπερ ἐν [ἐράνῳ,
εἷς λοιπὸς ᾖ κάπηλος, ἠδικημένος
ὑπ' οἰνοπώλου.

Versu 1 *muricidæ*, h. e. scelesti, mali hominis; cf. Plautus Epid. 3, 1, 12. V. 2 libri mendose δυναμένων, L et fortasse AB δυνομένων. Scripsi ἀδυνάμων, *impotentium*, h. e. inopum, qui lagenæ pretium solvere vinario aut nequeunt aut nolunt. Cicero Orat. pro Murena 59 : « ad salutem innocentium, ad opem *impotentium*, ad auxilium calamitosorum, hæc valeant. » Respicit Pollux 10, 72 : τὸ δὲ λαγύνιον (Δίφιλος λέγει) ἐν Ἀδ. V. 3 libri ἔχον.

2.

Stobæus Floril. 108, 9, cum lemmate Διφίλου Ἀδελφοῖς.

Ὦ μακάρι', ἀτυχεῖν θνητὸς ὢν ἐπίστασο,
ἵν' αὐτὰ τἀναγκαῖα δυστυχῇς μόνον,
πλείω δὲ διὰ τὴν ἀμαθίαν μὴ προσλάβῃς.

III. ΑΙΡΗΣΙΤΕΙΧΗΣ. ΕΥΝΟΥΧΟΣ ἢ ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΣ.

« Nomine Αἰρησιτείχης poeta Pyrgopolinicen quendam omnia magna loquentem et hostilium munimentorum urbiumque expugnationes jactantem videtur insignivisse. Hujus fabulæ secundam editionem fuisse, a Callimacho Εὐνοῦχος sive Εὐνοῦχος ἢ Στρατιώτης inscriptam, docemur ab Athenæo. » *E M.* Eædem personæ junguntur in Terentii Eunucho, sed ex Menandro illa expressa.

1.

Athen. 11, p. 496, E : Ῥοδιάς. Δίφ. Αἰρησιτείχει· τὸ δὲ δρᾶμα τοῦτο Καλλίμαχος ἐπιγράφει Εὐνοῦχον. λέγει δὲ οὕτως « Πιεῖν δὲ ἄνδρ' ἕτερον (sic) ἢ τῶν Ῥοδιακῶν, ἢ τῶν ῥυτῶν. » Idem paulo inferius, de ῥυτῷ poculo disserens : Δ. δ' ἐν Εὐνούχῳ ἢ Στρατιώτῃ (ἔστι δὲ τὸ δρᾶμα διασκευὴ τοῦ Αἰρησιτείχους),

Ἔσθ' ὑποχέασθαι πλείονας, πιεῖν τέ τι
ἁδρότερον ἐκ τῶν Ῥοδιακῶν ἢ τῶν ῥυτῶν.

Versu 1 Dindorf. ὑποχέασθαι pro ὑποσχέσθαι, quod est in libris. Deinde iidem πιεῖν γέ τι. Mein. π. τ' ἔτι. V. 2 idem criticus ἐκ τῶν pro ἢ τῶν. « Hos magnos calices fuisse apparet : cf. Dioxippi Philarg. 1, 2, et Letronn. De nominibus vasorum p. 65 seq. Photius, Ῥοδιακὸν καὶ Ῥοδιάς : εἶδος ἐκπώματος· οὕτω Δίφ. Et Ῥοδιάδων in prima editione fabulæ scriptum fuisse conjicit Schweigh. » *E M.*

2.

Athen. 15, p. 700, E : πανὸς δ' ὀνομάζεται τὸ διακεχομμένον ξύλον καὶ συνδεδεμένον· τούτῳ δ' ἐχρῶντο λαμπάδι. Μένανδρος Ἀνεψιοῖς (fragm. 4) ... Δίφιλος ἐν Στρατιώτῃ

2.

— Lumine accenso
lucernam quærebamus.

ADELPHI.

1.

— Heu, muricidæ
illud et impotentium, lagenam
ad bibendum sub axilla habentem ire,
et vinum vendere, donec, ut in cœna collaticia,
unus supersit vinarius, defraudatus
a venditore vini.

2.

O beate, affligi, quum sis mortalis, disce,
ut ipsis modo necessariis infeliciteris,
pluraque per imperitiam perdita ne addas.

MOENIUM EXPUGNATOR.
EUNUCHUS sive MILES.

1.

Licet plures calices suffundi, et bibere nos quid-[dam
fortius e Rhodiacis aut rhytis.

Ἀλλ' ὁ πανὸς ὕδατός ἐστι μεστός.

Ex Athenæo repetit Eustath. ad Od. p. 1571, 20.

3. 4. 5.

Antiatt. p. 95, 17, Ἐκφυγγάνω : Δ. Εὐνούχῳ. —Idem p. 100, 31, Κάθου : Ἄλεξις Ταραντίνοις, Δ. Εὐν. — Idem p. 101, 29 : Κλεῖν ἀξιοῦσι λέγειν, οὐ κλεῖδα. Δ. Εὐν. Addit Mein. : « Fortasse igitur Diphili sunt quæ tacito auctoris nomine affert Herodianus Hermanni p. 441 :

Ὁ δ' ἀγοράζει κλεῖδ' ἔχων. »

IV. ΑΜΑΣΤΡΙΣ.

« Nomen fabulæ dedisse videtur Amastris, Oxathræ, qui fuit Darii Codomanni frater, filia, primum Crateri, postea Dionysii IV, Heracleensium tyranni, eoque mortuo Lysimachi uxor, de cujus virtutibus vide Memnonem ap. Phot. Bibl. cod. 234, p. 224 Bekk.... Hæc quomodo fabulæ nomen et argumentum præbere potuerit Atheniensibus placituræ etsi difficile est ad intelligendum, aliam tamen Amastridem, a qua Diphili fabula denominata fuerit, novi nullam; nam de filia ejus, quæ et ipsa Amastris vocabatur, nihil memorabile compertum habemus. De Dionysio, Amastridis marito, etiam Menander egerat in Piscatoribus. » *E M.*

Suidas v. Ἀθηναίας, p. 138 Bernh.: πλὴν πολλή γε ἡ χρῆσις τῆς φωνῆς (Ἀθηναία pro Ἀττική) ἐπὶ τῶν γυναικῶν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, ὡς οἵ τε προειρημένοι ποιηταὶ μαρτυροῦσι, καὶ Δ. ἐν Ἀμάστριδι· καὶ γὰρ καὶ τὴν Θεμιστοκλέους θυγατέρα Ἀθηναίαν ξένην φησίν. Meinek.: « Ex quinque filiabus Themistoclis (v. Plut. Vitæ Them. 32) eam dicere videtur, cui *Asiæ* nomen imposuit pater, Cybelæ apud Magnesios sacerdotem secundum Strab. 14, p. 647 (958). Keilius Specim. Onomatol. gr. p. 93 : « Nisi fallor, Ἀθηναία dicitur *Asia* ex patre, ξένη eadem appellatur propter maternam originem. » Cf. Herodot. 7, 143, et ibi Bæhr.

V. ΑΝΑΓΥΡΟΣ.

Heros Atticus, qui etiam Aristophaneæ fabulæ perditæ nomen præbuit.

Schol. Venet. ad Iliad. 9, 122 : εἰ γὰρ περὶ τοῦ ταλάντου τῶν Ἑλλήνων ἐστὶ, βραχύ τι τὸ τάλαντον τοῦ χρυσίου ἦν παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ Δ. ἐν Ἀναγύρῳ « βραχύ τί ἐστι τάλαντον. » Cod. D τί τὸ pro τί ἐστι. Haud nolim βραχύ τε τάλαντόν ἐστι, *et parvum talentum est.* Sic item Etym. M. p. 744, 48, nisi quod mendose legitur Ἀργύρῳ. « Pejus etiam Eust. ad Hom. p. 740, 20 : Δ. δέ πού φησιν « ἀργυρίου βραχύ τι τάλαντον ». *E M.*

VI. ΑΝΑΣΩΖΟΜΕΝΟΙ.

1.

Athen. 11, p. 499, C : ἀρσενικῶς δὲ εἴρηκε τὸν λάγυνον Νικόστρατος μὲν ἐν Ἑκάτῃ ... Δ. δ' ἐν Ἀνασωζομένοις,

Λάγυνον ἔχω κενὸν, ὦ γραῦ, θύλακον δὲ
μεστόν.

De metro Gaisfordum ad Hephæst. p. 341 citat Mein. Cf. Aristoph. Av. 869.

2.

Antiatt. p. 84, 25, Βρώσιμον (Æschyl. Prom. 466) : βρωτόν. Δ. Ἀνασωζομένῳ. Scribamus Διφίλου Ἀνασωζομένων.

VII. ΑΠΛΗΣΤΟΣ.

Athen. 9, p. 370, E : Ἀντιφάνης δ' ἐν Παρασίτῳ ὡς εὐτελοῦς βρώματος τῆς κράμβης μέμνηται ἐν τούτοις ... Δ. δ' ἐν Ἀπλήστῳ,

Ἥκει φερόμεν' αὐτόματα πάντ' (ἂν) τἀγαθὰ,
ῥάφανος λιπαρὰ, σπλαγχνίδια πολλὰ,
σαρκία
ἁπαλώτατ', οὐδὲν μὰ Δία τοῖς ὑμοῖς βλίτοις
ὅμοια πράγματ', οὐδὲ ταῖς ἐλαῖσι
θλασταῖς.

Versu 1 libri πάντα τἀγαθὰ, frequentioribus quidem ὁμοιοτελεύτοις. V. 2 et 3 Schweigh. σαρκία (libri σαρκίδια, quod versus respuit) et βλίτοις pro καὶ τοῖς (ΚΑΙΤΟΙΣ, ΒΛΙΤΟΙΣ). Ipse dedi ὑμοῖς pro ἐμοῖς, et v. 4 ἐλαῖσι θλασταῖς pro glossemate inconcinno θλασταῖς ἐλάαις. *Contusas* olivas dixit Scribonius 104, olivas conditui legere Columella 2, 22, 4, etc. Fructus ex vulgaribus et copiosissimis apud Atticos et Græcos.

VIII. ΑΠΟΒΑΤΗΣ.

1.

Harpocration p. 41, 2 : ὅτι δὲ εἶχον ἐν ταῖς ληκύθοις ἀργύριον ἐνίοτε, Δ. τῷ Ἀποβάτῃ. Libri fere

---

2.

Sed lucerna aquæ plena est.

SERVATI.

1.

Lagenam habeo vacuam, anus, sed panarium plenum.

INSATIABILIS.

Adsunt allata sponte omnia bona,
raphanus pulcher, viscerum copia, carunculæ
tenerrimæ, non per Jovem vestris blitis
comparandæ res, neque olivis
contusis.

ἐνίοτε δὲ φίλον (FO δὲ δίφιλον) τὸν ἀποβάτην. Correxit Maussacus.

2.

Antiatt. p. 101, 10, Κραυγασμός : ἀντὶ τοῦ κραυγή. Δ. Ἀποβάτῃ. Lobeck. ad Phryn. p. 337 citat Mein.

IX. ΑΠΟΛΙΠΟΥΣΑ.

H. e. interprete Schweigh. ad Athen. 4, p. 125, *Mulier quæ maritum deseruit.* Male aliquot codd. Ἀπολείπουσα. Ab nonnullis hæc fabula tribuebatur (v. Athen. in fr. 2) *Sosippo*, incognito aliunde poetæ comico.

1.

Athen. 4, p. 132, C : Δ. δ' ἐν Ἀπολιπούσῃ μάγειρόν τινα παράγων ποιεῖ τάδε λέγοντα,

α. Πόσοι τὸ πλῆθός εἰσιν οἱ κεκλημένοι
εἰς τοὺς γάμους, βέλτιστε, καὶ πότερ' Ἀττικοὶ
ἅπαντες, ἢ κἀκ τοὐμπορίου τινές; β. Τί δαὶ
τοῦτ' ἔστι πρὸς σὲ τὸν μάγειρον; α. Τῆς τέχνης
ἡγεμονία τίς ἐστι ταύτης, ὦ πάτερ,
τὸ τῶν ἐδομένων τὰ στόματα προειδέναι·
οἷον Ῥοδίους κέκληκας· εἰσιοῦσι δὸς
εὐθὺς ἀπὸ θερμοῦ τὴν μεγάλην αὐτοῖς σπάσαι,
ἀποζέσας σίλουρον ἢ λεβίαν, ἐφ' ᾧ
χαριεῖ πολὺ μᾶλλ' ἢ μυρρίνην προσεγχέας.
β. Ἀστεῖον ὁ σιλουρισμός! α. Ἂν Βυζαντίους,
ἀψινθίῳ σπόδησον ὅσα γ' ἂν παρατιθῇς,
κάθαλα ποιήσας πάντα κἀσκοροδισμένα.
διὰ γὰρ τὸ πλῆθος τῶν παρ' αὐτοῖς ἰχθύων
πάντες βλιχανώδεις εἰσὶ καὶ μεστοὶ λάπης.

